3 1761 08824861 2

UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Toronto University Library

Presented by

Messrs. Joseph Baer & Co.

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by

The disastrous Fire of February the 14th 1890

H2847b

Gottlieb Christoph Harless

THEOPHILI CHRISTOPHORI HARLES

SUPPLEMENTA

AD

BREVIOREM NOTITIAM

LITTERATURAE ROMANAE

IN PRIMIS

SCRIPTORUM LATINORUM

PARS PRIOR

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIANA

cIↄIↄCCLXXXXVIIII

14494
3/8/91

ILLUSTRISSIMO

ATQUE

EXCELLENTISSIMO

EBERHARDO IULIO GUILELMO

ERNESTO DE MASSOW

POTENTISSIMI BORUSSORUM REGIS A CONSILIIS SANCTIORIBUS ET INTIMO IUSTITIAE MINISTRO

CURATORI UNIVERSITATUM LITTER. IMPERIO REGIS BORUSSORUM SUBIECTARUM AC PRAESIDI COLLEGII DE REBUS ECCLESIASTICIS IUDICANTIS GRAVISSIMO. VIGILANTISSIMO

VIRO

DE REPUBLICA ET SACRA ET CIVILI
EGREGIE MERITO

OMNIS LITTERATURAE AMANTISSIMO AC PERITISSIMO

CUIUS IPSIUS NOMEN IN ORBE LITTERARIO OB PLURA INGENII EXCELSI ERUDITIQUE IN CAUSSIS AGENDIS IUDICII ACUTISSIMI IMMENSAEQUE LITTERARUM COPIAE DOCUMENTA A PLURIBUS ANNIS SPLENDET NEC ULLA OBLITTERABIT AETAS

HANC PRIOREM PARTEM

TAMQUAM PIGNUS DEVOTI RELIGIOSIQUE ANIMI SACRUM ESSE IUBET

TANTIQUE VIRI

PATROCINIO AC FIDEI SESE SUBMISSE COMMENDAT

THEOPHILUS CHRISTOPHORUS HARLES

PRAEFATIO

In praefatione ad *Notitiam breuiorem* diſerte declaraueram, illam non eſſe nouum opus, ſed repetitam, eamque tertiam *Introductionis in hiſtoriam linguae latinae* editionem; ideoque ordinem priſtinum ſeruandum, ac, mutato tantum priſtini redemtoris opuſculi nomine, mutatam fuiſſe libri inſcriptionem, aliaque ad aequum rectumque de meo conſilio meaque opera iudicium ferendum, aperte copioſeque ſcripſeram. Neque tamen, quae conſuetudo eſſe ſolet nonnullorum cenſorum, defuit, qui ſentiret

 ma-

maligne: quaſi ego, me nouum opus eſſe molitum, promiſiſſem.

Sed miſſis omnibus iurgiis et conviciis, quae litterarum *humaniorum* cultores atque magiſtros minime decent, miſſaque omni altercatione, a qua mea quidem natura quam maxime abhorret, de his *ſupplementis* pauca diſſeram.

Quum dies diem doceat, atque ego ab eo tempore, quo *Introductionem* meam *in hiſtoriam litteraturae romanae* et *Notitiam breuiorem* in lucem emiſi, plura, quae ad augendum emendandumque vtrumque opus facerent, pluraque ſubſidia litteraria collegiſſem; in continuanda autem Introductione, quam multi viri docti tam per litteras, quam in publicis actis litterariis flagitant, atque ego, ſi vita vireſque ſiuerint, profliga-

ſligatis quibusdam, qui me adhuc occupatum habent, laboribus, b. c. d. ſum abſoluturus, certi mihi praeſcripti ſunt fines: in hac opella et ad Notitiam et ad duo Introductionis tomos ſupplementa, quantum temporis et inſtituti ratio permiſit, collegi atque in medium produxi. Quorum quidem copiae vt in reliquis Notitiae capitibus, quae in continuanda Introductione latius explicabuntur, in anguſtum contraherentur, videbatur neceſſarium: neque hoc factum, credo, maiore egebit excuſatione aut ampliore conſilii expoſitione. Quae in Introductione iam ſcripſeram, ea hic non adtigi. Et tamen in his Supplementis, ne mole creſceret opus, eaque deterrerentur emtores, haud pauca, quae commode adferri potuerant, praetermit-

tere ſatius duxi, quum maxime operis redemtor, vir honeſtus probusque, me, quum in prioribus plagulis plura expoſuiſſem vberius, aliquoties monuiſſet, vt vela contraherem. Cuius rationes quum aequae iuſtaeque mihi viderentur: non ſolum breuitati maiori ſtudere in indicandis editionibus, ſed etiam notitiam multorum minorum ſcriptorum multarumque verſionum, quarum plurimas, in primis antiquiores, iam ſedulo recenſuerunt VV. DD. a me pag. 72 ſqq. et in praefat. ad Notitiam laudati, omittere coepi. Priores vero plagulae iam ante plures menſes partim prelo exierunt, partim haeſerunt in manibus redemtoris opuſculi, me aliis negotiis a continuo labore, his ſupplementis conſecrando, interdum auocato. Quo factum eſt,

vt librorum quorumdam, praeſertim editionum recentiorum tum temporis nondum vel formulis deſcriptarum typographicis, vel mihi cognitarum, mentionem facere non poſſem *). Sed de his

*) Sic ad pag. 80. addenda eſt *De Papirio et iure Papiriano exercitatio prior*, quam — propoſuit auctor *Car. Einert*, Lipſienſis. Lipſiae 1798. mai. 4. Laudatur disp. additis tamen multis emendationibus aut ſupplementis in Ien. A. L. Z. a. 1798. nr. 385. pag. 709 ſqq. Variorum doctorum hominum emendationes aut interpretationes adferuntur, partim examinantur ac reiiciuntur. Pomponii aut eius epitomatoris imperiti narrationem falſam, certe dubiam iudicat cenſor et laudat iudicium *Saxii* in Miſcell. Lipſ. nouis. II. 4. pag. 666.

Ad pag. 276. ed. *Albritii* caret notis.

Ad pag. 326. Erudita, et interpreti perquam vtilis, lectuque digniſſima cenſura *Rodii* verſionis germ. exſtat in Ien. A. L. Z. a. 1799. nr. 12. vbi verſio quidem iure laudatur; at multa aliter vertuntur atque explicantur,

his aliisque, quae dicenda, aut adiicienda, emendanda corrigendaque videantur,

cantur. *Scamillorum* quoque *imparium* melior exhibetur interpretatio.

Ad pag. 356. *Elegien von Properz.* Lipſ. 1798. 8. Bene eleganterque vertit *de Knebel.* XXXVI. elegias, nempe e libro I. duodecim; totidem e libro II. ſex e libro III. et totidem ex libro quarto. conf. Ien. A. L. Z. a. 1798. nr. 384.

Praeterea adnotare lubet ad pag. 48. *Withofii* obſſ. criticarum partem IV. prodiiſſe 1798.

Ad pag. 299. Editio *Argent.* inſcripta eſt: *C. Crispi Saluſtii bellum Catilinarium. Item Bellum Iugurthinum. Item variae rationes ex libris eiusdem hiſtoriarum excerptae. Item C. Crispi Saluſtii vita.* — In calce: *Argentorati ex aedibus Schurerianis. Menſe Aug. a. MDXII. Tempus obſerua.* in 4. Paucà praefatus eſt *Baltaſar Fidelis I. V. D. et Modoecienſis eccleſiae archibraesbiter* (ſic).

Ad pag. 307. Chronologiam *Saluſtii,* Iulii Caeſaris, Taciti, Suetonii, Dionis Caſſii, Pro-

tur, quoniam inſtante mercatu Lipſienſi et vrguente typographo filum abrumpere cogor, nec dum omnes plagulas, vel prelo emiſſas, vel ſub eo adhuc ſudantes, accepi, ad alteram horum ſupplemen-

Procopiique contexuit et inſeruit *Dauid Chytraeus* libello ſuo de ratione diſcendi et ordine ſtudiorum in ſingulis artibus recte inſtituendo, Witebergae 1564. min. 8.

Ad pag. 253. De Plexiaci libro v. quoque *Heumann* in actis philoſophicis, tom. III. pag. 448. vbi etiam p. 447 ſq. *Deſiderii Iacotii Vandoperani de philoſophorum doctrina libellum ex Cicerone*, (Pariſ. 1556. tum in *Guil. Morelli Tiliani tabula compendioſa de origine, ſucceſſione, aetate et doctrina veterum philoſophorum cum Hieron. Wolfii adnotation.* Baſil. 1580. 8. pag. 270—380. et in *Iac. Gronouii theſauro* antiqq. graecar. tom. X.) recenſet. Sed haec ſufficiant in praeſenti: campo enim litteraturae romanae adeo feraci amploque, quotidie poſſunt colligi tot ſpicilegia, vt tandem vel meſſem aequent vberiorem.

plementorum partem paullo fuſius diſſerere licebit. Interea hanc partem meamque operam vt, Lector beneuole! aequi bonique conſulas mihique faueas, oro TE rogoque ſummopere. Scr. Erlangae d. VIII. April. CIↃ IↃ CCLXXXXVIIII.

Theophilus Chriſtophorus Harles,

Conſiliar. aulic. et P. P. O. rhetorices ac poeſeos in regia litterarum vniuerſitate Friderico-Alexandrina.

SUP-

SVPPLEMENTA.

Ad pag. 10. *Prolegomenor. I. A. Fabr. bibl. lat.*

Correctiones et ſupplementa bibliothecae latinae Fabricio-Erneſtinae ſcripſit cl. *Seybold*, (in praeſenti Profeſſor Tubingenſis) in proluſione quadam, quum adhuc eſſet Profeſſor Gymnaſii Buxouill. Buxouillae 1790. 4.

Quod autem *Erneſti* de cunctis eccleſiae latinae ſcriptoribus disputaturus erat in peculiari volumine, (v. praef. ad Fabr. B. L. tom. I. pag. XXXV. ſq.) ſed ſenectutis onere oppreſſus et morte abreptus inſtitutum perficere non potuit: ſuadente ill. Heynio *Oelrichſius* et *Schoenemannus* id negotium ita ſuſceperunt, vt prior conſpectum omnis doctrinae patriſticae et ingenii monumentorum, quae patres et ſcriptores eccleſiaſtici latini, vsque ad finem ſaec. VI. reliquerunt, potiſſimum exhiberet; poſterior autem partem litterariam tractaret, adeoque vitas patrum eccleſiaſticorum atque editionum hiſtoriam perſequeretur, exceptis poetis ſacris. Oelrichſius,

ſius, antequam in ipſo flore aetatis fato ſuo occumberet, opus praeſtans omnique laude dignum abſoluerat, quod cel. *Heeren* poſtea edidit:

Io. Ge. Arn. Oelrichs, A. M. commentarii de ſcriptoribus eccleſiae latinae priorum VI. ſaeculorum, ad bibliothecam Fabricii latinam accommodati. Praefatus eſt et editionem curauit A. H. L. Heeren, phil. prof. Goetting. Lipſiae in offic. Weidmanniana. 1791. 8.

In praef. cl. *Heeren* de conſilio et inſtituto huius operis atque de vita, ingenio ſcriptisque Oelrichſii eleganter ſcripſit.

Cl. autem *Schoenemann* edidit opus doctum huius ſententiae:

Car. Traugott Gottlob Schoenemann, reg. bibl. acad. Goetting. a ſecretis, *Bibliotheca hiſtorico-literaria patrum latinorum, a Tertulliano principe vsque ad Gregorium M. et Iſidorum Hiſpalenſem, ad bibliothecam Fabricii latinam accommodata. Tom. I.* Lipſiae 1792. 8. in libraria Weidmann. — *Tom. II.* ibid. 1794. Supplementa dedit cenſor, in noua vniuerſali bibl. german. Kilon. Vol. IV. faſc. IV. a. 1793. pag. 239. et vol. XVII. part. II. faſc. V. pag. 279 ſqq. add. Jen. A. L. Z. a. 1793. nr. 262. pag. 561 ſqq.

Ad pag. 13. *lin.* 2.

Poſt *erat* pone comma.

Ad

Ad pag. 14.

Saxii Onomaſticon eſt abſolutum eiusque *ſeptima et vltima pars* cum indice omnibus partibus communi prodiit Traiecti ad Rhen. 1790. 8. In epitomen poſthaec, quibusdam mutatis, vir doctiſſ. redegit opus ſuum.

Ad pag. 16.

Hiſtoriam latinae linguae in ſacris publicis ſiſtit *Erneſt. Frid. Wernsdorf*, antiqq. ſacr. eccleſiaſt. P. P. O. etc. Lipſiae 1756. 4.

Huc quoque referri poteſt liber vtilis: *Connoiſſance de Poetes les plus celebres*, ou Moyen facile de prendre une teinture des Humanités; contenant la Vie de chaque Poëte, le Sentiment des Sçavans ſur le merite de chaque Auteur; les morceaux les plus eſtimés, avec la traduction, et des Remarques hiſtoriques. En faveur des perſonnes, qui n'ont fait que de légéres Etudes, *tome* I, (qui continet vitas Phaedri, Terentii et Ouidii cum particulis nobilioribus ſecundum praecepta Rollini excerptis et verſis,) *tome* II. (ex Virgilio, Horatio, Iuuenale et Perſio,) Paris 1752. 8. Num plures acceſſerint tomi, equidem neſcio. — In nonnullis tomis egregii operis: *Charactere der vornehmſten Dichter aller Nationen*, (Lipſ. 1792 ſqq. in 8.) de poetis quibusdam lat praeclare diſſeritur.

Aemerichii ſpecimen etc. Inſcriptio libri haec eſt: *Matthaei Aimerichii ſpecimen veteris*

romanae litteraturae deperditae, vel adhuc latentis, ſeu ſyllabus hiſtoricus et criticus veterum olim notae eruditionis, Romanorum ab vrbe condita ad Honorii Auguſti exceſſum; eorum in primis, quorum latina opera, vel omnino, vel ex parte deſiderantur. Accedunt opportunae adnotationes, multa corollaria, et nonnullae diſſertationes. Contenta in hoc opere, quibus bibliotheca vetus latina Fabricii, etiam ab Erneſto aucta et emendata in multis commodior, vberior et expeditior reddi poteſt, poſt praefationem indicantur. Ferrariae 1784. 4. II. partes in vno tomo. *Aimerichius*, qui, vt ex Q. Moderati Cenſorini, (qui ipſe Aimer. eſſe videtur, coll. dedicatione libri mox indicandi, pag. VII.) praefatione et anteoccupatione cognoſcitur, natione Hiſpanus, in Italia diu commorabatur, verſatus eſt potiſſimum in colligendis, conſeruandis illuſtrandisque memoriis obſcuris; eorum vero, quorum nomina ſcriptaque ſunt celebriora, libros eosque tantum, qui adhuc ſuperſtites ſunt, leuiter recenſuit, illorum tamen editiones ſilentio praeteriit. Graecos quoque homines, et qui graece ſcripſerunt atque in orbe romano nati aut commorati ſunt, admiſcuit, in corollariis autem multa a re aliena, quae ad antiquitatem, etiam grammaticam et hiſtoriam iuris potius pertinerent, iuſto liberalius, neque tamen erudite expoſuit. Auctarium

rium ſeu ſupplementum Lexici memorati haberi poteſt eiusdem Hispani liber, inſcriptus:

Matthaei Aimerichii nouum lexicon hiſtoricum et criticum antiquae romanae litteraturae deperditae vel latentis ac Romanorum eruditorum, qui ea floruerunt ab vrbe condita ad Honorii Auguſti interitum. Acc. nonnullae diſſertationes et multa corollaria de rebus parum obuiis hiſtoriam rom. antiquam illuſtrantia. Contenta in hoc opere, quibus bibl. vetus latina Fabricii, etiam ab Erneſto aucta, etc. Baſſani 1787. 8. In dedicatione prodit, ſe antea in academia Ceruarienſi in Catalonia, humaniores et philoſophicas tradidiſſe diſciplinas, et enumerat ſua ipſius ſcripta. Ipſe vero liber eadem ratione, qua ſuperior, confectus pariter laborat naeuis. Multa igitur deſunt, quae rectius adferri debuerant; e contrario multa, quae nemo hic quaeret, copioſius, neque tamen erudite curateque explicantur. Inſunt praeter alia commentar. *de rebus priuatis et domeſticis M. T. Ciceronis*, eius fratris *Quinti* et *T. Pomponii Attici*, eorum affinis, parum, vt ait, notis; diſſertatio politica et hiſtorica de ſtatu politico a Romulo in vrbe ab ipſo condita conſtituto; vtrum monarchicus fuerit, an democraticus ſeu popularis? diſſ. hiſtor. theologica de duplici Conſtantini M. baptismate, Romano vno, Nicomedienſi altero: diſſ. hiſtorico-theologica, vtrum chriſtiani imperatores vsque ad Gratianum primis

eccleſiae ſaeculis ſibi arrogantes, vna cum ceteris praecipuis magiſtratibus, pontificatum maximum ethnicorum, vel huius titulum et inſignia non repudiantes, violatores chriſtianae profeſſionis dicendi ſint? diſſ. critica de discrimine inter dialecticam et rhetoricam a veteribus Romanis excultas, in qua falſa oſtenditur communis et vulgata de hac re opinio; genus et progenies ſatis in hiſtoria rom. implicata Octauiani Caeſaris Auguſti, denique genus et progenies Conſtantini M. parum nota.

Geſchichte der römiſchen Litteratur, nebſt biographiſchen und litter. Nachrichten von den latein. Schriftſtellern und Ausgaben von *F. A. Wolf.* Halae 1787. 8.

Ad pag. 17.

Romanorum ingenium, culturam et eruditionem nimiis laudibus extollit *de Torres* in: Memoria apologetica del commercio et coltura dei Romani, da Romulo a Conſtantino, in propoſito delle aſſerzioni dei Mengotti et Andrés dell' *Ab. Antonio de Torres*, Patrizio di Siviglia dell' Accademia delle Scienze etc. di Padova. Venet. tom. I. 1788. tom. II. 1791. mai. 4. Num tertius tomus lucem adſpexerit, equidem ignoro. conf. Jen. A. L. Z. m. Iun. 1793. pag. 668 ſqq.

Iis, quae in prolegomenis ad introduct. in notit. litterat. rom. tom. I. pag. 27 ſqq. de

de ſcriptoribus hiſtoriae eccleſ. collegi, addi poſſunt.

De ſcriptoribus eccleſiaſticis liber vnus, cum adiunctis indicibus vndecim et breui chronologia ab orbe condito vsque ad an. MDCXIII. *Roberto Cardinale Bellarmino auctore.* Colon. Agripp. 1645. 8.

Io. Clerici unpartheyiſche Lebensbeſchreibung einiger Kirchenväter und Ketzer, namentlich Iuſtini Martyris, Clementis Alexandrini, Origenis, Cypriani, Prudentii, Gregorii Nazianzeni, Euſebii, Pelagii und Celeſtii. Aus deſſen Bibliotheque univerſelle ins Teutſche überſetzt, nebſt einer Vorr. des H. Geheim. Raths Thomaſii. Halle im Magdeb. 1721. 8.

Aufrichtige Nachricht von dem Leben, Schriften und Lehren der Kirchenväter der erſten vierhundert Jahre nach der Geburt unſers Heilandes, den Studirenden zum Beſten aufgeſetzt von Gottlieb Stollen. Ienae 1733. 4. *Dietelmair,* Theologus quondam Aldorfinus, in vermiſchten Abhandlungen aus allen Theilen der Theologie, part. I. ſect. 3. pag. 41. vocat id opus *Stollens mislungenes Richteramt über die Kirchenväter*, et oſtendit, a Stollio, qui aliorum iudicia temere ſequutus, ſcriptores eccleſ. non ipſe legiſſet, illis ſaepe iniuriam eſſe factam.

Ad pag. 20.

Frid. Taubmanni — diſſertat. de lingua latina, cum epeiſodio in veteramentarium poetarum ſutorem. Acceſſ. quaeſtio, vtrum praeſtet, extempore, an cogitate verſus facere. Wittebergae 1602 et 1609. 8.

Io. Frid. Eckhardi progr. in quo quaedam, non ſatis adcurate atque per contemtum de lingua latina a recentiore quodam ſcriptore dicta, refelluntur. Iſenaci 1778. 4.

Laude dignum eſt opuſculum, erudite eleganterque ſcriptum: *Hermanni Buſchii — vallum humanitatis* — Coloniae 1518, ſed poſtea ornatius et praeclaris acceſſionibus auctius prodiit cura *Burckhardi*, ita inſcriptum:

Hermanni Buſchii, nobilitate, ingenio meritisque illuſtris viri, *vallum humanitatis*, *ſiue humaniorum litterarum contra obtrectatores vindiciae.* Ab obliuionis iniuria adſeruit et praeter commentarium de auctoris vita, cui complura inſuper integra elegantiſſimi ingenii huius monimenta inſerta ſunt, Germaniae equitem acerrimum humanitatis propugnatorem ex hiſtoria adumbratum praemiſit *Iacobus Burckhard*, ill. Gymn. Hildburgh. P. P. Francofurti ad Moenum, 1719. 8. De hoc vallo v. *Burckh.* in comm. de vita Buſchii pag. 224 ſqq. Idem Burckh. in praefat. ſub fin. laudat *Iac. Perizonii de doctrinae ſtudiis, nuper poſt depulſam barbariem diligentiſſime*

denuo

denuo cultis et deſideratis, nunc vero rurſus neglectis fere et contemtis, orationem a. 1708. dictam, quum academico magiſtratu ſe abdicaret.

Io. Mich. Heinze proluſ. Empfehlung der latein. Sprache und Schreibart: et Widerlegung der Behauptung des Delavau, das Latein der neuern Gelehrten würde den alten Römern unverſtändlich ſeyn: in illius *Kleinen deutſchen Schriften*, I. Theil. Gottingae 1789. 8.

Multa quoque in hanc rem collegit et ſcripſit Chriſtian Falſter in cogitationibus variis philologicis tripartitis, quarum pars prima vſum philologiae profanae in ſtudiis theologicis oſtendit; ſecunda labores praecipuos complectitur, qui in re philologica vel deſiderantur vel redundant; tertia controuerſias grauiſſimas philologorum et criticorum componit. Lipſiae et Flensburgi, 1719. 8. Alios de vſu et praeſtantia L. L. libellos vide excitatos in Catal. bibl. Bünau. vol. I. pag. 641. et in *Noltenii* Conſpectu etc.

Ad pag. 22. *lin.* 24. lege *du Tens.*

Ad pag. 24.

Harwoodii liber, (qui primum anglice prodiit Londini 1775.) italice verſus a Pinello, multis doctis, nec tamen ſemper certis omnino fidisque acceſſionibus locupletatus, iterum editus et inſcriptus eſt:

Degli Autori claſſici ſacri e profani greci e latini biblioteca portatile, oſſia il Proſpetto del DR. Eduardo Arvood, reſo più intereſſante per nuovi articoli e per recenti ſcoperte, ed illuſtrazioni critiche, cronologiche e tipografiche con mutua cura diſpoſte, dall' Ab. Mauro Boni e da Bartolomeo Gamba. II. part. Venet. 1793. 8. Quae peculiares ſectiones acceſſerunt, ad hiſtoriam litteraturae romanae pertinentes, hae ſunt potiores in parte ſecunda, ius ciuile, grammaticae et lexica latina, auctores claſſici cum notis variorum in 4. auctores claſſici Cominiani et ii, qui e typographia Bodon. exierunt in lucem. Indicem excipit in altero tomo Quadro critico tipografico dell' Ab. *M. B.* Ibi recenſentur ſcriptores, qui hiſtoriam veterum auctorum horumque editionum, annales typographicos, aut catalogos librorum, potiſſimum antiquiſſimorum rariorumue, et hiſtoriam artis typographicae confecerunt. (add. infra ad pag. 29. fin.) Denique agit Maurus Bon. de ortu illius artis in Italia. Quando autem is putat, librum, *decor puellarum*, e prelo Nicolai Jenſon a. 1461 exiiſſe: refutarunt eum, et errorem typographicum eſſe commiſſum, atque corrigendum 1471, oſtenderunt Morellius, Denis ac Pellegrini. conf. Jen. A. L. Z. m. Jan. 1796. nr. 35. pag. 279. — Per hanc occaſionem folium, paucis forſan notum aut viſum, in quo cel. *Morellius* primos libros

libros, qui Venetiis deſcripti ſunt formulis typographicis, curate deſignat, vt ab interitu ſeruaretur, ſaltem plurium vt veniret in manus et notitiam, hic typis renouare volui, ratus, id litterarum antiquarum amantibus haud ingratum fore.

MONUMENTI DEL PRINCIPIO DELLA STAMPA IN VENEZIA MESSI INSIEME DA DON JACOPO MORELLI.

I. *Verſi poſti alla fine dell' Epiſtole familiari di Cicerone ſtampate in Venezia da Giovanni da Spira l'anno 1469, della prima edizione.*

Primus in Adriaca formis impreſſit aenis
Vrbe libros Spira genitus de ſtirpe Ioannes:
In reliquis ſit quanta vides ſpes, lector, habenda,
Quom labor hic primus calami ſuperauerit artem.

M. CCCC. LXVIII.

II. *Verſi poſti alla fine dell' Iſtoria Naturale di Plinio ſtampate in Venezia da Giovanni da Spira l'anno 1469.*

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,
Quique etiam fractus pene legendus eram,
Reſtituit Venetis me nuper Spira Ioannes,
Exſcripſitque libros aere notante meos,
Feſſa manus quondam moneo calamusque quieſcat;
Namque labor ſtudio ceſſit et ingenio.

M. CCCC. LXVIIII.

III.

III. *Verſi poſti alla fine dell' Epiſtole familiari di Cicerone ſtampate in Venezia da Giovanni da Spira l'anno 1469, della ſeconda edizione.*

Heſperiae quondam Germanus quosque libellos
Abſtulit: en plura ipſe daturus adeſt;
Namque vir ingenio mirandus et arte Ioannes
Exſcribi docuit clarius aere libros.
Spira fauet Venetis; quarto nam menſe peregit
Hoc trecentenum bis Ciceronis opus.

M. CCCC. LXVIIII.

IV. *Privilegio conceſſo dalla Sereniſſima Signoria di Venezia a Giovanni da Spira, regiſtrato contemporaneamente nel Notatorio XIX. a carte 55. t. nella Cancellaria Superiore, ed ora per la prima volta pubblicato.*
1469. Die 18 Septembris.

Inducta eſt in hanc noſtram inclytam civitatem ars imprimendi libros, indiesque magis celebrior et frequentior fiet, per operam, ſtudium et ingenium Magiſtri Ioannis de Spira, qui ceteris aliis vrbibus hanc noſtram praeelegit, vbi cum coniuge, liberis et familia tota ſua inhabitaret, exerceretque dictam artem librorum imprimendorum: iamque ſumma omnium commendatione impreſſit Epiſtolas Ciceronis, et nobile opus Plinii de Naturali Hiſtoria in maximo numero, et pulcherrima litterarum forma, pergitque quotidie

tidie alia praeclara volumina imprimere; adeo vt induſtria et virtute huius hominis, multis praeclarisque voluminibus, et quidem per vili pretio, locupletabitur. Et quoniam tale inuentum aetatis noſtrae peculiare et proprium, priſcis illis omnino incognitum, omni fauore et ope augendum atque fouendnm eſt, eidemque Magiſtro Ioanni, qui magno vrgetur ſumptu familiae, et artificum mercede, praeſtanda ſit materia, vt alacrius perſeueret, artemque ſuam imprimendi potius celebriorem reddere, quam deſinere, habeat; quemadmodum in aliis exercitiis ſuſtentandis, et multo quidem inferioribus, fieri ſolitum eſt; infraſcripti Domini Conſiliarii, ad humilem et deuotam ſupplicationem praedicti Magiſtri Ioannis, terminarunt, terminandoque decreverunt, vt per annos quinque proxime futuros nemo omnino ſit, qui velit, poſſit, valeat, audeatue exercere dictam artem imprimendorum librorum in hac inclyta ciuitate Venetiarum, et diſtrictu ſuo, niſi ipſe Magiſter Ioannes. Et toties, quoties aliquis inventus fuerit, qui contra hanc terminationem et decretum auſus fuerit exercere ipſam artem et imprimere libros, multari condemnarique debeat, et amittere inſtrumenta et libros impreſſos. Et ſub hac eadem poena nemo debeat, aut poſſit tales libros in aliis terris et locis impreſſos vendendi cauſa huc portare.

ε. Angelus Gradenico.
ε. Bertuccius Contareno.
ε. Angelus Venerio. } Conſiliarii.
ε. Iacobus Mauroceno.
ε. Franciscus Dandulo.

Poco dopo la conceſſione del Privilegio, ſeguita improvviſamente la morte di Giovanni da Spira, dalla mano medeſima, che nell' indicato Notatorio lo aveva ſcritto, al margine di eſſo fu aggiunto: Nullius eſt vigoris, quia obiit Magiſter et Auctor.

V. *Verſi poſti alla fine della Città di Dio di Sant' Agoſtino incominciata a ſtamparſi in Venezia da Giovanni da Spira, ed ivi finita da Vindelino di lui fratello l'anno 1470.*

Qui docuit Venetos exſcribi poſſe Ioannes
Menſe fere trino centena volumina Plini,
Et totidem magni Ciceronis Spira libellos,
Coeperat Aureli; ſubita ſed morte perentus,
Non potuit coeptum Venetis finire volumen.
Vindelinus adeſt eiusdem frater, et arte
Non minor, Hadriacaque morabitur vrbe.

M. CCCC. LXX.

In Venezia alle Calende di Decembre dell' anno MDCCLXXXXIII.

Ad pag. 25. *poſt lin.* 23.

Annalium typographicorum V. Cl. Mich. Maittaire ſupplementum. Adornauit *Michael Denis,*

Denis, Aug. a conſ. et bibl. palat. Cuſtos. Viennae 1789. 4. II. partt. add. *Hamberger.* Zuverl. Nachricht. tom. I. pag. 146 ſqq.

In primis laudandi et commendandi ſunt:

Annales typographici ab artis inuentae origine ad a. MD. poſt Maittairii, Deniſii aliorumque doctiſſimorum virorum curas in ordinem redacti, emendati et aucti, opera *Georgii Wolfgangi Panzer*, capituli ecclef. cathedr. ad D. Sebald. Norimberg. praepoſiti etc. Norimbergae vol. I — V. (vltimum vol. continet vtiliſſimos indices.) 1793 — 1797. 4.

M. Georg Wolfgang Panzers Annalen der ältern deutſchen Litteratur, oder Anzeige und Beſchreibung derjenigen Bücher, welche von Erfindung der Buchdruckerkunſt bis MDXX in deutſcher Sprache gedruckt worden ſind. Nürnberg. 1788. 4.

Ad pag. 26.

Ordo voluminum operis *Bibliographie inſtructive:* ou Traité de la Connoiſſance des Livres rares et ſinguliers — par *G. F. de Bure*, hic eſt: Volume de Théologie à Paris. 1763. — Volume de la Jurisprudence et des Sciences et Arts. 1764. — Belles-Lettres. tom. I. et II. 1765. — Hiſtoire, tom. I. II. et Table générale, III. 1768. — Supplement à la Bibliographie inſtructive, ou Catalogue des Livres du Cabinet de feu M. *Louis*

Louis Jean Gaignat, diſpoſé et mis en ordre par *Guil. Franç. de Bure, le jeune.* tom. I. II. à Paris. 1769. 8. — Acceſſit anonymi Bibliographie inſtructive, tome dixieme, contenant une Table deſtinée à faciliter la recherche des Livres anonymes qui ont été annoncés par M. de Bure le jeune dans ſa Bibliogr. inſtruct. et dans le catalogue de M. Gaignat etc. à Paris. 1782. 8.

Ad pag. 27. *lin.* 8.

Dele punctum poſt *errores*, et *Audiffredi* libro adde alium eiusdem auctoris praeclarum:

Specimen hiſtorico - criticum editionum italicarum ſaeculi XV. in quo praeter editiones ab Orlandio, Mettario, Deniſio, Laerio et a nonnullis bibliographis recentioribus hactenus relatas plurimae aliae recenſentur, omnesque plenius vberiusque deſcribuntur; non paucae contra eorundem ſententiam elucidantur: varia item ad hiſtoriam typographicam et bibliographicam ſpectantia interſeruntur, authore R. P. M. Fr. *Io. Bapt. Audiffredi* *), ord. praedic. Caſanatenſi bibliothecae praefecto. Romae 1794. 4.

Index

*) Vita *Audiffredi*, nat. d. 2. Febr. 1714. mort. d. 3. Iul. 1794. expoſita eſt in Lettera diretta dal P. Anton Nicola Cianelli — al Domenico Moreni intorno alla vita ed all' Opere de *P*(adre) *M*(aeſtro) *Audiffredi*, Romae 1794. rec.

Index librorum ab inuenta typographia ad annum 1500. chronologice diſpoſitus cum notis hiſtoriam typographico-litterariam illuſtrantibus. Hunc dispoſuit *Franc. Xav. Laire,* Sequano Dolanus. Senonis, 1791. 8. II. partt.

Catalogue des Livres de la Bibliotheque de M*** faiſant ſuite à l'Index librorum ab inuenta typographia ad a. 1500. auct. Fr. Xav. Laire, par *Guill. de Bure* l'ainé. à Pariſ. 1792. III. tom. 8.

Memorie per ſervire alla Storia letteraria di Sicelia. Palerm. 1756. 8. II. voll.

Saggio letterario-bibliografico della tipografia Ferrareſe dall' an. 1471. ſin al 1500. auctore *Ab. Baruffaldo* iuniore. Ferrarae, 1777. 8.

Saggio ſtorico-critico ſulla tipografia Mantouana del ſecolo XV. auct. *Leopoldo Camillo Volta.* Venet. 1786. 4.

Saggio di Memorie ſu la Tipografia Parmenſe del ſecolo XV. del Padre *Ireneo Affò,* deſ. gen. de' minori Oſſerv. regio bibliotecario etc. Parmae 1791. 4.

Saggio ſtorico-critico ſulla Tipografia del regno di Napoli di *Lorenzo Giuſtiniani.* Neapoli.

Ad

rec. in Giornale de' Letterati, tom. 98. Piſae 1795. pag. 185—208. et excerpta in A. L. Anzeiger, a. 1796. n. 33. pag. 355 ſqq.

Ad pag. 28.

Creuennae bibliotheca poſtea per ſectionem publicam diuendita eſt. Sed quoniam poſt catalogum maiorem, (Catalogue raiſonné etc.) plures acceſſerant libri, et ille tam infrequens erat, quam conſilio minus adcommodatus, nouus eſt confectus catalogus et formulis typographicis deſcriptus, obſeruatt. litterariis hinc inde additis:

Catalogue des Livres de la Bibliothèque de M. *Pierre-Antoine Bolongaro-Crevenna.* Amſterd. 1789. 8. IV. voll.

Ad pag. 29. *lin.* 6.

Acceſſ. *pars III.* Noribergae 1791. 8.

Bibliotheca antiqua *Vindobonenſis ciuica,* ſeu catalogus librorum antiquorum cum msstorum tum ab inuenta typographia ad an. vsque MDLX typis excuſorum, qui in bibl. Vindobonenſi ciuica aſſeruantur, cum annotatt. hiſtorico-literario-criticis. *pars* I, libros theologicos complectens, (auctore *Phil. Iac. Lambachero,*) Viennae Auſtriae 1750. 4. Vnica tantum haec pars e prelo exiit, reliquae deſiderantur.

Librorum ab anno I. vsque ad annum L. ſaec. XVI. typis exſcriptorum ex libraria quadam ſupellectile, (Ebneri ab Eſchenbach,) Norimbergae priuatis ſumtibus collecta et adſervata, Millenarii I—IV. ad ſupplendos annalium typographicorum labores, editi a *Ca-*

rolo

rolo Chriſti. Hirſchio. Noribergae 1746—1749. 4.

Ad pag. 29. *lin.* 11.

Denis poſtea tam ſupplementa collegit in peculiari opuſculo, quam maius opus contraxit; atque conſilium ratioque patebit ex inſcriptione:

Bibliotheca typographica Vindobonenſis ab a. MCCCCLXXXII ad annum MDLX. in gratiam των Βιβλιοφιλων linguam germanicam non callentium, ex magno, quod de Vindobonenſi typographia condidit, opere (Wiens Buchdruckergeſchicht) excerpſit *Mich. Denis.* Vindobonae 1782. 4.

De origine et incrementis typographiae *Lipſienſis*, liber ſingularis. Vbi varia de litterariis vrbis ſtudiis et viris doctis, qui in ea claruerunt, inſeruntur. Acc. librorum ſec. XV. excuſorum ad Maittairii annales ſupplementum. Lipſiae 1744. 4. auct. *Io. Henr. Leichio,* Lipſienſi.

Zapfii Augsb. Buchdruckergeſchichte addi poteſt

Georg Wilhelm Zapf — Reiſen in einige Klöſter Schwabens durch den Schwarzwald und in die Schweiz. Im Jahr 1781, worin von Bibliotheken, Alterthümern, Geſchichte und vom Zuſtand der Litteratur überhaupt Nachricht gegeben wird. Mit 13 Kupfertafeln. Erlangen 1786. 4. In hoc opere multi

 ſcripto-

ſcriptorum romanorum libri et manu exarati et excuſi, in coenobiisque adſeruati memorantur. Ita in variis virorum doctorum itinerariis editionum antiquiorum et rariorum frequens fit mentio.

Ad pag. 29. *lin.* 25.

Bibl. *Ingolſtadienſis* incunab. typogr. — — prodiit faſciculus III. 1789. 4. et IV. 1792. 4.

Braunii notitia de libris — in bibl. monaſt. ad SS. Vdalricum — pars *ſecunda.* Acc. tabulae aereae ſexdecim, primorum typographorum alphabeta continentes. Auguſtae Vindel. 1789. mai. 4.

M. *Georg Wolfgang Panzers* älteſte Buchdruckergeſcichte *Nürnbergs:* Oder Verzeichnis aller von Erfindung der Buchdrukkerkunſt bis 1500 in Nürnberg gedruckten Bücher, mit litterariſchen Anmerkungen. Nürnberg 1789. 4. *Röder* quidem catalogum librorum, qui saec. XV. Noribergae impreſſi ſunt, iam a. 1742. 4. confecerat, ſed opuſculum ſcatet multis erroribus, a cel. Panzero in hoc docto opere ſublatis.

Aelteſte Buchdruckergeſchichte von *Mainz,* von derſelben Erfindung bis auf das Jahr 1499 verfaſst, herausgegeben und mit Anmerkungen erläutert von *Georg Wilh. Zapf.* Ulm 1790. 8. *Stephan Alex. Würdtwein* in Bibliotheca Moguntina, libris ſaeculo primo

typo-

typographico Moguntiae impreſſis inſtructa, hinc inde addita inuentae typographiae hiſtoria, Auguſtae Vindel. 1787. mai. 4. multos commiſit errores, (vide cl. *Meuſelii* hiſtoriſch - litterariſch - bibliographiſches Magazin, part. I. Tiguri 1788. 8. pag 15; ſqq.) Zapf. igitur certiorem plenioremque notitiam dare ſtuduit.

Georg Wilhelm Zapfs älteſte Buchdrukkergeſchichte *Schwabens:* Oder Verzeichniſs aller von Erfindung der Buchdruckerkunſt bis 1500. in Ulm, Eſslingen, Reutlingen, Memmingen, Stuttgardt, Tübingen, Urach, Blaubeuren und Coſtanz gedruckten Bücher, mit litterariſchen Anmerkungen. Ulm 1791. 8. Quaedam correcta et addita ſunt in cenſuris in Salzburg. Oberteutſchen Litteraturzeitung a. 1792. plagg. 36 et 37. atque in Jen. A. L. Zeit. a. 1792. nr. 150. m. Iun.

La Libreria de' *Volpi*, e la Stamperia Cominiana illuſtrate con utili e curioſe annotazioni neceſſarie agli Amatori de' buoni libri, auct. D. *Gaetano Volpio.* Patau. 1757. 8.

Verzeichniſs einiger Büchermerkwürdigkeiten aus dem 16ten und 17ten Jahrhundert, welche ſich in der Bibliothek des regulirten Korherrnſtifts des heiligen Auguſtin zu *Neuſtift in Tyrol* befinden. Brixen 1790. 4. cum ſex tabulis aeneis. (Auctor eſt canonicus et bibliothecar. *Franc. Graſs.*) Longa docta-

que cenſura eſt in Salzburg. oberd. allgem. Litter. Zeit. plag. 90. col. 337 ſqq.

Idem *Graſs* edidit: Verzeichniſs typographiſcher Denkmäler aus dem 15ten Jahrhunderte, welche ſich in der Bibliothek des regul. Chorherrnſtifts des heil. Auguſtins zu *Neuſtift in Tyrol* befinden. Brixen 1789. 4. cum VI tabb. aeneis. Ad vtrumque autem opus collegit vulgauitque ſupplementa, ibid. 1791. 4. conf. Salisburgenſ. mem. ephemer. litter. a. 1790. plag. III. pag. 33 ſqq. et a. 1793. plag. LVIII.

Verzeichniſs alter Druckdenkmale der Bibliothek des uralten Benediktinerſtifts zum *H. Mang in Fueſſen.* Mit litterariſchen Anmerkungen begleitet von *Joſeph Maria Helmſchrott*, Bibliothekar. Ulm 1790. 4. conf. longam doctamque cenſuram in bibl. vniuerſ. Berolin. vol. 102. part. I. pag. 240 ſqq. et Jen. A. L. Z. a. 1791. nr. 89. m. Mart.

Druckſtücke aus dem XV. Jahrhunderte, welche ſich in der Bibliothek des regulirten Chorſtifts *Beuerberg* befinden. Beſchrieben und herausgegeben von *Paul Hupfauer* etc. Auguſtae Vindel. 1794. mai. 8.

Serie dell' *Edizioni Aldine* per ordine cronologico ed alfabetico. Seconda Edizione, con Emendazioni e Giunte. In Padova. 1790. 12. Adde, quae obſeruaui in Introduct. in hiſtor. L. Gr. tom. I. prolegom. pag. 69 ſq.

De

De Florentina *Iuntarum* typographia eiusque cenſoribus, ex qua graeci, latini, tuſci ſcriptores ope codicum msstorum a viris clariſſimis priſtinae integritati reſtituti in lucem prodierunt. Accedunt excerpta vberrima praefationum libris ſingulis praemiſſarum, auctore *Angelo Maria Bandinio* I. V. D. — opus litterariae hiſtoriae et bibliographiae ſtudioſis perquam vtile et periucundum: etiam cum titulo generali *Iuntarum typographiae annales*, partt. II. Luccae 1791. 8. Continet quoque libros, qui ex typogr. Iuntarum Veneta ac Lugdunenſi Gall. prodierunt.

Abb. *Mauro Boni* Lettere ſui primi libri a ſtampa di alcune città e terre dell' Italia ſuperiore, parte ſinora ſconoſciuti, parte nuovamente illuſtrati. Venetiis, 1793. mai. 4. conf. Jen. A. L. Z. a. 1794. m. Nouembr. nr. 354. pag. 276 ſqq.

Bibliotheca codd. msstor. monaſterii *S. Michaelis Venetiarum* prope Murianum, vna cum *appendice librorum impreſſorum ſaeculi XV*. opus poſthumum *Io. Benedicti Mittarelli*, Veneti, abbatis exgeneralis Benedicto-Camaldulenſis. Venetiis 1779. fol.

Notizia delle libraria de' Padri Domenicani di S. Romano di *Lucca*, raccolte dal Padre *Federigo Vincenzo di Poggio*, Bibliotecario della medeſima. Luccae 1792. mai. 4.

Ad pag. 30. *lin.* 5.

Opera rariora, quae latitant in bibliotheca Canon. reg. collegiatae eccleſiae ad S. Ioannem Baptiſtam in *Rebdorf.* Collegit, notis illuſtrauit et edidit eiusdem collegii bibliothecarius, (*Andreas Strauſs.*) Eichſtadii 1790. 4.

Ad pag. 30. *lin.* vlt.

Tertii tomi particulae *vndecima* et *duodecima* prodierunt 1781. et 1782.

M. Auguſti Beyeri memoriae hiſtorico-criticae librorum rariorum. Dresdae et Lipſiae 1734. 8.

Florilegium hiſtorico-criticum librorum rariorum, cui multa ſimul ſcitu iucunda adſperguntur, hiſtoriam omnem litterariam, et cum primis reformationis eccleſiaſticam illuſtrantia. Editio II. auctior. Groeningae et Bremae 1747. 8.

Catalogus bibliothecae *Brühlianae*, partt. I—IV. Dresdae 1750—1756. fol.

Verzeichnis der vor 1500 gedruckten, auf der öffentl. Bibliothek zu *Lübeck* befindlichen Schriften. — — von *Ludewig Suhl.* Lübeck 1782. 4.

Eiusdem Verzeichnis der von 1500—1520 gedruckten, auf der öffentl. Bibl. zu *Lübeck* befindl. Schriften. Ibid. 1783. 4.

De typographiis earumque initiis et incrementis in regno *Poloniae* et magno ducatu

catu *Lithuaniae* cum variis obſſ. rem et litterariam et typographicam vtriusque gentis aliqua ex parte illuſtrantibus. Dantiſci 1740. 4.

Nachricht von denen in der Hochgräfl. *Zaluskiſchen* Bibliothek ſich befindenden raren polniſchen Büchern, herausgegeben von *Io. Daniel Ianozki.* I. pars. Dresdae 1747. II—V. partt. Breslau 1749—1753. 8.

Der Kirchen-Bibliothek zu Neuſtadt an der Ayſch erſte — ſechſte Anzeigen von den darinnen befindlichen Handſchriften und Büchern (bis auf 1520.) — mit litterariſchen Anmerkungen — von *Georg Matthaeus Schnizer*, Superintend. etc. Noribergae 1782 — 1787. 4.

Io. Fried. Eckhards Nachrichten von einigen ſeltenen Büchern der Bibliothek des Hochfürſtl. Gymnaſii zu *Eiſenach* aus dem 15ten Jahrhundert. Iſenaci 1775. 8.

Reliquiae aliquot librorum libellorumque ex bibliotheca *I. A. Rieggeri* Eq. II. tom. Vindobonae 1784. min. 8.

Dictionaire bibliographique, hiſtorique et critique des Livres rares, precieux, ſinguliers, curieux, eſtimés et recherchés etc. Pariſ. 1790. 8. III. tom.

Praeſtantioribus libris adnumerandus eſt: Catalogus codd. ſaec. XV. impreſſorum, qui in publica bibliotheca *Magliabechiana Florentiae* adſeruantur, auctore *Ferdinando Foſſio*,

eiuſdem bibliothecae praefecto. tomi III. Florentiae 1793 — 1795. fol.

Multa quoque notatu digna et quae huc pertineant, reperies in *Frid. Car. Gottlob Hirſchingii* Verſuch einer Beſchreibung ſehenswürdiger Bibliotheken Teutſchlands nach alphabetiſcher Ordnung der Städte. IV. tom. Erlangae 1786 — 1791. 8. Vt innumeros paene libros de libris rarioribus, atque catalogos omittam, quorum nubem excitatam deprehendes in Bibliotheca *Bünau.* vol. I. pag. 503 ſqq. 671 ſqq. et pag. 661 ſqq. de arte typographica, eius ortu, fatis et controverſiis etc. tum in collectione ſcriptorum, qui de libris rarioribus vel ex inſtituto egerunt, vel aliud tractantes raritatem librorum ſimul reſpexerunt, vel ſaltem in bibliothecarum catalogis notam litterariam et raritatis aſteriſcum addiderunt, praemiſſa *Io. Iac. Baueri* Bibliothecae librorum rariorum vniuerſali etc. part. I. et III. et IV. Noribergae 1770 — 1772. 8. nec non eiusdem bibliothecae ſupplementorum tom. I. et II. ibid. 1774. atque tom. III. a *Bernhardo Frid. Hummelio* (Rectore quondam ſcholae Altdorfinae,) collecto, ibid. 1791. 8. Nec defuerunt, qui poſt tam largam meſſem colligerent ſpicilegia. Adde *Burcardi Gotth. Struuii* introduct. in notitiam rei litterariae — edit. ſexta cura I. Chr. Fiſcheri. Francofurti et Lipſiae 1756. 8. cap. III. et IV. pag. 224 ſqq. aut

ex

ex edit. *Io. Frid. Iugleri* inſcripta: Bibliotheca hiſtoriae litterariae ſelecta, olim titulo introductionis in notit. rei litterar. — inſignita, cuius primas lineas duxit Burc. Gotth. Struuius etc. tom. I. Ienae 1754. 8. pag. 193 ſqq.

Ad pag. 31. *lin.* 10.

Ingentem catalogorum et librorum maioris minorisue molis de bibliothecis recentioribus et publicis et priuatis numerum exhibet Catalog. bibl. Bünau. vol. I. cap. III. et IV. pag. 840 ſqq. Catalogos permultos librorum bibliothecarum gallicarum, praecipue priuatarum, enumerauit auctor Dictionaire bibliographique etc. tom. I. p. XV. ſqq. Inter recentiores catalogos, praeter memoratos partim ob copiam edd. antiquiorum meliorumque, partim ob notas additas litterarias laudem et commendationem merent

Bibliotheca *Aſkeuiana*, ſiue catalogus librorum rariſſimorum *Antonii Aſkew*, M. D. etc. Londini 1765. 8.

Bibliotheca *Firmiana*, etc. Mediolani 1783. 4. voll. IX.

Catalogus ſelectiſſimae bibliothecae *Nicolai Roſſii*, cui praemiſſum eſt commentariolum de eius vita. Romae 1786. 8.

Bibliotheca *Roloffiana*, partt. II. Berolini 1789. 8.

Catalogo di Libreria poſta in vendita in Venezia 1794. 8. (Schweyeri mercatoris Veneti,

Veneti, patria Noribergenſis, fuit bibliotheca, vel pars illius.

Catalogus bibliothecae: — — collegit, litterariis catalogum animaduerſſ. inſtruxit, indicem elementarem adiecit *Barthold. Nicol. Krohn.* Hamburgi 1793. 8. Poſt mortem Krohnii, Edit. II. eaque locupletior, additis vel adnotatt. litterariis Krohnianis recentioribus vel aliis libris, ibid. 1796. 8.

Catalogus ampliſſimae bibliothecae *Thottianae*, cuius tomus *quartus*, Hauniae 1788. 8. continet tantummodo libros philologicos, et maximam partem editt. auctorum graecorum latinorumque. — Catalogi bibliothec. multis praeclarisque aut raris auctorum gr. et lat. editt. refertarum, Chriſtii, Erneſtii, Moerlii, Richteri, Gebaueri, Kuhlenkampii etc. ſunt notiſſimi.

Ad pag. 32. *lin.* 24.

Conf. catal. bibl. *Bünau.* I. pag. 660—676. Abb. *Maurus Bonus* in diſſertaz. critiche ſulle origine tipografiche pag. XXII. adpendicis ad tom. I. degli autori claſſici — biblioteca portatile etc.

Ad pag. 33. *ſub finem.*

Schwarzii diſſ. de orig. typogr. recudi feci in Schwarzii opuſculis quibusdam academicis Noribergae 1793. 4. vbi pag. 324 ſqq. de Moguntina Cicer. de off. editione agitur.

Ad

Ad pag. 34. *not.* *)

Add. Serie dell' edizioni Aldine; et *Bandini* annales typogr. ſupra iam memoraui. Indicem librorum, qui ex officina *Henr. Stephani* prodierunt, ipſe H. Steph. ſubiecit epiſtolae ſuae, qua ad multas multorum amicorum reſpondet etc. a. 1569. exc. H. Steph. 8. — *Theod. Ianſſ. ab Almeloveen* de vitis *Stephanorum*, celebrium typographorum etc. Amſterd. 1683. 8. — *Mich. Maittaire* Stephanorum hiſtoria, vitas ipſorum ac libros complectens. Londini 1709. mai. 8. Alia, quae huc pertinent, ſcripta indicantur in Catal. bibl. Bünau. I. pag. 679 ſq. In *Struuiana* introduct. in notit. rei litter. ex editt. tam Fiſcheri, quam Iugleri, ſupra laudatis, per totum vndecimum caput vberrime agitur de origine typographiae, typographis, bibliopolis et correctoribus.

Ad pag. 38.

Poetae lat. minor. ed. Wernsdorfii: tom. V. pars ſecunda: Rufi Feſti Auieni deſcriptio orbis terrae cum commentariis. Helmſtadii 1791. 8.

Tom. V. pars III, carminum geographicorum reliqua complectens. Acc. ſupplementa annotatt. ad priores tomos. ibid. 1792.

Tom. VI. ſectio prior carmina de re hortenſi et villatica, item amatoria et ludicra complectens. ibid. 1794.

Poetae

Poetae ſententioſi latini — Dhe ſentencious poets, Publius dhe Syrian, C. D. Laberius, dhe Roman Knight; L. An. Seneca, dhe Philoſopher; D. Cato dhe Moraliſt; alſo, from Auſonius, dhe Sayings of the Sevven Greek Sages; arranged and translated into correſpondent Ingliſh. Mezzure. By *James Elphinſton*, (lat. et anglice,) ap. Richardſon, Londini 1794. 12. vid. The Monthly Review menſ. Mai. 1795. pag. 106 ſq.

In Introductione etc. pag. 74. inter fragmenta hiſtoricorum antiquiſſimorum excitaveram editionem; *Beroſus* etc. a. 1511. 4. Aliam editionem poſtea reperi memoratam in ſpecimine bibliothecae Hispano-Maianſianae pag. 25. huius ſententiae:

Opuſcula in hoc volumine contenta. Archilochus de temporum antiquitate et Homeri octo. Philonis breuiarium de temporibus ſacrae ſcripturae. Beroſus Chaldaeus de origine et ſucceſſione regnorum. Manethon Aegyptius ſubſecutus Beroſum in hiſtoria. Metaſthines Perſa, qui et ipſe Beroſum ſubſecutus eſt. Myrſilus Lesbius, qui de Italiae antiquitate ſcripſit. Xenophon hiſtoricus de quorundam aequiuocatione. Sempronius romanus de Italiae deſcriptione. Fabius Pictor hiſtoricus de Italiae antiquitate. Catonis Cenſorii de originibus fragmentum. Antonius Nebriſſenſis, chronographus regius, dum Burgis

gis in curia deſidet otioſus, dispunxit, interpunxit, atque pro virili ex inemendato exemplari caſtigauit, et imprimi curauit. In fine legitur: *Explicita ſunt haec opuſcula antiquitatis plena Burgis in officina Alemani, pridie Kal. Maii* a. MDXII. 4. Maianſius iure miratur, Anton. Nebriſſ. cum multis aliis eruditiſſimis viris illius temporis non animaduertiſſe, mendaciſſima haec ſcripta conficta eſſe; tum notauit, Gasper. Varrerium vnum fuiſſe, (obſeruante Andrea Schotto in bibliotheca Hiſpaniae, de illo loquente,) ex oculatis viris, qui *Ioannis Anni Viterbienſis* *) fraudem viderent, eique adimerent perſonam; quam autem eſſet ridiculus ille monachus in ſuis fictionibus, iucunde narraſſe ex Latino Latinio Viterbienſi Antonium Auguſtinum dial. XI. antiquitat. Sed antiquiores proſtant editiones.

Antiquitatum variarum volumina XVII. cum commentariis Fr. Io. Annii Viterbienſis, Ord. Praedic. Romae per Euchar. Silber. 1497. fol. At haec editio apocrypha videtur cel. *Panzero* in A. T. II. pag. 516. nr. 582. e contrario editionem primam habet ibid. p. 517. nr. 588. quae prodiit Romae per

*) Annium tamen Viterbienſem ab impoſturae nota liberare nititur auctor libelli diurni, L'Obſervateur Hollandois; vide *Reiskii* Lebensbeſchreibung, pag. 389.

per Euchar. Silber. 1498. fol. in qua tamen et alius, ac in ſuperiore, eſt opuſculorum ordo, et alia pluraque inſuper opuſcula inſunt. v. *Foſſii* catal. codd. ſaec. XV. impreſſorum in bibl. Magiabech. I. col. 103. et *Clement.* Biblioth. curieuſe, hiſtor. et critique, tom. I. pag. 351 ſqq. qui praeterea de editt. *Paris.* per Ioan. Paruum et Iodocum Badium 1512. fol. — 1515. fol. — Antwerp. 1552. 8. aliisque et cum commentariis et ſine illis et de verſione *Franc. Sanſouinii* italica, Venet. 1583. 4. eſt copioſus. — De editione *Veneta* 1498. 4. cum *Pauſaniae* deſcriptione Atticae, a *Domitio* Calderino latine verſa, v. *Panzer* l. c. III. pag. 441. n. 2388. — Adde *Dan. Guil. Molleri* diſſ. de Annio. Altdorf. 1692. 4. et *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. IV. p. 50. ed. Manſi.

Ad pag. 40.

C. Plinii Caecilii Secundi epiſtolarum libri X. vt et eiusdem Plinii nec non Eumenii, Pacuti, Mamertini, Nazarii et aliorum panegyrici XII. imperatoribus dicti. Cum variis lectionibus et notis H. Stephani, Is. Caſauboni, Caſp. Barthii et Aug. Buchneri. Nunc rurſum iunctim editi et praefat. — cura *D. A. R.* P. P. in academ. Lipſ. ſumt. Melch. Kloſmanni, bibliopolae Francof. ad Viadrum, literis vero Caſp. Freyſchmids, typograph. Ienenſis. 1650. 8.

Ad

Ad pag. 41. *circa fin.*

Appendix obſeruationum ad Panegyricos veteres, quae et praefationis vice adhiberi poteſt editioni illorum curatae a *Wolfgango Iaegero*, Prof. Altdorf. Norimberg. et Altdorf. 1790. 8.

Ad pag. 42. *fin.*

Praeſtans et critica eſt editio:

Scriptorum rei ruſticae veterum Latinorum, tomus primus, M. Porcium Catonem et M. Terentium Varronem tenens. Ex librorum ſcriptorum atque editorum fide et virorum doctorum coniecturis correxit atque interpretum omnium collectis et excerptis commentariis ſuisque illuſtrauit *Io. Gottlob Schneider*, Saxo; (Prof. eloq. in academia Francof. ad Viadrum.) — Pars II. commentarii in M. Porcii Catonis et M. T. Varronis libros de R. R. — Lipſiae ſumt. Casp. Fritſch. 1794. 8.

Tom. II. *pars* I. L. *Iunium Moderatum Columellam* tenens. ibid. eod. anno. — Pars II. commentarium *tenens*.

Tomus III. *Palladii Rutilii Tauri Aemiliani* de R. R. libros XIV tenens ib. 1795. Subiuncta eſt 1) Varietas lectionis in libro Catonis et Varronis excerpta ex quatuor editt. Petri de Creſcentiis. 2) Tomi tertii pars altera, commentarios ad Palladium de R. R. tenens.

Tom. IV. *Vegetii Renati* artis veterinariae ſ. mulomedicinae libros VI. (vulgo quatuor) cum commentariis, qui etiam part. II. conſtituunt. ib. 1797. Hinc altera pars inſcribitur: — tomi IV. pars poſterior, ſeu *tertia*, tenens Iulii Pontederae curas poſtumas, notitiam litterar. editionum, indices etc. ibid. 1796. 8.

Ad pag. 43. *lin. vlt.*

Add. edit. correctam et notatu dignam Paris. 1603. 4.

Ad pag 44. *lin.* 3.

Hiſtoriae auguſtae ſcriptores ſex. — cum notis ſelectis Is. Caſauboni, Cl. Salmaſii et Iani Gruteri. cum indice. Accurante *Corn. Schreuelio.* Lugd. Bat. ex offic. Franc. Hackii, 1661. 8. — Iidem cum notis *Vlrici Obrechti.* Argentorati 1677. 8.

Hiſtoriae romanae epitomae. L. Iulii Flori, C. Vell. Paterculi, Sext. Aur. Victoris, S. Rufi Feſti, Meſſalae Coruini, Eutropii, Paulli Diaconi, M. Aur. Caſſiodori, Iornandis, Iulii Exuperanti. Acc. tractat. de menſuris et ponderibus. Amſtelod. ap. Ioann. Ianſſonum. 1630. rec. ibid. 1647. 16.

Scriptores hiſtoriae romanae latini veteres, qui extant, omnes, notis variis illuſtrat a *Carolo Henrico de Klettenberg* et *Wildeck* e bibliotheca — — Bernardi Franciſci L. B

d

de Hallberg, — in vnum redacti corpus, tribus tomis diſtinctum. Edente et adcurante *Bennone Caſparo Hauriſio*, — P. O. cum figg. aeneis. Heidelbergae 1743 — 1748. fol. III. tom. Conf. Introduct. etc. I. pag. 80. et noua acta erudit. Lipſ. a. 1743. m. Iun. pag. 289 ſqq. de tomo I. — a. 1746. m. Iul. pag. 385 ſqq. de tomo II. nec non *Meuſel.* bibl. hiſt. vol. IV. part. I. cap. VII. pag. 138 ſqq. et *Dodwelli* praelectiones Cambdenianas, Oxon. 1692. m. 8.

Collectiones aut ſeriem multorum auctorum, qui profani audiunt, Manhemianam et Noribergenſem apud Riegel praetermitto: partes autem melioris collectionis Bipontinae ſuo quamque loco laudaui. Cl. *Car. Heinr. Tzſchucke* incepit quoque a. 1790 edere notisque eruditis illuſtrare *Auctores latinos minores*, in 12. tom. I. *Poetae.* part. I. *Auiani* fabulas ex rec. Cannegieteri; part. II. *Phaedri* fabul. ex rec. P. Burmanni; part. III. *Dionyſii Catonis* diſticha de moribus ad filium, ex recenſ. Arntzenii; part. IV. *Publii Syri* et aliorum vett. ſententiae ex recenſ. *I. Gruteri* etc.

Ad collectiones ſcriptorum eccleſiaſticorum, (de quibus v. Introduct. I. pag. 93 ſqq.) pertinent tres memorabiles editiones:

De illuſtribus eccleſiae ſcriptoribus, authores praecipue veteres: 1) Diu. Hieronymus Stridonenſ. presb. 2) Gennadius Maſſilienſis

Della Eloquenza Italiana di Monſignor *Giuſto Fontanini*, Arciveſcovo d'Ancira, Libri tre. Novellamente riſtampati. Nel primo ſi ſpiega l'origine, ed il proceſſo dell' Italiana favella: nel ſecundo ſi tratta del ſuo ingradimento per le opere ſcritte: nel terzo ſi dispone una biblioteca ordinata d'autori ſingolari nelle materie più claſſiche, illuſtrata di molte oſſervazioni. In Venezia 1737. 4. qua equidem vtor editione. — Edita eſt prius Romae, 1726. 4. — ibid. apud Roccum Barnab. 1736. 4. et eiusdem Biblioteca dell' Eloquenza Italiana, cum adnotationibus *Apoſtoli Zeni*, Venetiis 1753. 4. II. tom. — Eiusdem *Fontanini* Ragionamento della Eloquenza italiana. Romae 1706. 4.

Filippo

Filippo Argellati Biblioteca dei Volgarizzatori, colle addizioni di *Angelo Teodoro Villa.* Mediolani 1767. 4. V. tom.

Horum diligentiam vicit et multorum correxit errores *Paiton.* in opere docto atque erudito:

Biblioteca degli autori antichi Greci, e Latini volgarizzati, che abbraccia la notizia delle loro edizioni: nella quale ſi eſamina particolarmente quanto ne hanno ſcritto i celebri Maffei, Fontanini, Zeno, ed Argellati, — Opera librario-litterario-critica, neceſſaria a tutti i Bibliotecarj, e Libraj, ed utile a tutti gli amatori della Letteratura Italiana, di *Jacopo-Maria Paitoni*, *C. R. Somaſco.* In Venezia 1774. 4. V. tom.

Ad pag. 70. *lin.* 17.

In Introduct. cit. pag. 124 ſq. *Pelluterii* et *Court de Gebelin* libros et opiniones de origine L. L. retuli. Hic addam, prioris vitam et aduerſarios recenſeri in *Schroeckhii* Abbildungen und Lebensbeſchreibungen etc. vol. II. pag. 276 ſqq. — Editione tamen Hagana eſt multo locupletior ea, quam, opuſculis quoque illius poſtumis didatam, edidit *Chiniac de la Baſtide*, Pariſ. 1770 — 1771. tom. VIII. in 12. in quibus Pellut. hiſtoriam, linguam, fata et doctrinam Celtarum vberius expoſuit. Summam omnium tomorum, addito iudicio atque ſobrio argumentorum examine, dedit *Franc.*

Franc. von Paula Schrank in: Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten, tom. I. Noribergae 1797. mai. 8. nr. XII. in vita Simon Pelloutier, (nati 1694. defuncti 1757.) pag. 256—275.

Court de Gebelin in Monte primitif, vol. VI. et VII. concinnauit Dictionaire etymologique de la Langue latine, I. et II. Part. praemiſſa hiſtoria L. L. litteraria, et originis populorum Ital. inueſtigatione. Multa ſomniat, n. Romulum reuera non exſtitiſſe, ſed fuiſſe deum ſolem, vnde nomen *Quirini* accepiſſet, a voc. *In*, ſol, et *Quir, Keir*, vrbs; *Numam* fuiſſe primum conditorem et vocatum, *Numam, dechevelu*, quoniam Ouidius in Faſtis ſcripſiſſet: *tunc erat* intonſi *regia magna Numae;* de Tarpeia omnia eſſe ficta etc.: et ipſe multa fingit. v. Supplem. ad ephemer. litter. Goetting. plag. X. a. 1782. vbi alia quoque priora voll. operis recenſentur, addita interdum criſi.

Add. *St. Bardetti* de' primi abitatori dell' Italia. II. voll. Modenae 1769. 4. atque eruditos cl. *Heynii* excurſus, IVtum de veteris Italiae originibus, populis et fabulis ac religionibus, ac V. et reliquos ad Virgilii Aen. VII. tom. III. pag. 126 ſqq. et opus doctum:

Saggio di Lingua Etruſca e di altre antiche d' Italia, per ſervire alla Storia de' Popoli, delle Lingue, e delle belle Arti. tomo I. Con-

Contiene i preliminari; ed il Trattato degli Alfabeti e Lingue degl' Itali antiche. — tomo II. contiene le Iſcrizioni della Etruria media e delle ſue adjacente. — Continuaz. del tomo II. contiene le Iſcrizioni della Etruria Campana e della Circompadana e de' Popoli adjacenti, con Annotazioni, (auctore *Lud. Lanzi.*) Romae 1789. III. tom. in 8.

Vir quidam doctus in comment.: Verſuch über die Aehnlichkeit der *ſlaviſchen* Sprache mit der Sprache der Bewohner des alten Latium, in Berliniſchen Magazin der Wiſſenſchaften u. Künſte, IV. Stück des erſten Jahrgangs. Berol. 1783. 8. reperit aut ſuſpicatus eſt ſimilitudinem L. L. in radicibus vocabulorum iisque loquendi formis, quas Slaui eo tempore, quo barbariem et feritatem vitae cum cultura et ſocietate hominum commutarunt, excoluiſſe videantur. Ego vero, mea quae eſſet ſententia, iam ſignificaui et explicui in Introductione etc. tom. I. pag. 136 ſqq.

Huc quoque referenda eſt quaeſtio de *lingua romana ruſtica.* Iis, quae in Introduct. I. pag. 149 ſqq. ſcripſi, addi poteſt *Chriſtiani Dan. Beck* comment. docta: Carmen dotis, monumentum linguae romanae ruſticae antiquiſſimum. Lipſiae 1782. 4. Vir doctiſſ. ex mixtura linguae romanae cum celtica, indeque orta deprauatione, in Galliis primum facta, originem et indolem linguae ruſti-

ruſticae deriuat, Bonamicum potiſſimum ſectatus. Idem pag. 6. in nota multorum VV. DD. ſcripta de linguae ruſticae rom. ortu recenſet; denique adfert et docte illuſtrat monumentum dotis in illa lingua conſcriptum, quod cum pluribus formulis Andegauenſibus edidit *Io. Mabillon* in veter. analect. ed. nou. Pariſ. 1723. pag. 388. et poſt eum *Ruinartus* in Adpend. ad Gregor. Turon. annal. Fr. pag. 1330 ſqq.

Supplementa ad caput I. de infantia et pueritia L. L.

Ad pag. 75. *lin.* 12.

Poſt *illuſtrauit* add. *Petrus Ciacconius*. Plures, qui *columnam roſtratam* partim aeri incidendam curarunt, partim explicuerunt, laudantur in nota ad *Fabricii* Bibl. lat. tom. II. pag. 445. ed. Erneſti. et v. quae ſcripſi in Introductione etc. I. pag. 167 ſqq. et *Noltenium* in conſpectu ſpeciali pag. 211 ſq.

Anno primo poſterior eſt *inſcriptio in Scipionem*, de qua quaedam adnotaui in Introd. l. c. pag. 169. §. V. Sed plures in Scipiones inſcriptiones, ſarcophagis aut vrnis inciſae, ſunt ab a. 1780. detectae. Omnia autem illorum monumenta et quae inuenta ſunt, aeri inciſa conſpiciuntur in VI. tabulis

in

in folio imperiali, addita explicatione et in XXIV pagg. interpretatione atque illuſtratione in: Monumenti degli Scipioni pubblicati dal Cav. *Franceſco Piraneſi,* architetto romano. Romae 1785.

De legibus regiis et iure Papiriano egi in Introd. I. pag. 157 ſqq. Doctiſſimus cel. *Glückii* liber de iure ciuili Papiriano, (ibid. pag. 160. laudatus,) eſt recuſus in illius Opuſculis iuridicis, faſcic. II. Erlangae 1786. 8. pag. 9 ſqq. et pag. 256 ſqq. Plures memorantur, qui fragmenta illarum legum collegerunt aut illuſtrarunt commentariis. — De legibus regiis, earum fatis et conſeruatione, nec non de iure Papiriano ciuili late docteque diſputauit *Georg. Schubart*, Profeſſor quondam Ienenſis, in eximio libro de fatis iurisprudentiae romanae — ed. nou. — cura *Chriſtiani Godofredi Tilling,* Lipſiae 1797. 8. in exercitat., prima cap. IV. ſect. I—VI. et exercit. ſecunda, cap. I. §. 1—3. — Add. D. *Aug. Corn. Stockmanni* diſp. Papirii Iuſti Ict. romani fragmenta, obſeruatiunculis illuſtrata. Lipſiae 1792. 4.

Ad pag. 77. *lin.* 13.

Philipp in comment. memorata adſeuerat, tres tantum legatos eſſe miſſos in Graeciam, qui exempla legum a graecis ciuitatibus acciperent, et Pomponium erraſſe, de legatione decem hominum loquentem; Hermodo-

modorum non vertiſſe Graecorum leges in linguam latinam; ſed tamen partim eius conſilia in negotio illo graui fuiſſe expetita, partim Romanis graecarum legum ſenſum ab illo expoſitum; cur populo romano vltimae duae tabulae haud placuerint, cauſſam fuiſſe, quod matrimonia inter patricios et plebeios fuiſſent vetita; tabulas igni quoque fuiſſe abſumtas, incendio vrbis Romae per Brennum facto; legibus autem XII. tabularum nihil eſſe derogatum per legem Aebutiam. Denique explicat locum Ciceronis de LL. II. cap. 23. de duodecim tabulis.

Leges XII. tabularum ex ed. Gothofredi recuſae, docte copioſeque explicantur atque illuſtrantur in *Wolfgang Paul Burgermeiſters von Deyziſau* Verſuch einer leichten und deutſichen Anleitung zu einer gründlichen Gelahrtheit in denen in Teutſchland eingeführten und hergebrachten Rechten zu gelangen. Francof. et Lipſiae ſine anni nota, 8. ſect. III. pag. 291 — 531. In hoc tamen tomo, quem num alii exceperint, neſcio et dubito, quinque tantum tabulae explicantur. In ſectione I. quoque de *legibus regiis* et *iure ciuili Papiriano* fuſe agitur.

Hiſtoriam legum XII. tabb. copioſe perſequitur *Schubart* in exercitat. ſecunda, *de fatis iurisprudentiae rom. ſub conſulibus* cap. II. ſqq. in eius libro, paullo ante laudato, de fatis iurispr. rom. pag. 89 ſqq.

F Prae-

Praeclarum et ſplendidum eſt opus: Commentaire ſur la Loi des douze Tables, dedié au Roi par M. *Bouchaud*, Conſeiller d'Etat — Docteur régent de la Faculté du Droit de Paris, Lecteur et Profeſſeur Royal du Droit de la Nature et des Gens, et Cenſeur Royal etc. à Paris, de l'Imprimerie de Moutard 1787. mai. 4.

Ad pag. 80. *nr.* 4. *lin.* 3.

Lege *Antwerp.* 1594. (al. 1593.) 4.

Ad pag. 81. *nr.* 2. *lin.* 6.

Lege: *in mil. glor.* II. ſc. 2. v. 56. vbi v. Douz. et quae ego ſcripſi in Introd. I. pag. 173. atque *Iagemann*, (qui *Tiraboſchi* opus doctum Storia della Letteratura Ital. vertit german. et contraxit,) in: Geſchichte der freyen Künſte und Wiſſenſchaften in Italien, tom. I. Lipſ. 1777. 8. pag. 122 ſq. vbi a pag. 117. *de Liuio Andronico, Naevio, Ennio, Pacuuio, Plauto, Caec. Statio, Accio*que agitur.

Ibid. ad *nr.* 5.

V. *Fabr.* B. L. tom. III. pag. 231. §. III. pag. 235. ſect. 3. p. 238 ſq. §. V.

Ad pag. 82. *poſt nr.* 6.

In lin. penult. leg. *Annius Viterb.* et de ed. *Ant. Nebriſſenſis* v. Specimen bibl. hispano-Maians. e muſeo Dan. Clementis pag. 25.

Ad

Ad pag. 84. *nr.* 6.

Add. *Domenico de Angelis* della patria d'Ennio. Romae 1701. 8. *Forel.* diatribe de Ennio. Vpſal. 1707. De patria Ennii *de Leo* in Memoria Pacuuii (infra ad §. 8. citata,) pag. 15 ſq. curatius diſſerit.

Ad pag. 84. *fin.*

Lucius Cincius Alimentus, ab aliis *Mimantus* corrupte vocatus, aequalis Fabii Pictoris. A *Sexto* tamen *Aurelio Victore*, de origine gentis rom. cap. 1 . dicitur *Lucius Cincius*, ſine cognomine *Alimenti*, et in cap. 17. tantum *Cincius*. *Dionyſius* vero *Halicarn.* libr. I. antiqq. rom. cap. 6. pag. 18. tom. I. ed. Reiskii teſtatur, *Q. Fabium* et *Luc. Cincium*, qui ambo bellis punicis floruiſſent, et res probe ſibi notas diligenter mandaſſent ſcriptis, vetuſtiſſimos eſſe, qui res priſcas ſuae ciuitatis graeco ſcripſiſſent ſermone. Sed de hoc eiusque ſcriptis egi in Introd. I. §. IX. pag. 177 ſq. Vberius vero perſequutus eſt hiſtoriam Cincii *Paullus Dan. Longolius* in auctario diſſ. de Hermunduris cap. I. pag. 3 — 14. in tomo II. notitiae Hermundurorum etc. editae a *I. Henr. Mart. Erneſti*, Noribergae 1793. mai. 8. Dubitat ille pag. 7. Cincium hiſtoriam de Gorgia Leontino opuſculo et libro ſingulari tradidiſſe, et „ea, inquit, ſi C. Cincius Alimentus praeſtiterit, potuit factum eſſe in hiſtoria Hannibalica;

ſi alius, isque recentior, in libro de verbis priſcis.“ Dubitat quoque §. IX. ſq. pag. 9 ſq. L. Cincium Alimentum, hominem negotioſum, in reipublicae ſuae anguſtiis omnes eos, qui illi adtribui ſolent, et a Longolio quoque §. X. pag. 9 ſqq. paullo copioſius nominantur, ſcribere potuiſſe libros, ratus, eos a *Cincio* aliquo, cuius nomen ferunt in fronte, fuiſſe confectos. Accedit, quod ab aetate *Cincii Alimenti* vsque ad A. Gellium nullus plane illum anteſtatus eſt. *Gellius* autem libr. XVI. cap. 4. (vbi vide interpretes pag. 316. tom. II. ed. Conradi,) nude tantum poſuit nomen *Cincii*, et ex eius *libro tertio de re militari* formulam ſeruauit, qua fecialis bellum hoſtibus, et quidem l. m. populo *Hermundulo*, (cuius nomen mouit Longolium, vt de *Cincio* ageret copioſius,) indicendo vſus eſt: et tamen nemo antea operis illius, quod pluribus libris conſtitit et Romanis armis belloque adſuetis haud omnino ignotum manſurum fuiſſe videtur Longolio, ſi notus ille celeberque Cincius Alimentus fuiſſet auctor, fecit mentionem. (Id tamen aliis quoque ſcriptoribus, priſco cum primis ſermone vſis, accidiſſe ſcimus.) Sed ſi *Barthium* audimus libr. XXVIII. Aduerſar. c. XI. col. m. 1329 ſq. Cincius ille ex iis eſt, e quibus Vegetius agnoſcit, ſuos ſe de re militari commentarios conflaſſe. Add. *G. I. Voſſium* de hiſtor. gr. lib. IV. cap. 13. fin. et de hiſtor. lat. lib. I. cap. 4.

atque

atque *Crenium* ad Gabr. Naudaei bibliographiam militar. §. VII. fin. pag. 495. in opuſc. de eruditione comparanda in humanioribus etc. Lugd. Bat. 1699. 4. Id mihi ſtatuendum eſſe videtur, L. Cincium Aliment. auctorem fuiſſe annalium rom. graece ſcriptorum; dubium autem eſſe, num ille ipſe, an potius alius Cincius reliquos latino ſermone confectos libros ediderit.

De *Ennio* quae ſcripſi, iis haec adiicienda ſunt. 1) *Burmannus* in nota ad Sulpiciae ſatyram v. 46. pag. 432. Poetar. minor. lat. tom. II. arbitratur, etiam inter veteres, Solinum ac Plinium (H. N. VII. cap. 30. vbi v. Harduin. qui aliorum quoque excitat teſtimonia, tom. I. p. 392. ed. Baſil.) errare, qui maiorem Africanum iuſſiſſe ſtatuam Ennii ſepulcro ſuo imponi tradant, quum Ennius diu poſt Scipionem priorem obierit: Scipionem enim vita defunctum eſſe a. v. c. 570. vel, vt alii, a. 571. vel ſecundum Bentleium a. 566. Ennium vero demum a. 585. natum annos LXX. quamquam illa communis opinio, Ennium ſepulcro Scipionum eſſe illatum, poſſet eo infirmari, quod veteres ſcriptores nihil de ſepulcro dicant; ſed tantum de ſtatua poſita in monumento gentis Corneliae, ita vt Scipio nuper ante mortem eum potuerit ſtatua honoraſſe. Atque *Burmannus* hanc ſententiam iam fouerat in not. ad *Ouid.* arte amator. libr. III. verſ. 409 ſq.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

vbi *poni* non de ſepultura, ſed cum Parrhaſio, de eius ſtatua, e marmore poſita in ſepulcro Scipionis, capit, et ita quoque interpretatur Iagemann, auctore Tiraboſchio, l. mem. pag. 128 ſq. Sic *Valer. Max.* VIII. 14. nr. 1. Africanus, ait, Ennii poetae *effigiem* in monumentis Corneliae gentis *collocari* voluit, quod ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret.

2. Ennius ſcripſiſſe dicitur tragoediam *Duloreſtes:* quod cl. *Sturz* in Allgem. litterar. Anzeiger a. 1797. nr. 94. pag. 959. idem eſſe ac *Doloreſtes*, acute docet, quia Oreſtes non vi, ſed dolo vſus ſit ad interficiendam matrem cum adultero, et quia Latini Graecorum *o* ſaepe per *u* expreſſiſſent, vt ex ἐντος facerent *intus*, etiam alias *o* in *u* mutarent, ex gr. *ſedulo*, h. e. *ſine dolo;* quia denique Graeci quoque, praeſertim Iones, *ου* loco *ο* poſuiſſent, e. g. μȣνος pro μόνος etc.

3. In Nachträgen zu Sulzers allgemeiner Theorie der ſchönen Künſte, Vol. IV. part. 2. Lipſiae 1796. 8. egit cl. *Manſo* de ſatiricis poetis rom. et quidem de *Ennio*, cuius ſatira diuerſa fuiſſet a Graecorum ſatiricis ludis ſilliſque et Romanorum Attellanis, pag. 412 ſqq.

Ad pag. 85. §. 5. nr. 1. lin. 4.
ſcr. *Drakenborch.*

Ad

Ad pag. 86. nr. 4.

De editionibus v. quae ego in Introd. I. pag. 67 ſqq. iam adtuli; inprimis cl. *Schneider* in praef. ad tomum I. ſcriptorum R. R. et in indice editt. in parte poſter. tomi IV. pag. 73 ſqq. Hic ed. ſcriptorum R. R. *Ienſoniana*, Venet. 1470. aſteriſco notatur, quo ſignificatur, ab editore illam eſſe tractatam: cel. tamen *Panzer* in A. T. III. pag. 89 ſq. vbi de editione Ienſon. Veneta 1472. multus eſt et alios V. D. laudat, priorem illam a. 1470 fabulam eſſe contendit. Item *Bure* in bibliogr. inſtruct. vol. de la Jurispr. et des Sciences et des Arts n. 1526 ed. a. 1472. primam eſſe ſcribit et copioſe eam deſcribit. — De *Merulae* enarrationibus in ſcriptor. de R. R. v. *Zeni* diſſertaz. Voſſiane, tom. II. pag. 64.

Editio *Barthol. Bruſchii*, Regii, 1482. fol. habet peculiares quasdam lectiones, ex emendatione an vitio operarum ortas, iudice Schneidero.

Editionem ſcriptor. R. R. ſine loci nota, a. 1488. fol. citat *Maittaire* A. T. IV. p. 500. ex catal. Commelin.

Columella de cultura hortorum ſeu *ſcriptores R. R.* carminice, Parmae 1478. fol. Haec editio citatur quidem a Beughemio, incunab. typogr. pag. 48. ſed dubia videtur *Iren. Affò* in Saggio di Memorie ſu la tipografia

 Par-

Parmenſe del ſec. XV. Parmae 1791. m. 4. pag. LXVII.

Scriptor. R. R. cum commentar. *Phil. Beroaldi.* Bonon. impenſis Bened. Hectoris. 1494. fol. — Regii, impenſis Dionyſii Bertochi. 1496. et ibid. impenſ. Franc. Mazali. 1699. fol. v. *Panzer* A. T. I. p. 228. II. p. 394 et 395. — Bononiae, imp. Bened. Hectoris 1504. fol. de qua v. *Maittaire* II. p. 168. — Dubiae aut ſpuriae habentur edd. *Bonon.* 1496. (ex errore vel anni vel loci typographico in catal. Hulſiano I. pag. 108.) et *Veneta* 1496. fol.

Aldinam edit. a. 1513. non reperi in libello, Serie dell' Edizioni Aldine ad h. an. Nec *Freytag* in adpar. litt. II. pag. 1336 ſqq. eam, vti ſcripſeram in Introd. I. pag. 68. ſed ed. a. 1514. curate deſcripſit. Priuilegii igitur ſubſcriptione, a. 1513. facta, inductus cum aliis fueram. — Alteram editionem *Aldinam* a. 1533. in 4. (in catal. Pinelliano I. pag. 299.) aut mai. 8. (in Goetzii memor. bibl. Dresdenſ. II. pag. 76. vbi a pag. 73 — 78. quaedam auctorum R. R. editiones indicantur,) haud parum differre, docuerunt *Chr. Fr. Rottboel,* medicus Haunienſis, in Obſſ. in Catonem, in noua collectione Actor. ſocietatis regiae Haunienſ. diſſ. 4. pag. 231 ſq. et ſeorſim Hauniae 1790. (cuius commentationis inſcriptionem paullo poſt dabimus,) atque *Schneiderus*, qui praeter ea monet in praef.

praef. Aldinam ed. priorem eſſe a Gesnero neglectam. „Ad Aldinam vero vsque, (ait cl. *Schneider* in praef. pag. V.) vna fere atque eadem eſt ſecta editionum principum, quae codicum fidem ſequi videntur, et ſaepenumero cum antiquiſſimo Politiani libro conſentiont, quamquam raro eas Victorius inſpexiſſe et comparaſſe videtur. Aldinae auctor *Iucundus*, Veronenſis, architectus, cum antiquis exemplaribus contuliſſe ſe, profitetur, hos libros, accurateque emendaſſe adhibito iudicio amicorum et doctorum hominum. Codices ſcriptos quos atque vnde depromtos habuerit, non dixit, ex quibus tamen lacunas priorum editionum ſuppleuiſſe videri voluit. Multa ſane is loca tentauit et mutauit, ſed tamen fere corrupit et peruertit.“ Hactenus Schneiderus. Et tamen facta eſt baſis Iuntinae vtriusque, ex recognitione et cum indice *Nicolai Angelii*, aliarumque editionum. Prior autem Iuntina prodiit Florentiae 1515, poſterior vero, quae adiuncta habet Codri ſcholia ad Palladium de inſitione, ibid. 1521. mai. 8. De qua vtraque edit. v. *Bandini* annal. Iuntar. typogr. part. II. pag. 88 ſq. et pag. 171 ſq. Atque Philippus Iunta in praef. ad Victorium ſcripta, adfirmat, Angelium multa turgida reſecuiſſe, hiantia ſuppleuiſſe, poliuiſſe carioſa, tumentia complanauiſſe. At Schneiderus iudicat, Iuntinas edd. ſatis fideliter expreſſiſſe Aldinam, niſi quod perpau-

cis in locis eam poſuerit lectionem, quam deinde ex codicibus ſuis protulit Victorius; itaque eſſe credibile, Angelium codices ſcriptos adhibuiſſe ad corrigendos hos rei ruſticae ſcriptores.

Ad pag. 86. *lin. vlt.*

Editio *Baſil.* 1521. 8. (quae rariſſime abit ab Aldina,) continet *M. Terentii Varronis* libros III. de agricultura et *M. Catonis* libr. de rebus ruſticis.

Ad pag. 87. *lin.* 1.

Editio a. 1528. habet in exemplo quodam *Rottboelli* in fine notam: *Excuſa ſunt opera, Tiguri apud Iacob. Mazochium a. ſal.* MDXXVIII. quae verba non exſtant in exemplo, quod habuit Schneiderus, ſed annus ſeorſum adnotatus eſt. In exemplo autem bibl. Gottingenſis eſt praeterea notitia typographi, eſſe ex Aldino exemplo repetitum; ſed tamen alia exemplaria comparata.

Scriptores R. R. *Pariſ.* venundantur Iodoco Badio Aſcenſio, 1529. fol. Promiſſa in auerſa tituli pagina Codri ſcholia in Palladium de inſitione in libro ipſo non dantur: neque ſunt in repetita illa editione *Pariſiis* apud Galeotum a Prato — prelo Antonii Augerelli, 1533. fol.

Ex Aldina etiam fluxerunt edd. ſcriptorum R. R. *Baſil.* apud. Hernag. 1535. mai. 8. aut

aut min. 4. — Lugdun. cum Georgii Alexandrini enarrationibus et Ph. Beroaldi adnotatt. in Columellam, (teſte Schneidero.) III. Voll. apud Seb. Gryph. 1535. 8. — et cum iisdem enarratt. atque adnotatt. Coloniae apud Io. Gymnicum. 1536. 8 in bibl. Dresdenſi, teſte *Goetzio* l. m. pag. 76. — De aliis editt. Gryphianis v. *Fabr.* B. L. I. pag. 34. et meam Introd. prolegg. pag 69. at de edit. Gryphiana a. 1548 et 1549. adhuc eſt adnotandum, illi additas eſſe cum peculiari titulo: Enarrationes vocum priſcarum in libris de R. R. per *Georg. Alexandrinum. Philippi Beroaldi* in libros XIII. Columellae annotatt. *Aldus* de dierum generibus, ſimulque de vmbris et horis, quae apud Palladium: apud Seb. Gryphium. Lugduni 1549. 8.

Cato (ex rec. Victoriana,) et *Varro* (ex rec. Scaligerana,) adiuncti ſunt methodo ruſticae Catonis atque Varronis praeceptis aphoriſticis per locos communes digeſtis, a *Theod. Zuingero* typice delineatae et illuſtratae, Baſileae 1576. 8.

Ad pag. 87. *fin.*

De editt. Gesner. Bipontina et Manhem. v. prolegg. §. IV. pag. 42.

Ad pag. 88. *lin.* 3.

Editio ſcriptor. R. R. latinorum nouiſſima, eaque critica et egregia eſt ea, quam curauit

rauit cl. *Schneider*, et quam ſupra pag. 33. iam laudaui. In tomo primo inſunt *Cato* et *Varro:* atque pag. 336 ſqq. Iulii Pontederae de veteri ſcribendi ratione epiſtolae duae. Pars IIda tomi primi complectitur commentar. de Catonis vita, ſtudiis et ſcriptis eiusque filio, et eruditum commentar. in Catonis ac Varronis libros de R. R. In priore comment. pag. 10 ſq. ſtatuit cl. *Schneider* probatque, Catonem in iuuentute a ſtudiis litterarum, quae tunc nullae, niſi graecae, eſſe poterant, ſi a rerum romanarum hiſtoria diſceſſeris, alienum et totum reipubl. gerendae, iuri dicundo, cauſſisque in foro agendis deditum, quum tandem ille aetatis feruor mitigatus fuerat, animum litterarum ſtudiis excoluiſſe; non igitur plane ſenem, ſed *ſeniorem*, arripuiſſe ſtudium litterarum, non graecarum ſolum: poſtea dubitat, num talis ad nos peruenerit Catonis liber de re ruſtica, qualem ille ad filium perſcripſerat, et variis pannis ex aliis Catonis libris adſutis auctum atque interpolatum fuiſſe a Grammaticis, ſuſpicari videtur: denique de *originibus* Catonis pauca addit. Pag. 610 ſqq. tom. II. dedit comment. de trapeto torculario et prelo Catonis, in qua etiam libellum *Alb. Ludou. Fred. Meiſteri* de torculario Catonis vaſis quadrinis, (Goettingae 1765. 4.) comparauit atque examinauit, aliaque ſcripta, in quibus cella Catonis

tonis torcularia cum vaſis oleariis, i. e. trapeto et prelo quadriiugo, explicatur atque illuſtratur, aut de trapeto, in Stabiarum ruinis reperto, agitur, curioſe ſciteque recenſuit, additis tabulis aeneis. Pag. 661 ſqq. legitur Explication raiſonnée des Plans figurés du Preſſoir à quatre Equipages complets et du Trapete, par M. *Goiſſon*, de l'Ecole royale veterinaire: rapportée dans la Traduction françoiſe de l'Ouvrage de Caton. ex tom. I. pag. 197—216. Pl. I. II. — In tomo IV. part. poſteriore ſ. tertia ſunt *Iulii Pontederae* curae poſtumae ad Catonem, Varronem et Columellam, excerptae ex illius Epiſtolis ac diſſertationibus II. tom. cum praefatione et notis Ioſ. Ant. Bonati, Pataui 1791. 4.

Ad pag. 88 *lin.* 21.

Cato et Palladius gallice verſi ſunt a *Saboureux*. Pariſ. 1775.

Ruſtici latini volgarizzati. *Marco Porcio Catone* de R. R. con note. tom. I. traduzione del D. *Giangironamo Pagani*. Venet. 1792. 8. v. Ien. Allg. L. Z. a. 1795. nr. 137. menſe Maio pag. 332 ſqq.

Ibid. ad ſect. 5.

Textus Catonis, cum editionibus vett. comparatus, multis locis emendatur et explicatur in libro, danice ſcripto, tum in collectione noua ſcriptorum ſocietatis regiae Danicae, tum ſeparatim quoque edito:

An-

Anmoerkkninger og Oplysninger til *M. Portius Cato* de re ruſtica, in drettede efter den Gesnerſke Vdgave. Med Strelitziae reginae Beſkrivelſe ſom et Anhang. Af *Chriſten Friis Rottboell*, Prof. Med. Hauniae. 1790. Plura emendationum exempla cum cenſura quarumdam et obſeruationibus praebentur in Goetting. ephem. litter. a. 1792. ſcid. 10. pag. 92—95.

Multa loca *Catonis*, *Varronis*, *Columellae*, *Palladii* ac *Plinii* ad rem ruſticam pertinentia, corriguntur aut explicantur, immo vniuerſa res ruſtica Romanorum antiqua illuſtratur in:

The Husbandry of the Ancients in two volumes, by *Adam Dickſon*, A. M. late Miniſter of Wittingham. Edimburgi 1788. 8. II. Voll. cum figura aratri romani. Auctor mortuus eſt. a. 1776. v. Goettingenſes ephem. litter. a. 1790. plag. 15. pag. 145—152. et Gothan. ephem. litter. a. 1790. plag. 31. pag. 241 ſqq. vbi potiores illorum locorum emendationes excerptae leguntur.

Ad pag. 89. §. 6. nr. 2. lin. 1. leg. *Sarſina*, et lin. 5. l. *pauper factus eſt.*

Ad pag. 90. *poſt lin.* 14.

Comoediam, *Philodoxium* inſcriptam, Plautoque adtributam a Simlero in biblioth. Gesneri a c. 118. et ſub nomine comici veteris

teris *Lepidi* editam ab Aldo, ſubleſtae eſſe fidei, in Introd. I. pag. 201. iam adnotaui. Illam vero parentem habuiſſe *Leon. Baptiſtam*, *Albertum*, ſ. *de Albertis* ſaeculo XV. docuit *Mazzuchelli* in: gli Scrittori d'Italia, vol. I. part. I. pag. 316. nr. V. et ex eo *Adelung* in Fortſetzungen und Ergänzungen zu Jöchers Gel. Lexicon. I. p. 426.

Ad pag. 90. lin. penult. not.

Poſt *pag.* 14 *ſqq.* adde: *et Saxii reſponſionem ibid. pag.* 62. *B. C.*

Ibid. nr. 4.

De edit. pr. Venet. 1472. fol. v. cel. *Panzer* A. T. III. p. 87 ſq. et quos ille laudat viros doctos; tum *Ferdinand. Foſſium* in catal. codd. ſaec. XV. impreſſorum in bibl. Magliabechiana, tom. II. col. 369. nec non *Apoſtoli Zeni* diſſertazioni Voſſiane tom. II. pag. 65 ſqq.

Ibid. nr. 4. *lin.* 6.

Dele lineolam poſt *Fol.* et pone poſt voc. *Taruiſii.* De editt. Taruiſiana et Dauentr. eiusdem anni v. *Panzer.* I. pag. 354. nr. 5. et III. pag. 40. nr. 49.

Pag. 91. *lin.* 5.

Scribe: *Mediolani* 1490. v. *Saxii* hiſt. litterar. typogr. Mediol. pag. DLXXXVII. ibique not. *i.* *Panzer* II. pag. 61. nr. 332. et *Goetz* memorab. bibl. Dresd. I. pag. 90. qui

ſcri-

ſcribit, eam editionem, iudice Taubmanno in nota inspta, conſpirare cum optimo inspto Camerarii et ideo meliorem eſſe omnibus editionibus. In praefat. tamen ad edit. ſuam Taubmann. iudicat, illam edit. eſſe interpolatam et edit. a. 1472. eſſe multis modis meliorem, atque paſſim adludere insto. Camerarii.

Plauti Comoediae cum interpretatione *Petri Vallae* et *Bern. Saraceni* Venet. 1489. fol. in catalogo ſel. bibl. *Nic. Roſſii.* Romae 1786. mai. 8. pag. 69.

Plauti comoediae ex recenſione *Georgii Merulae.* Venet. 1495. 4. v. catal. bibl. Pinell. II. pag. 361. et cat. bibl. ducis *de la Valliere* II. p. 116.

Plautinae viginti comoediae cum notis *Petri Vallae* *) et *Rob. Saraceni.* Venet. 1498. fol. apud *Maittair.* A. T. IV. pag. 682. ex bibl. Bigot. et catal. de le Mercier.

Ad pag. 91. lin. 9.

Dele numeros 1485. — Editionem, mendoſam quidem, a. 1499. curatius deſcripſerunt *Goetz* in memorabil. biblioth. Dresd. I. pag. 91 ſqq. et *Foſſius* l. c. col. 370. adde, quae ſcripſi in Introduct. I. pag. 205. *Seemiller*

*) De hoc vide *Saxii* hiſtor. litter. typogr. Mediolan. pag. DXXXVII. vbi quoque recuſa legitur P. Vallae epiſt. nuncupatoria ante commentarios in Plauti comoedias.

miller in bibl. Ingolſtad. incunab. typogr. IV. p. 113. *Panzer* III. pag. 454. nr. 2485. et quos ille laudat V. V. D. D. Liber autem in duas diſtinctus eſt partes, quarum prior continet Petri Vallae commentatt. in loca ſelecta; in fine legitur: *impreſſum Venetiis aere et impenſa eruditi viri Marci Firmani.* Pars poſterior complectitur primum Bern. Saraceni emendationes in ſingulas Plautinas comoed. quas ſequitur folio VIII. textus Plaut. cum enarrationibus in marginibus poſitis In calce: *impreſſum Venetiis* per Simonem Papienſem dictum Beuilaqua. Anno M. CD XCIX. (1499.) XV. *Klendas* (ſic) *Octobris.* etc.

Plauti com. cum Bern. Saraceni et I. P. Vallae commentt. *Vlmae* 1499. fol. quae tamen editio merito videtur dubia cel. *Panzero* III. pag. 540. n. 54. nec eam memorat *Zapf* in älteſte Buchdruckergeſchichte Schwabens pag. 115 ſqq. inter libros Vlmae illo anno excuſos.

Plautus, ſine loco et anno. Mattaire IV. pag. 791.

Plauti comoediae viginti — emendatae per *Simonem Charpentarium* cum argumentis eiusdem ſ. l. 1500. 12. v. *Panzer.* IIII. pag. 73. et *Quirinum*, patrem purpuratum, de Brixiana litteratura part. I. pag. 42 et 44 ſq.

Plautus ex recenſione *Philippi Beroaldi.* Bononiae per Benedictum Hectoris bibliopolam. 1500. fol. v. *Roſſii* catal. l. c. Haec

 edi-

editio ignota fuit *Mazzuchellio* (qui in tom. II. ſcritt. d'Italia part. II. pag. 1003 — 1017. multus eſt de Beroaldo eiusque ſcriptis): nam memorat tantum pag. 1015. edit. *Bonon.* 1503. ſed in praefat. ad hanc poſteriorem editionem, „cuius, (Plauti,) inquit Beroaldus, cum fabulas, hoc eſt L. L. delicias, enarrarem, operam dedi, et quidem operoſam, vt ab impreſſore noſtro Benedicto formatus veniret in manus ſtudioſorum emaculatior ſinceriorque, quam antehac alicubi ſit formis excuſus. Hanc autem *nouiſſimam recognitionem* Plautinam, vt ſub tuo nomine publicarem etc." Integram vero epiſtolam recudi fecit *Freytag* in adparatu litter. tom. II. pag. 1332 ſq. vbi editionem Bonon. a. 1503. diligenter deſcribit et de Plauto quaedam dixit; de Beroaldo autem plura tom. I. pag. 255 ſqq. et tom. II. pag. 889. Editio tamen a. 1500. citatur in Fabr. - Erneſt. B. L. I. pag. 16. atque adnotatur, I. Bapt. Pium caſtigationes et retractationes notarum ſuarum in Plautum ſubieciſſe commentariis ſuis in Lucretium editis Bononiae 1511. fol. et Pariſ. 1514. fol. ſed omittitur ibi ed. Beroaldi a. 1503.

Plauti comoediae cum commentariis Bern. Saraceni et I. P. Vallae. Venetiis 1511. fol. Catal. *Pinelli* l. c. pag. 362. — Argentor. curante *Adolfo Mulingio*. 1508. quam laudat Taubmannus.

Ad

Ad pag. 92. *lin.* 4.

Loco 1512. lege 1514. in 8 mai. Nam diſerte editum eſt: „Ex officina Philippi de Giunta Florentini anno a Chriſtiana ſalute D. *decimo quarto ſupra mille.*“ v. *Bandini* Annal. typogr. Iuntin. II. pag. 64 ſqq. vbi etiam epiſtola recuſa eſt nuncupatoria: in hac ſua editione, gloriatur, comoedias multo omnium eſſe emendatiſſimas, et hoc, ait, de plurimis vere licet gloriari, quod nos omnium primi, quos (ſic) legerimus prologum Bacchidibus dimidiatis; et primi actus initium diligentia noſtra repertum reſtituimus, Moſtellariae vero ſcenas vtique perturbatas et earum membra disiecta et confuſa in ordinem ſuum redegimus.“ De Sim. Carpentarii ac Nic. Angelii, et Aldi Manutii opera atque editt. v. *Ernſti* praef. ad Plautum p. IV — VII. — Recuſa eſt illa editio ibid. 1522. 8. v. *Bandin.* l. c. pag. 174 ſq. add. eundem tom. I. pag. 50 ſqq. de *Angelo Nic. Bucinenſi.* Exemplar cum adnotatt. msst. viri docti in Amphitrionem et Aſinariam, ſaec. XVI. exaratis exſtitit in bibl. Pinelliana. v. Catal. tom. II. nr. 4878. — Rurſus exiit *Plautus* ex officina Iuntina Florentiae per heredes Bernardi Iuntae 1554. 8. v. Pinelli cat. ibid. nr. 4881.

Ad pag. 92. *lin.* 14.

lege, *Andreae Aſulani.*

Ad pag. 93. *lin.* 1.

Lege: *Ex hac ed.* — et adde edit. *Plantinianam*, Antwerp. 1588. 24. in *Roſſii* catal. pag. 173. — In cat. Burmanni II. pag. 16. memorantur *Plauti* opera, Lutet. 1576. fol. et Lambini ed. Lugd. 1577. ſol. In catal. *Thottiano* IV. pag. 46. *Plautus* ed. opera Dion. Lambini cum indic. II. copioſ. Lutetiae. Io. Macaeus 1576. fol. — idem ed. opera eiusdem cum ind. Lugd. G. Hertmann. 1577. fol. Poſterior edit. de qua plura ſcripſi in Introduct. I. p. 210. habet in fronte libri anni notam M. D. LXXVIII. (1578.) in meo quidem exemplo. *Heliae* praef. ſcripta eſt Lutetiae XV. cal. Nou. CIƆIƆLXXVI. nec nouae editionis aut curarum ſecundarum ſit mentio. Forſan primi tantum folii fuit renouatio. In *Pinell.* occurrunt *Plauti* comoediae cum obſeruationibus Lambini et aliorum: apud Petr. Sanctandreanum 1581. 8. cum notis msstis viri docti, (quae num eadem ſit an alia, ac ea, quae in Fabr. Ern. B. L. I. p. 18. dicitur edita Lugd. apud Sanctandreanum 1587. 8. equidem neſcio,) et *Plauti comoed.* a *Iano Douſa*, Lugduni Batau. Plantin. 1589. 16. et ibid. 1594. 16.

M. Accii Plauti comoediae XX. a *Ioach. Camerario* et *Io. Sambuco* olim emendatae, nunc adiectis C. Langii, A. Turnebi, H. Iunii et aliorum obſeruatt. nitori ſuo reſtitutae. Francof. 1593. 8.

Ad

Ad pag. 94. *lin.* 2.

De aliis editt. huius et ſuperioris ſaeculi v. Fabr. B. L. I. pag. 20. et editores Plauti Bipontinos, et meam Introd. I. pag. 214 ſq. Inter antiquiores eminet Plautus Amſtel. typis Ludou. Elzeuirii 1652. 12. tum ex recenſione *Nic. Heinſii*, Lugd. Bat. 1635. 12. rec. Amſtel. 1661. 12. — Add. *Plautus* pro didactica *Ratichii* recenſitus. Cothenis Anhaltin. 1619. 8.

Ad pag. 94. *lin.* 6.

Plauti comoed. cum notis variorum et *I. Fr. Gronouii.* Lugd. Bat. 1664. 8. in catal. *Pinelli* l. c. nr. 4892. et in cat. bibl. Burmanni II. pag. 191. nr. 1202. Quomodo haec diuerſa ſit ab edit. a. 1669. dicere nequeo. Gronouii autem praefatio ad poſteriorem edit. recuſa eſt in edit. Erneſtina. — cum commentar. et varior. notis ex rec. Gronouii. Amſtel. 1684. 8.

Ibid. lin. 18.

Altera edit. Bipontina eaque critica eſt e recognitione noua et recenſione *Brunckii.*

Editio *Pariſ.* typis Ioſ. Barbou, tom. I — III. 1759. 12. curata eſt a *Io. Capperonier.* Ad calcem tomi tertii additum eſt Lexicon Plautinum.

Plauti comoediae, ex recenſione Io. Frid. Gronouii. Glasguae 1763. I — III. tom. 12. —

Exſtant quoque in collect. poet. lat. *Mich. Maittaire* tom. I. et fragmenta, tom. II. Londin. 1713. fol. — et ſeparatim eiusdem cura, *M. Accii Plauti* comoediae. Londini, impenſis Iac. Tonſon. etc. 1711. 12.

Quasdam fabulas *Plauti* ſeparatim eſſe editas, in Notitia et in Introductione iam oſtendi. His alia adiungam.

De *Codro Vrceo* et ſupplemento CXXII. verſuum, quod *Aululariae* adtexuit, v. *Quirini* ſpecim. litteraturae Brixianae I. p. 45 — 48. Editt. Aululariae a Codro Vrceo reſtitutae etc. indicaui in Introd. I. pag. 216. — Editio *Codri Argentina* cum Codri ſupplemento opera Io. Prüſſ, in 4. ſine anni nota prodiit. — Aliam edit. a. 1520. 8. reperimus in catal. Burmanni II. pag. 191.

Plautina dicta memoratu digna, a *Bono Accurſio* collecta ſ. an. et loci nota: in 8. charta tamen Gerardi de Flandria et circa a. 1475. impreſſa videntur cl. *Panzero* in A. T. III. pag. 33. nr. 11.

In *Maittaire* A. T. memorantur editt. *Pariſin.* ſingularum fabularum ſequentes in forma 4. Amphitryo, Aſinaria, Aulularia, cum notis, apud Morrhium. 1530. et apud Vaſcoſan. 1534. — Amphitryo, apud Io. Lodoic. Tiletan. 1545. et ap. Libert. 1617. — Amphitryo et Aulularia, ap. Vaſcoſan. 1545. — eadem, ſtudio Ioach. Camerarii emendatius, quam vnquam ante edita, ex typogr. Matthae

thaei Dauidis. 1555. — Aſinaria, 1546. — eadem ex typograph. Matth. Dauidis. ſtudio Ioach. Camerarii etc. 1555. — Menaechmi, ap. Libert. 1621. — Plautini ſales ex primo actu Aſinariae, ex typogr. Steph. Prevoſteau. 1601. 4.

In *Io. Henr. Leichii* libro de origine et incrementis typogr. Lipſienſis, memorantur editiones Lipſiae excuſae:

Aſinaria, 1506. fol.

Amphitryo. 1511. fol.

Truculentus et Stichus. 1512. fol.

Aulularia, Caſina, Ciſtellaria, Menaechmi, Miles et Perſa: per Iac. Thanner. 1513. fol.

Trinummus. 1514. fol.

Tum:

Querolus (ſiue Aulularia) numquam antehac edita, a *P. Daniele Aurelio.* Pariſ. apud Rob. Stephan. 1564. 8.

Querolus, cum notis variorum. 1595. 8. (v. Burmanni I. catal. p. 232. et Introd. I. pag. 217.)

M. Accii Plauti Aulularia emendatius edita et commentariis illuſtrata ſtudio *Antonii Benedicti* Soc. Ieſu. Accedunt eiusdem animaduerſiones criticae. Romae typis Generoſi Salomoni. 1754. 8. Vſus eſt *Benedictus* edd. antiquis et codd. msstis Mureti in bibl. collegii Romani. Valde autem laudatur a

Mazzuchellio in Scrittori d'Italia, tom. II. part. II. pag. 813.

M. Accii Plauti comoediae duae, ex recenſione Io. Frid. Gronouii. Ienae 1788. 8.

M. Accii Plauti Rudens, ad editt. antiquarum fidem, tum ad criticorum emendationes et ad metricae legis normam paſſim refícta. Edidit *F. Wolf. Reitz.* Lipſ. 1789. m. 8. Eſt noua recenſio, et critica eruditaque editio, in qua Reitzius metricae legis normam et Bentleianam comicorum emendandorum rationem maxime ſectatus eſt. Atque compara libellum doctum: *M. Accius Plautus und Fridr. Wolfgang Reitz, von Berend Cordes.* Kilon. 1793. 8.

Ausgeſuchte Schauſpiele aus dem *Plautus* und Seneca, zweckmäſsig abgekürzt von *Schulze* und *Heuſinger;* etiam ſub titulo: *Encyclopädie der lateiniſchen Claſſiker. Erſte Abtheilung. Römiſche Dichterſammlung, erſter Theil — Herausgegeben von Io. Heinr. Aug. Schulze,* Rector in Oſterode. Brunſuici 1790. 8. cum commentario (ſ. erklärende Anmerkungen), ibid. 1790. 8. Excerptae autem ſunt fabulae Plautinae, Aulularia, Pſeudolus et Trinumnus.

Alex. Roſaei colloquia Plautina viginti, ex totidem Plauti comoediis excerpta et annotationibus illuſtrata. Londini 1646. 8.

Florilegium Plautinum, ſeu praecipua loca et ſententiae, quae occurrunt in comoediis

diis M. Accii Plauti, collegit et edidit *Frid. Chriſt. Sickel*, theologiae et philologiae cultor. Bremae 1794. 8.

Ad pag. 95. *lin.* 1.

Corrige *De Limièrs*. — De verſionibus *gallicis*, et vero de Plauto ipſo, eius ingenio et dicendi genere, comparato quoque cum Terentiano aliorumque, cum primis Dacieriae, Fabri filiae, et Rollini (tom. XII. hiſtoriae antiquae) iudiciis de Plautinis fabulis copioſus eſt Abb. *Goujet* in Bibliotheque Françoiſe etc. tom. IV. (Pariſ. 1744. 8. p. 341—404. Pag. 350 ſqq. agit de verſione a *Marolles* facta cum textu lat. Pariſ. 1658. IV. vol. 8. et pag. 350 ſqq. de anonymi cuiusdam proſaica verſione *captiuorum* gall. cum textu lat. Pariſ. 1666. et *Coſtei*, Amſtelod. 1716. 12. de cuius verſione variorum iudicia adferuntur: pag. 370 ſqq. de verſione ſabb. *Amphitryon*, *Rudens* et *Epidicus*, a Dacieria facta, cum textu latino. 1683. it. 1691. III. tom. 8. — Pag. 379 ſqq. de verſione, auctore *de Limièrs*. — Pag. 396 ſqq. de verſionibus atque imitationibus ſingularum comoediarum gallicis. — Plautus gallice verſus a *Guendeville*. Leid. 1719. 8. X. tom. Adde *Fabr*. B. L. I. pag. 22 ſq.

Verſionibus *germanicis*, a cl. *Degenio* in Verſuch einer vollſtändigen Litteratur der deutſchen Ueberſetzungen der Römer, part. II.

 (Alten-

(Altenburgi 1797. 8.) pag. 349 ſqq. enumeratis adde, cl. *Borheckium*, Prof. Duisburgenſem, primum in libro: Neue Litteratur und Völkerkunde für das Jahr 1789. nr. 11. m. Nou. pag. 503 ſqq. edidiſſe e *Captiuis* actum III. germanice verſum; dein integram comoediam.

M. Ac. Plauti Capteiui. Die Gefangenen, ein Luſtſpiel des Plautus: überſetzt und erläutert von D. *Aug. Chriſtian Borheck.* Hamburg 1798. (rectius, 1797.) 8. Plurium comoediarum verſionem promittit.

Des *Plautus groſsſprecheriſcher Officier*, ins Teutſche überſetzt von M. *Sigm. Adam Gock*, Praeceptor an der Schule zu Münſingen, (cum praefat. Seyboldi.) Reutlingae 1797. 8.

In linguam *italicam* plures Plauti fabulae ſunt translatae: quarum editiones et virtutes ſi quis noſcere cupit, is adeat *Paiton* Biblioteca degli Autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. III. pag. 118—131. add. Bibliothecam *Smithianam*, Venet. 1755. 4. pag. 377. et catal. bibl. Pinellian. tom. IV. pag. 448 ſq. vbi cl. *Morell.* n. 3086. de rariſſimo exemplo, *Plauto L' Aſinaria* ſ. l. et a. (Venet. ſaec. XVI.) 4. agit. Adde: *Plauto* Commedie volgarizzate da *Niccolo Eugenio Angelio*, col testo Latino. Napoli 1783. X. voll.

Ver-

Verſiones *anglicas* recenſet cl. *Brüggemann* in: A View of the engliſh editions — of the ancient Greek and Latin Authors pag. 457 ſqq. Sunt vero

Menaecmi — by W. W. (*William Warner.*) London. 1595. 4.

Amphitryon, Epidicus, and Rudens, made Engliſh: (proſe) with critical Remarks upon each Play. (praefixa eſt comparatio Plauti et Terentii, auctore *Laur. Echard.*) Londini 1694 12. — rec. ibid. 1716. 12.

Amphitryon. (proſe) with a diſſert. and the life of Plautus, by *Tho. Cooker.* Londini 1746. 12. (cum lat. textu.) — rec. ibid. 1748. 1750. 12.

The Merchant — into familiar blank verſe, by *Georg Colman.* Sequenti Thorntoni verſioni inſerta et ſecundo tomo Terentianarum comoediarum verſionis, ed. II. Londini 1768. 8. pag. 301 — 388. adnexa eſt illa interpretatio.

The comedies of Plautus translated into familiar blank Verſe, by *Bonnel Thornton.* London. 1767. 8. II. voll. — Edit. ſecunda correcta, ibid. 1769. 8. II. voll. Comedies of Plautus translated into familiar blank Verſe, by the Gentleman, who translated the Captives. (*Rich. Warner.*) Lond. 1772. 8. vol. III. et IV. — 1774. vol. V. et vltim. cum animaduerſionibus ex Lambini, Taubmanni,

manni, Gronouii, Marolleſii, Limieri aliorumque edd. excerptis.

Ad pag. 96. *nr.* 6.

Iis, quae in Introd. I. pag. 218 ſqq. et in notitia breu. pag. 96. collegi, alia ſcripta, in quibus de Plauto agitur, poſſunt adiici.

Meurſii Exercitatt. criticae ſ. curae Plautinae, cum obſſ. miſcellaneis, libr. IV. Lugd. Bat. 1599. 8.

D. Io. Iſ. Pontani, Prof. Haunienſis, *analectorum libri tres* continent varias ad Plautum, Apuleium, Senecam, ac paſſim ad hiſtoricos antiquos et poetas, cenſuras. Roſtoch. 1599. 4.

Acidalius et Muretus in Tacitum, et Succou. in Plauti Trinummum. Hannou. 1607. 8.

Fr. Floridi Sabini apologia in Plauti aliorumque L. L. ſcriptorum calumniatores: acc. eius liber de iuris ciuilis interpretibus. it. de *Iulii Caeſaris* praeſtantia libr. IV. it. lectionum ſubſeſciuarum libr. III. Baſileae 1540. fol.

Eruditorum aliquot virorum de comoedia et comicis verſibus commentationes: itemque in *Plautum* annotationes: et alia, quibus totus fere *Plautus* explicatur. Autores ſequens pagina indicabit. Baſileae, ex offic. Heruagiana per Euſeb. Epiſcopium. 1568. 8. — Inſunt vero *Lilii Gregor. Gyraldi* de comoedia

moedia eiusque adparatu: *Iul. Caeſ. Scaligeri* de comoediae origine et de comicis verſibus liber: *Andr. Alciati* de Plautinorum carminum ratione: it. de Plautinis vocabulis Lexicon: *Ioach. Camerarii* de verſibus comicis et in Plauti comoedias adnotatt. ab auctore recognitae et auctae: *Caroli Langii*, *Adr. Turnebi*, *Adr. Iunii* et *Coelii ſec. Curionis* variae Plauti lectiones.

Euſtachii P. Aſini Cumani fraterculus ex Plauti electis electus. 1619. 8.

Chr. Waſius in libro, ad rationem artemque praecipue comicorum latinorum metricam cognoſcendam vtili, *Senarius, ſiue de legibus et licentia veterum poetarum*, Oxonii 1687. 4. permulta Plauti loca explicat illuſtratque.

Anone Cartagineſe, cioè vera ſpiegazione della ſcena prima dell' Atto V della Commedia di *Plauto* in *Poenulo* etc. dal Canon. *Giov. Pietro Agius de Soldanis.* Romae 1757. 4. Linguam, qua hodie vtuntur incolae Maltae inſulae, eſſe eandem, qua olim Carthaginienſes vtebantur, arbitrans, ex illa lingua verſus XVI. in poenulo Plauti explicat et in latinam transfert. v. ephem. litterar. Erlang. a. 1758. ſcid. 38. pag. 381 ſqq. vbi verſus illi ex latina Soldan. interpretatione ſunt repetiti.

Horatii de Plauto iudicium (in arte poet. verſ. 270.) comparatum cum *Ciceronis* de

de eo iudicio (de Offic. I. 29.) examinat *Hurd* in commentario ad Horatii epiſtolas ad Piſones et Auguſtum anglice ſcripto, edit. V. Londini 1766. 8. vol. I. pag. 214 ſqq. et ſecundum *Eſchenburgii* verſionem german. Lipſiae 1772. mai. 8. vol. I. pag. 196 ſqq.

Thomas Harmar in: Obſervations on divers paſſages of ſcripture etc. Lond. 1787. 8. vol. III. et IV. plura Plauti loca illuſtravit. v. *Brüggemann* l. c. p. 460.

Excerpta vberiora ex *Plauto*, *Terentio* et *Seneca* dedit Petr. Neapol. *Signorelli*, in tom. II. hiſtoriae criticae theatrorum, (italice ſcriptae,) Neapoli 1787. III. tom. 8.

C. H. Ruhkopfii progr. Ueber die Methode, den Plautus mit der ſtudierenden Jugend zweckmäſsig zu leſen. Stadae 1785. 4.

Em. Lindner — tentamen ſtricturarum in quasdam *M. Accii Plauti* comoedias. Baſil. 1789. 4.

De Plauti Perſa, inprimis expoſitione voc. Perſici *Sagaraſtio*, ex mente auctoris, *Streitaxt*, bipennis, in *Wahlii* Magazin für alte Litteratur. Caſellis 1786. 8. part. II. nr. 3.

Nubem et aliorum librorum, in quibus de Plauto agitur, aut ille illuſtratur, et verſionum in linguis hiſpanica, anglica etc., nec non imitationum excitauit *von Blankenburg* in

in litterariſchen Zuſätzen zu I. G. Sulzers allgemeiner Theorie der ſchönen Künſte. vol. II. p. 500—503. — Multa loca *Plautina* critice et grammatice perſequitur *Scriuer.* in Opp. philolog. et poet. a Weſterhou. editis; item *Tanaq. Faber* paſſim in Epiſtolis. Sed acute iudicat Lacermus, (Bartholus) ad Mil. glor. II. 1. 36. de ſcriptorum editorumque libror. mendis et criticorum audacia.

Ad pag. 97. *nr.* 5. *lin.* 2.

Ad locum Horatii citatum vide *R. Hurd* in commentario ad Horatii epiſtolas II. paullo ante citato, e verſione german. *Io. Ioach. Eſchenburgi* pag. 320 ſq.

Ad pag. 97. *nr.* 7.

De fraude a *Mureto* commiſſa, verſibus Attio tragico et Trabeae comico ab illo adfictis et a Ioſ. Scaligero pro genuinis habitis v. *Bayle* in Diction. vol. IV. p. 392 ſq. nou. edit. et *Fabr.* B. L. III. pag. 236 ſq.

Ad pag. 98. *nr.* 5.

Veriorem libri inſcriptionem annique notam adponam: *Delle Memorie di M. Pacuvio, antichiſſimo poeta tragico diſſertazione di Annibale di Leo.* In Napoli 1763. mai. 8. In §. III. pag. 9. tempus, quo in lucem editus eſt Pacuuius, adſerit ille a. v. c. 534. laudatque locum *A. Gellii* libr. XVII. N. A. cap. 21. fin. de illo anno: *Neque magno in-*

teruallo

teruallo Q. Ennius, et iuxta Caecilius, ac Terentius, ac ſubinde Pacuuius, et Pacuuio iam ſene Accius. *clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.* Tum cópioſus eſt de vera eius patria, commoratione Romae, coniunctione cum Ennio, num huius filia illius mater eſſe potuerit, (Pacuuium ſorore Ennii genitum fuiſſe, et clariorem picturae artem Romae feciſſe gloria ſcenae, ſcribit *Plinius* H. N. XXXV. cap. 4.) dein de eius ſtudio linguae Oſcenſis et tragicae poeſeos ac plauſu, quem tragoediis eſt conſequutus, (conf. *Cic.* de amicit. nr. 15.) de aliis eius poematibus comicis ac ſatyricis; de eius vſu et familiaritate cum *Accio* (vide paullo poſt notata); de eius reditu Tarentum, vbi illum paene nonagenarium diem obiiſſe ſupremum putat a. v. c. 624. §. 19—21. Item recenſet multa variaque eius opera, et editt. in quibus ſuperſunt fragmenta. Denique copioſus eſt de ſcribendi genere et Pacuuii et quod vniuerſe proprium erat hominibus illius aetatis. — Pauca de eo dedit *Nic. Toppius* in bibliotheca Neapolitana etc. Neapoli 1678. fol. pag. 202. adde *Cicer.* in Bruto cap. 64. ibique Wezelii notam, pag. 158.

Ad pag. 98. *nr.* 6. *lin.* 1.

Scrib. *Lucius Attius.* — *Hannibal de Leone* in libro paullo ante laudato, pag. 11. Attium

Attium eſſe a. v. c. 584. natum, (quod parum differt a rationibus anni 583.) ſcribit, teſtimonio Hieronymi in Chronico Euſebii fultus; atque pag. 38 ſq. veterum quorumdam auctorum de ſcribendi genere Accii iudicia profert. Seni Pacuuio Attius multo iunior, quum proficiſcens in Aſiam Tarentum veniſſet, et diuertiſſet ad illum, tragoediam ſuam, cui Atreus nomen erat, deſideranti legit. Quid de ea iudicarit Pacuuius, et modeſte beneque Attius reſponderit, *A. Gellius* XIII. cap. 2. ex antiquioribus, qui de vtroque hiſtoriam ſcripſerunt, narrauit. Vberius de Attio, eius aetate, (comparata et examinata Ciceronis narratione in Bruto cap. 18. praecipue cap. 28.) ingenio ſcriptisque diſſerit *Mazzuchelli* in Scrittori d'Italia, vol. I. part. I. pag. 54—58. Accium veniſſe Piſaurum, ibique mortuum eſſe, contra Baelium arbitratur: contra Bailletum autem monet in nota 19, poetam vita defunctum eſſe circ. a. v. c. 650. Adde *Cicer.* Brut. cap. 18. ſect. 9. et cap. 64. ſect. 6. ibique Wetzel. not. p. 158. in quo poſteriore loco intelligenda eſſe *didaſcalica Attii,* ſcripta ad exemplum Eratoſthenis et Callimachi Διδασκαλιῶν, cl. *Schneider* in epiſtola critica, ed. Wetzel. praemiſſa, ſcite monet explicatque, pag. XLI. et pag. XLV. de T. Accio. — Fabricii B. L. T. III. p. 2 5 ſq.

De Lucio Calphurnio Piſone, qui a frugalitate, *Frugi,* et a cenſoris munere, *Cenſorius*

ſorius cognominatus eſt, quae in Introd. I. pag. 268 ſqq. ſcripſi, iis adde: De MS. Calpurnii Piſonis de continentia veterum poetarum, quod olim fuerat in bibl. S. Victoris Pariſina, et notum factum per Merulam in huius praefat. ad Ennium, ac per Gisbert. Cuperum in huius epiſtolis, Amſterd. 1743. 4. vid. Intelligenzblatt der Ien. allgem. Litterat. Zeit. nr. 44. pag. 349. a. 1790.

De *Scaeuolis* et aliis Iureconſultis rom. antiquioribus v. *Bachii* hiſt. iurisprud. rom. ibique cit. V. D. p. 239. ed. Stockmanni. et ego diſſerui in Introd. I. pag. 269 ſqq. Ab illis Scaeuolis diuerſus eſt recentior Ictus *Q. Ceruidius Scaeuola*, de quo egit *Weſtenberg*. in diſſ. de iurisprudentia Q. Cerbidii (rectius Ceruidii) Scaeuolae, in eius Opuſculorum academicorum triade — ed. a *Ioſ. Lud. Püttmann*, Lipſiae 1795. m. 8. nr. 3. Ille autem Scaeuola Ceruidius, in Pandectis ſatis nobilis, multo ſerius vixit, eiusque inprimis conſilio in legibus edendis M. Antoninus vſus eſt. Multa quoque de illo disputauit *Franc. Balduinus* in disputatt. binis de iure ciuili ex Papiniano, recuſ. cum Balduini commentariis ad leges de iure ciuili, Voconiam, Falcidiam etc. cum praefat. Hier. Gundlingii. Halae 1730. 8. pag. 198 — 200. et ſaepius. — De Q. Mucio Scaeuola et aliis Ictis antiquior. v. quoque *Iagemann*. l. c. I. pag. 288 ſqq. — De Scaeuola v. quoque *Georg. Schubart*. de

fatis

ſatis iurisprudentiae romanae, exercit. II. cap. V. §. 55 et 56. pag. 172 ſqq. pag. 225 et 263. ed. *Chriſtiani Godofr. Tilling*. Lipſiae 1797. 8. aliosque de Scaeuolis libr. quos laudat *Saxius* Onom. liter. I. pag. 139. 141 et 142 ſq.

Ad pag. 98. nr. 1.

Tanaq. Faber in epiſtolarum libro II. ep. X. pag. 20 ſqq. ed. II. aetatem Terentii ita conſtituit, vt annum natiuitatis adſereret a. v. c. DLX. (ſed error typographicus eſt, et vel ſcribendum DLI. quod Terentius novem annis natus eſt ante mortem Plauti, quem Faber a. v. c. DLIX. obiiſſe diem ſcribit: vel potius ſcribendum erat, Plautum eſſe mortuum a. DLXIX. quo facto a. Terentii nati incidit in a. v. c. DLXI.) Tum notas vitae Terentii, ſcriptae a Suetonio, adſperſit; denique quod vulgo dicitur de Terentio, eum ſequutum fuiſſe currum Scipionis pileato capite, fabulam eſſe docet.

Ad pag 99. *nr*. 5.

Ego habeo codicem membranac. antiquum in 4. eleganter ſcriptum, paucis iisque haud adeo difficilibus lectu intellectuque compendiis litterarum vocumque adhibitis. Verſus, vti in primis editionibus, non ſunt diſtincti. Gloſſae, quae inter lineas ſcriptae ſunt nec illepidae, faciunt ad ſenſum verborum et orationis. In margine autem ſunt

ſcholia modo longiora, modo breuiora, a vulgatis diuerſa, in quibus vel fabulae et actionis ordo declaratur vel res verbaque explicantur. Sed fabula, *Phormio*, deeſt. Omnibus vero, excepta fabula, Eunuchus inſcripta, praemittitur Sulpicii Apollinaris periocha; ſed lectio et periocharum et textus ipſius ab exemplo Weſterhouiano haud raro, quantum ex collatione quorumdam locorum cognoui, modo bene, modo male diſcedit. Fini ſingularum comoediarum adſcriptum eſt: *Calliopius recenſui.* Quis autem hic fuerit, iure quaeritur. Grammaticum hunc, aut (vti in quibusdam dicitur codicibus) ſcholaſticum, non fuiſſe, (uti Eugraphius, medii aeui grammaticus, eſt opinatus,) recitatorem τȣ̃ *plaudite,* ex eo intelligi poteſt, quod, vti *Weſterhou.* ad Terentii Andriam V. 6. verſ. 17. p. 218 ſq. bene monuit, nec egit comoediam, nec modos fecit; ſed critici munere functus codices antiquos recenſuit. *Lindenbr.* ad loc. Andr. cit. intelligit quemdam criticum, Calliopium, qui nomen ſuum, ſiue verum fictumue hoc ſit, fabulis Terentii, a ſe recenſitis, more aliorum adſcripſiſſet. Atque *Barthius*, Aduerſar. VI. 20. fecit eum vero nomine *Alcuinum* magiſtrum, Carolo M. familiarem, ob philologiae et poeſeos ſtudium Calliopium dictum, quod quaſi ab ipſa Calliope formatus videretur. A qua ſententia parum aut nihil abeſt *Mehus* in ſcripto quo-

dam

dam Coluccii Salutati de fato et fortuna. Is enim quoque intelligit *Alcuinum*, monachum Anglo-Saxonem, *Calliopium* aut *Calliopicum*, quo quidem voc. illo tempore *poeta* denotabatur, dictum. v. Oſſervazioni letterarie p. anno 1794. part. I. Florent 1794.

Bibliotheca acad. *Erlangenſ.* habet *quatuor* codd. msst. vnum antiquum venuſtumque membranac. bonae notae, verſibus diſtinctis in min. 4. et tres chartaceos recentioris aetatis, quorum vnus ſub incunabula artis typographicae exaratus eſſe videtur. *Quatuor* autem illi codd. habent initio elogium illud, in antiquioribus etiam editis libris repetitum: *Natus in excelſis tectis* etc.

Donati commentarios ad noſtram aetatem haud integros, et interpolatos peruenifſe, patet ex collatione msstorum codicum et multis adnotationibus ad Donati commentar. Weſterhouianis: adde Eraſmi, Nannii et Tan. Fabri iudicia in praef. Weſterhouii ad maiorem edit. fol. XX. qui probat Eraſmi ſententiam, eſſe ſcholia ex Donati, Aſperi et Cornuti commentariis decerpta. *Ianus* quoque *Parrhaſius* in libro de rebus per epiſtolam quaeſitis, pag. 124 ſqq. ed. H. Stephani 1567. 8. Donati in Terentium commentarios in dubium reuocat. A Donato quidem compoſitas eſſe editasque expoſitiones, et inſcriptioni credit et eius auditori Hieronymo;

ſed ex his, quae confuſe circumferuntur, adfirmare non audet, quod Donati ſint propriae: e contrario plures aut minimum duas eſſe in vnam collatas, exemplis demonſtrat; aliaque plura in hanc dicit ſententiam. „Quod vero, (vt ait pag. 122.) Aemilius Aſper, Valerius Probus, Martius Salutaris, Flauius Caper et Helenius Acro ante Donatum commentarios in Terentium ediderunt, a Donato autem varias opiniones eſſe adlatas, teſte Hieronymo:“ tandem „commentaria, pag. 126. ait, quae circumferuntur in Terentium, ſuis auctoribus reddere, nemo poſſet, niſi vetera nactus exemplaria: quum vulgata ex vno corrupto confuſoque manauerint omnia.“ Quia Helenium laudat Aelius Donatus in Eunucho Terentii, Parrhaſius ibid. pag. 15. in nota 1 colligit: Aelium Donatum Chariſio poſteriorem, vel aequalem certe fuiſſe, quod Aruntii Celſi, Flauii Capri, Helenii Acronis in Terentium commentaria citet; Donati nusquam meminerit, non vtique facturus, ſi prius edidiſſet. — *Helenium Acronem* commentarios Adelphis Terentii non indiligentes adtuliſſe, teſtatur *Soſipater Chariſius* cap. de aduerbio, teſte *G. I. Voſſio* in Lexico etymol. voc. *ſedulus* pag. 462. vbi locis a Voſſio citatis addendus eſt *Donatus* ad Terent. Adelph. I. 1. 25. *ſedulus, ſecus a dolo*, i. e. *ſine dolo et impenſe:* ſed forſan illa obſeruatio a recentiore quodam grammatico adſuta eſt Donati

nati commentariis. Adde *Fabr.* B. L. I. pag. 49 ſq. de veteribus Terentii interpretibus.

Ibid. circa fin. de edit. Mediolan. Ita ſcriptum eſt in catal. *Comitis de Rewiçzky.* „Inter eas ſaltem huius comici edd. *quae anni indicium habent*, Mediolanenſis apud Zarotum 1470. pro prima eſt habenda." conf. de illa edit. *Saxium* in hiſt. litterar. typogr. Mediolanenſi, pag. 559. *Affò* in Saggio di Memorie ſu la Tipografia Parmenſe del ſec. XV. Parmae 1791. 4. pag. IX. ſq. vbi multus eſt de Zaroto, Parmenſi, ac *Panzer* V. C. A. T. II. pag. 11. qui ibid pag. 97. etiam ex Saxio pag. 613. memorat editionem *Mediolanenſem* in 4. ſine anni nota, impreſſ. per Magiſtros *Leonardum* et *Odolricum, ſocios.* At tamen alia editio vel antiquior vel ſuppar eſſe videtur. Editionem quidem *Argentoratenſem* in fol. ſine anni nota aliisque ſignis typographicis, charactere autem gothico mai. quo Virgilium impreſſit Mentelius, ex *Laire* ind. I. pag. 51. paullo vberius memorauit *Panzer* l. c. I. pag. 74. Sed eam vel 1469 vel ſaltem 1470 prelo exiiſſe, ex narratione in cl. *Meuſelii* Hiſtor. litterar. bibliograph. Magazin, part. VII. et VIII. Chemnitz 1794. 8. patet. Namque Seemiller reperit in bibl. quadam Donauwoerdenſi exemplar *Valerii Maximi*, cui additum eſt exemplar *Terentii*, vtrumque tamen typis Io. Mentelini, typographi Argentoratenſis.

Voluminis autem illius primus poſſeſſor, Sigism. Meyſterlin hanc notam adſcripſit: *Anno dñi* MCCCCLXX *tempore nundinarum in Nölingen* (an Noerdlingen?) *emi ego fr. Sigismund. Meuſterlin Terentii opus pro 1. flor. Rh. Valerii vero Maximi miſſum fuit in nomine propine a famoſo eiusdem impreſſore dño Adolfo de Ingwilen, cuius tamen faciem nunquam videram.* Hic vero typographus fuit *Adolphus Ruſchius*, a patria *Ingweiler, de Inguilen*, ſ. *Inguilanus* dictus, gener, atque adeo iam a. 1470. ſocius Mentelini. In Dictionnaire bibliographique des livres rares etc. tom. III. Paris 1790. m. 8. pag. 86. dubia aliis editio a. 1490. ſine loco pro certa, ſaltem ſine vlla ſuſpicione et dubitatione habetur, et additur: „Vend 499 liv. à la vente de M. M. Perau et Manſart en 1722.

Mediolani ſaec. XV. aliquoties Terentii comoediae ſunt euulgatae. a. 1474. fol. charactere rotundo, vt videtur, Chriſtoph. Valdarferi. (v. catal. bibl. com. de la Valliere, tom. II. pag. 117. vbi aliae quoque edd. et antiquiores et recentiores memorantur, in his ed. ſine vlla loci et anni nota, in 4. quam Bure circa 1475. prodiiſſe ſuſpicatur.) a. 1476. fol. typis Ant. Zaroti. — *Eod. anno*, eiusdemque Zar. typis, *Donati* commentar. in Ter. comoedias. — *Ter*. a. 1477. et 1481. typis Zaroti fol. — 1491 et 1496. cum com-

commentar. Ael. Donati. fol. per Vlderic. Zcinzenzeller.

Pag. 101. *lin.* 17. corrige *Vicentiae* loco *Vicentii:* ſed aliam edit. *Panzer.* III. pag. 508. ex aliis auctoribus memorat, quae caret Calphurnii comment. atque in Diction. bibliogr. l. c. pag. 86 ſq. quoque ſic indicatur: „*Ter. com.* opus impreſſum in Sancto Vrſo, Vincentiae diſtrictu per *Iohann. de Rheno,* die vltima Aprilis a. 1475. fol. Edition encore aſſez rare, dont on connoit peu d'exemplaires.“ Num igitur *Vicentin.* edit. illius anni per Herm. Leuilapidem exſtet, praeſtare non auſim. — *Ter.* cum comment. Donati et Calphurnii ſine vlla nota, (circ. 1475.) fol. in Pinelli cat. II. p. 377.

Terentium circa a. 1478. in monaſterio *Sortenſi,* (*Schüſſenried* in Sueuia,) excuſum memorat cenſor in noua vniuerſali bibl. germ. Kilon. vol. XIX. part. II. faſc. VIII. a. 1795. pag. 508.

Commentarius Aelii Donati ſiue textu Terentii, fol. typis ſplendidis ſine titulo et vlla alia nota ac ſignatura, niſi vt in calce legantur verſus *Raphaelis Zouenzonii Tergeſtini* ad Vindelinum Spirenſem:

Qui cupit obſtruſam frugem guſtaſſe Terenti
Donatum quaerat noſcere grammaticum.
Quem Vindelinus ſignis impreſſit ahenis,
Vir bonus: et claro preditus ingenio.

 Exem-

Exemplum eſt in biblioth. publ. Erlangenſi. *Panzero* A. T. III. pag. 67. nr. 13. videtur circa 1470. excuſus liber. Textus quidem comoediarum VI. ex emendatione *Raphael. Zouenzonii: impreſſit*, vt in calce dicitur, *Iohan. Agrippine Colonie decus*, prodiit Venet. 1471. fol. v. *Mittarell.* in adpendice libr. XV. ſaec. ad catal. codd. bibl. S. Michael. Venet. col. 441 ſq. et *Pinelli* cat. II. pag. 377.

Editores Bipontini in indice editionum numerant XX editiones ſaec. XV. *Venetas*. Contra cl. *Panzer* in A. T. vol. III. inter libros, Venetiis e prelo exeuntes, enumerat circ. XXVIIII. Terentii editiones. Quare earum, quae in indice Bipontino deſunt, editionum praeter eas, quarum iam facta eſt mentio, notitiam hic e Panzeri opere tantum dabo. — Ex recenſione *Antonii Moreti*, ſine a. nota, 4. mai. (v. notit. breuior. meam pag. 101. et *Panzer* III. p. 497. n. 2805.) — ſine a. et loci nota in 4. ſed eodem charactere, quo Auſonius, Venetiis 1472. prodiit, (*Panz.* III. 499. nr. 2826.) — ex emendatione *Raphaelis Regii*. 1473. fol. (*Panzer*. III. 99. nr. 135.) — cum interpretat. Ael. Donati, Venet. 1479. fol. in calce: Impreſſum Venet. per Nic. Girardengum, recognitumque per Mag. Franc. Dianam a. M.CCCC.LXXVIIII. (v. *Rewiczky* cat. pag. 6 ſq.) — Editio *Veneta* cum comment. Donati, 1480. fol. apud

Mait-

Maittair. IV. pag. 413. ac *Panzer* III. pag. 160. eadem eſt ac ea, quae eiusd. anni per Andr. de Aſula et Barthol. de Alexandria ab eod. *Panzer* IV. pag. 434. ex Thott. catal. VII. pag. 86. citatur, — cum comm. Donati et Io. Calphurnii in Heauton. 1482. fol. — et per Baptiſtam de Tortis. 1483. fol. — cum Donati comm. per Herm. de Lichtenſtein. 1483. fol. — per Dionyſ. et Peregrin. Bonon. 1485. fol. — per Iac. de Paganinis, Brixienſ. 1491. fol. — cum Donato et Calphurnio etc. per Bonet. Locatellum. 1492. fol. — per Simon. Beuilaq. 1495. fol. — cum Donati, Calphurnii et Iuuenalis commentar. per Sim. de Luere impenſis Lazari Soardi, 1497. F. (de qua edit. quae eſt quoque in bibl. Erlang. v. quae ſcripſi in Introd. l. cit. pag. 238 ſq. et *Panzer.* III. pag. 417. nr. 2232.) — per Lazarum de Soardis. 1499. fol. (v. *Foſſ.* cat. bibl. Magliab. tom. II. pag. 643 ſqq. qui quoque pag. 642 ſq. de vtraque *Taruiſiana* edit. a. 1477. et an. 1481. docte et curate differit.) — Denique Venet. 1500. 4.

Foſſius l. c. col. 637 ſqq. de duabus antiquis rariſque editionibus eſt copioſus: quarum altera in 4. mai. caret notis typographicis: per quam occaſionem agit ille de *Calliopio*, qui in breui Terentii laudatione, huic editioni addita, dicitur recitator fabularum Terentii, qui ipſe eius opera et ſuſtentatione

ac

ac familiaritate vſus fuiſſet. Altera editio, a. 1475. ſine loci et typographi indicio eſt in fol. min. quae cum ob eximiam raritatem, tum inprimis ea de cauſſa eſt memorabilis, quia Politianus id exemplum Venetiis 1491 cum cod. venerandae vetuſtatis maioribus conſcripto litteris, a Petro Bembo ipſi commodato, contulit, vt ipſe Politianus manu ſua notauit, et quia adnotationes atque correctiones in toto opere Politiani autographae reperiuntur.

Terentius — ex libris per alios correctis, et ex variis antiquis codicibus perſpectis per *A. Sabinum* — emendatior factus. Romae, char. lat. *Georgii Lauer*, ſine a. nota et reliquis ſignis typogr. 4. mai. v. *Audiffredi* catal. rom. edd. ſaec. XV. pag. 412. vbi quoque edd. *romanae* ex offic. I. Phil. de Lignamine, in 4. mai. ſine anni et aliis notis, — alia, in fol. ſine a. et loci nota, ſignaturis, numeris et cuſtodibus, charactere rom. Guldinbeckii; — et alia per A. Sabinum ex antiquis codd. emendatior facta, circa a. 1481. per Io. Hugonis de Gengenbach, in fol. ac pag. 252. ed. Romana a. 1482. 4. memorantur. conf. quae in Introd. I. pag. 236 ſq. notaui, et *Panzer* IV. p. 199. vbi praeterea citatur

Therencius (ſic) — *cum comento donati grammatici*, ſine a. et l. nota. 4. — Editio *Parmenſis* cum caſtigatt. Pomponii Laeti,

1480.

1480. fol. apocrypha eſt *Panzero* II. p. 354. nr. 24.

Terentii comoediae. *Taurini* per Io. Fabri Lingonenſem. 1478. fol. — ibid. 1483. fol. (*Panz.* III. p. 44 et 45.) — *Pariſ.* ap. Io. Phil. (Creuzenach.) Alemannum. 1496. 4. — *Ibid.* induſtria Io. Philippi 1499. 8. — Edit. tamen *Pariſina: Ter. com.* a Guidone Iuuenale explanatae et a Iod. Badio Aſcenſio vna cum explanationibus rurſum annotatae, quae in bibl. Roloff. I. pag. 67. per Nic. de Pratis a. 1483. excuſa dicitur, dubia et eadem potius, quam Maittaire vol. II. pag. 192. Pariſ. per Nic. de Pratis, 1508. adfert, eſſe videtur *Panzero* II. pag. 284. nr. 89.

Ter. cum commentario *Guidon. Iuuenalis. Pariſ.* opera *M. Georg Wolf* Badenſis, pro Philippo Pigouchet et Engelberto de Marnef, librariis, Pariſiis morantibus. 1492. fol. — *Lugduni* per Petr. Latomi et ſocios. 1493. fol. — *ibid.* per Io. de Vingle. 1497. 4.

Ter. cum comm. Donati, Guid. Iuuenalis et Io. Calphurnii, Londini apud Rich. Pynſon. 1497. 8. v. *Panz.* I. pag. 508. nr. 9. et *Brüggemann* View of the Engliſh editions etc. pag. 460 ſq.

Ad pag. 102. *lin.* 9.

Poſt voc. *elogium*, adde: cum directorio vocc. gloſſa interlineari et comment. Donati, Gui-

Guidonis et Aſcenſii, lepidisque ſeu potius ridiculis figg. ligno inciſis. Angentor. 1496. (eſt in bibl. publ. Erlang.) — recuſa eſt ibid. putidis litteris, et cum nouis modo melius, modo peius mutatis figuris, in quibus Calliopius tamquam recitator comparet; item cum epiſtola Iac. Locheri ad Grüninger, omiſſo tamen elogio: in calce vero legitur: „Impreſſum in imperiali ac libera vrbe *Argentina* per Io. Grüninger. Ad illam formam vt intuenti iucundior, atque intellectu facilior eſſet per Ioan. Curtum ex Eberſpach redactum. anno 1499. tertio ydus Febr.“ fol. (eſt quoque in biblioth. Erlang.) — rec. ibid. 1503. — Tum *lin.* 12 et 13. dele verba *Argentor.* — — 1499. fol.

Ad hoc ſaeculum XV. eſt quoque referenda interpretatio Terentii ſiue variarum formularum loquendi comicarum cum belgica verſione: *Vulgaria quaedam abs Therentio in theutonicam linguam traducta,* Antwerp. per Gerhard Leeu 1487. 4. — ibid. 1488. 4. — Dauentriae 1489. 1490. 1495 et 1499. 4. De his vid. *Panzer.* I. pag. 8. p. 358. p. 363 et 366. vol. IV. p. 218 et 286. ac quae ſcripſi in Introd. I. pag. 239. not. quibus addes: *Vulgaria Therentii in anglicanam linguam traducta. Londoniis impreſſa — per me Gulielm. Faques Normannum.* 4. ſ. a. ſub init. ſaec. XVI. teſte *Brüggem.*

gem. pag. 465. ex *Herberts* typogr. antiq. vol. I. pag. 310.

Ad pag. 102. *de ſecunda editionum aetate*, quae etiam ferax fuit editionum, ſed cunctas, ſaepe tantum meras aliorum exemplarium repetitiones, enumerare, nec iuuat nec licet. Quare praeter eas, quae in Introduct. I. pag. 240 ſqq. et in notitia breuiore iam commemoratae ſunt, paucarum adhuc mentionem faciam.

Bipontini editores memorant edd. quoque *Pariſinas* cum notis Iod. Badii Aſcenſii 1504. 4. — 1508, per Nic. de Pratis. fol. *) — 1509. 4. — 1511. 4. (conf. Introd. I. p. 239.) — cum comm. Aſcenſii, Londini et Pariſ. 1504. fol. v. *Brüggemann* l. c. pag. 461. — *Ter.* com. a *Guidone Iuuenale* familiariter explanatae, cum *Aſcenſii* praenotamentis ſuis in locis adhibitis, caſtigatae nunc tandem et ſibi reſtitutae iuxta Politiani philolog. correctionem *Antonii*que *Nebriſſ.* recognitionem etc. Caeſarauguſtae 1524. 4. cum praef. *Georg. Coci.* v. Specimen biblioth. Hispano-Maianſianae — ex muſeo Dau. Clementis, pag. 28 ſq.

Ad

*) In catal. *Schwarz.* part. II. p. 265. in 4. et pag. 286 ſq. in fol. notantur *P. Ter. aphri Comedie a Guidone Iuuenale explanate et annotatt. Badii Aſcenſii.* impreſſit Io. Cein. 1508.

Ad pag. 103. *lin.* 2.

Edit. Iuntina a. 1505. inſcripta eſt:

„*Terentianae comoediae* in ſua metra iterum reſtitutae et recognitae quam accuratiſſi. cum iis inſuper, quae de comoedia et metris comicis preſſius dici poſſunt.“

In prima auerſa pagina legitur: *Petri Bargetani* ad Terentium pro ſua recognitione Endecaſyllabon. Tum ſequitur *Benedicti Philologi, Florentini,* praefatio ſuper P. Terentii comoediis, in qua et laborem ſuum atque diligentiam in recognoſcendis et in metra legitima reſtituendis Terentii fabulis poſitam ipſe praedicat, et Angelum Politianum laudat, qui primus hasce Terentii fabulas emendare in ſuosque numeros aptiſſime referre adgreſſus ſit, collatis ac perlectis vetuſtis exemplaribus. v. *Bandini* (qui praefationem Benedicti Philologi recudendam curauit,) in annal. Iuntinarum typographiae, part. II. pag. 17 ſqq. — Recuſa eſt illa edit. ibid. 1509. 8. et a. 1517. 8. v. *Bandin.* l. cit. pag. 31 et 115. — Terentius, non diſtinctis verſibus, Lugduni 1513. 4.

Ter. editionem, quam *Philippus Mela,* ſiue *Melanchthon* Brettanus, Tubingae 1516. 4. curauerat, memoratur a *Freytag.* in analectis litterariis pag. 945.

Argentorati intra a. 1511—1530 ſexies editae ſunt *Terentii* com. teſte *Panzero* in

A. T.

A. T. vol. VI. n. a. 1511. per Mart. Flach, impenſis Io. Knoblouch, cum adnotatt. Petri Marſi et Pauli Malleoli in ſingulas ſcenas. — rec. 1514. 4. — *Ter.* in ſua metra reſtitutus cum elucubrationibus Petri Marſi et adnotatt. margin. Pauli Malleoli. 1516. 4. per Io. Knoblouch. — a. 1516. 4. per Matthiam Schurerium. — cum libello L. Victoris Fauſti de comoedia, a. 1523. 8. per Ioann. Knoblouch. — In Andriam Terentii epigr. ad lectorem. Auctor eſt *Io. Riccius*, Athendorienſ. editor vero Matthias Dauerchuſius, qui praefatus eſt ad lectorem. ap. Wolfg. Cephaleum. 1529. 8. (vid. Hirſchii Millenarium quartum pag. 48. nr. 610.) — Denique *C. Cornelii Graphei* ex Terentiae comoediis latiniſſimae colloquiorum formulae. Egenolphus excud. 1530. 8.

Aldinae aut Iuntinae edit. repetitio eſt *Moguntina*, in fine: Petri Bargetani ad Terent. pro ſua recognitione Hendecaſyllabon; tum Bened. Philologi praef. ſuper Terentii comoediis et L. Victoris Fauſti de comoedia libellus: apud Io. Scheffer, menſe Martio a. M. D. XX. (1520. 8.) Hic quidem annus deſignatur in calce exempli, quod eſt in bibl. publ. Erlang. Bipontini, neſcio quo iure? referunt illam ed. ad an. 1521.

Ad pag. 103. de tertia aetate.

Eraſmiana editio ſic eſt inſcripta:

Habes hic amice lector P. Terentii comoedias, vna cum ſcholiis ex Donati, Aſperi et Cornuti commentariis decerptis, multo quam antehac vnquam prodierunt emendatiores, niſi quod in ἑαυτὸν τιμωϱȣ́μενον ſcripſit vir apprime doctus, Io. Calphurnius Brixienſis, licet recentior. Indicata ſunt diligentius carminum genera, et in his incidentes difficultates, correcta quaedam et conſulum nomina, idque ſtudio et opera Deſ. Eraſmi Roterodami, non ſine praeſidio veterum exemplariorum (ſic). *Ad haec acc. index accuratus vocc. a commentatoribus declaratarum.* Baſileae in offic. Frobeniana a. M.D.XXXII. (1532.) fol. Indicem excipiunt *argumenta Philippi Melanchthonis in P. Ter. comoedias.* Meo exemplo ſunt a duabus diuerſis manibus comoediis plurimis obſeruationes vberiores nec ineptae, maximam vero partem grammaticae adſcriptae.

Ibid. lin. 12. *illius aetatis.*

Brylingerum corrige *Brylingium*, ex cuius officina *Ter.* quoque prodiit an. 1559. teſte cl. *Seybold* in progr. cit. pag. 1.

Ter. cum ſcholiis ex Donato, Aſpero et Cornuto decerptis et annotatt. *Ioan. Riuii.* Brixiae 1536. 4.

Ibid. ſub fin. voc. *Argentor.* add. *a.* 1548.

Editionis *Tigurinae*, a Bipontinis breuius indicatae, haec eſt inſcriptio:

P. Ter.

P. Ter. Afri Fabulae, editionis poſtremae et longe emendatiſſimae. *Iodoci Willichii* Reſellani in easdem commentaria, quibus per ſingulas ſcenas ratio inuentionis, dispoſitionis et eloquutionis, cum quorumdam locorum obſcuriorum explanatione oſtenditur. Indicantur et theſes ethicae paſſim. His accedunt *Petri Menenii*, Lugdunenſis, libellus de fabularum origine et differentia, de ludorum ac tibiarum generibus. *M. Anton. Mureti* in ſex Terentii comoedias annotationum liber. Index. — Tiguri apud Andr. Gesner. et Iac. Gesnerum fratres, ſine a. nota. 8. *Willichii* epiſtola nuncupatoria ſcripta eſt a. 1550. — Cum comment. *Willichii*. Colon. 1555. 8.

Ter. — comoediae omnes, cum comm. *Donati*, *Guidonis*, *Iuuenalis*, *Petri Marſi* in omnes fabulas, *Io. Calphurnii* Brixienſis in Heautontim. Acc. *Ant. Goueani* epiſtola de caſtigatione harum comoediarum. Eiusdem de verſibus Terentianis — ac quaedam annotatt. *Barthol. Latomii* — argumenta — —. *Petri Senenſis* caſtigationes. — *Henr. Loriti* in carmina Terentii — iudicium. His item addidimus cuiusque ſcenae terna argumenta —. Metris in ſuum ordinem recte reſtitutis, ac variis lectionibus in margine appoſitis. — *Venetiis* ap. Io. Mariam Bonellum 1563. fol. Longiorem titulum editionis hu-

 ius

ius oppido rarae dedit *Freytag* in Anal. litter. pag. 945 ſq.

Ad pag. 104. *de quarta aetate.*

Omiſſis multis cum a me enumeratis edd. in Introd. pag. 248 ſq. tum inprimis a Fabricio et ab editoribus Bipontinis, memorabo tantum paucas adhuc huius aetatis editiones, *Cantabrigiae*, ex officina Io. Legatt. 1589. 24. — Londini, typis Roberti Robinſon, 1592. 4. — ib. ex off. Rob. Robinſ. 1597. In fine. Londini, excud. Robertus Dexter. 1597. 12. v. *Brüggemann* l. c. pag. 461. — *Ter.* cum notis *M. Ant. Mureti*, *annotatt. auctis a Fabricio Marcodurano*, nec non variis lectt. ſtudio et labore *Theod. Pulmanni.* Antwerp. ap. Plantin. 1565. 16. Correcta et elegans edit. — *Ter.* a *M. Ant. Mureto*, Venet. Ald. 1575. 8. — a Frid. Fabricio. Antwerp. ap. Plantin. 1583. 16. — a Mureto emendatus. Antwerp. ap. Plantin. 1591. 8. Haec editio ab *Engelio* in bibl. ſelectiſſima pag. 155. rarioribus libris adnumeratur.

Ibid. de aetate quinta.

Inter *Heinſianas* edd. inprimis laudanda eſt ed. genuina, *Lugd. Bat.* ap. Elzeuir. 1635. 12. de qua Com. Reviczky in Catal. pag. 7. ea, quae ſequuntur, memoratu digna adnotauit: „Cette édition eſt devenue actuellement une des plus rare de la Collection des Elzevirs.

virs. Elle a été contrefaite ſous la même date, et pour n'être pas trompé, il faut vérifier ſi la page qui devroit être marquée 104 pour 108. car cette faute d'impreſſion denote la bonne édition. Il faut de plus que les noms des perſonnages ſoient en lettres rouges, au commencement de chaque pièce. L'edition dont on fait le plus de cas après celle-ci, a été donnée par les mêmes Elzevirs, et eſt la ſuivante: *Terentius*. Amſtel. Elzev. 1661. 12. Idem fere animadvertitur in Diction. bibliograph. l. m. pag. 88. ſed loco a. 1635. deſignatur a. 1634.

Ad pag. 105. *lin.* 12. *inſere:*

Ter. Pariſ. ex typogr. regia (typis maioribus,) 1642. fol. In Dict. bibl. l. c. additur nota: „On joint à ce volume, les autres Auteurs, qui ont été pareillement imprimés au Louvre, *Virgile*, *Horace* et *Juvenal*. Cette Collection forme alors quatre volumes in folio, qui ſont aſſez eſtimés, quand ils ſont raſſemblés, 40 à 50 liv."

Ad pag. 105, *lin.* 24.

Edit. *Londin.* rec. eſt Londini 1667. 12.

Ibid. lin. 27.

Ter. com. — interpretatione et notis illuſtrauit *Nic. Camus*, in vſum Delphini. Pariſ. ap. Fred. Leonard. 1675. 4. mai. — repet. quibusdam Cami nugis reſciſis, Londini

 1688.

1688. 1700. 1709. 1720. 1723. 1731. 1739. 1740. 1749. 1769. 1776. 8. teſte Brüggemanno l. c. pag. 462.

Ad pag. 106. *lin.* 9.

Lengii editio in minore forma recuſa eſt Londini 1701 et 1713. quae poſterior optima iudicatur ab Harwoodio.

Ter. ex rec. Heinſiana. Dublini 1709. 8. — Edinburgi, 1731. 12. — cura *Mich. Maittaire*, cum indice *Mart. Hugenii*, Londini, impenſis Iac. Tonſon et Io. Watts. 1713. 1715. 1729. 1762. 12. — Inter opera et fragmenta poetarum latinorum *Mich. Maittaire*. Londini 1713. fol. vol. I. pag. 225.

Ibid. lin. 20.

Hare (cuius priorem editionem in manibus habeo,) in epiſtola nuncupatoria perſequitur virtutes comoediarum, ſiue quatuor, quibus omnis ſcenica poeſis conſtat, partes, nempe fabulae conſtitutionem, mores, ſententias et dictionem, atque oſtendit, Terentium in iis omnibus ſummas laudes merito reportaſſe, et in plurimis ſuperiorem eſſe Plauto. In praefatione autem de metris ſcenicis, ad Terentianarum fabularum intelligentiam pariter atque emendationem ſcitu neceſſariis, acute diſſerit, et peculiarem de illarum forma, varietate ac pronuntiatione ſubiicit commentationem. Hinc frequen-

quenter mutauit textum. Vide, quae adnotaui in Introd. I. pag. 253 ſq.

Ibid. ſub finem.

Bentleiana editio altera repetita eſt et denuo recenſita, cum indice ampliſſimo tam in textum, quam in notas, Lipſiae, ſumtu Schwickerti 1791. 8. *Bentleii* rationem emendandi poſt Reitzium commendat et defendit *Boettiger*. v. infra ad ſect. 6. notata.

Ter. com. Acceſſ. emendationes omnes Bentleianae, Dublin. 1727. 8. — *Eunuchus Terentii* cum notis ad difficiliores quosque locos, Londini 1730. 8. Haec editio valde laudatur. v. *Bruggem*. pag. 463. — Phormio, Romae 1737. 8. m.

Ad pag. 107. *lin.* 24.

Editio *Spencii* illa, cuius notitiam dederam ex indice editionum a Bipontinis editoribus contexto, non memoratur a Brüggemanno, qui quidem *Spencerianae* editionis hanc pag. 463. retulit inſcriptionem:

P. Ter. Afri com. ad optimorum exemplarium editorum fidem recenſitae. Ad Comicos facilius intelligendos praemittuntur prolegomena ex optimis auctoribus collecta, vna cum iconibus aeneis, quarum vna eſt, romani theatri et amphitheatri, altera luctae vel pancratii apud Graecos delineatio. His ſubiunguntur quaedam de comoedia, eius metris et muſica e Iuuentio, Weſterhouio et

 clariſſ.

clariſſ. viris Hare et Bentleio. Acc. litteris italicis notata imitatio Plauti. Opera et cura *Richardi Spencer*. Londini, ap. Richardſon. 1734. 8. — rec. Londini 1764. 8.

Ad pag. 107. *lin. vlt.*

In edit. ab *Hawkey* curata, quae pulcra et correcta eſſe dicitur, variae lect. notabiliores ad calcem libri pag. 278—286. ſunt adiectae.

Ter. com. ad fidem optimarum editt. expreſſae. Edinburgi, apud Hamilton Balfour et Neil. 1758. 8.

Editores vt plurimum ſequuti ſunt fidem editionis Weſterhouianae, Bentleii tamen lectionibus interdum receptis.

Ter. com. tres (Adelphi, Eunuchus et Andria,) in vſum ſcholae Etonenſis. Londini 1768. 8. Exc. H. Hughs. Biponcinorum exemplarium eiusdem a. 1779 duplex editio facta aut ſaltem ab initio aucta eſſe videtur. Nam alia exempla poſt titulum libri habent fol. cum effigie imperatricis Ruſſor. et dedicat. alia carent illa. In prioris generis ex. conſtant prolegg. XLIV. pagg. in poſt. gen. ex. autem XXXVI. pagg. etc.

Ad pag. 108. *lin.* 4.

Edit. *Pariſ.* inſcripta eſt: *Ter. com.* VI. ad optimorum exemplarium fidem recenſitae. Acceſſ. variae lectt. e libris msstis et erudi-

eruditorum commentar. depromtae. tom. I. II. Lutet. Pariſ. apud Natalem le Loup et Iac. Merigos, 1753.

Ad pag. 109. *lin.* 17. *add.*

P. Ter. com. recenſuit, perpetuamque adnotationem et latinitatis indicem adiecit M. *Beniam. Frid. Schmieder,* Gymn. Halenſ. Luther. Rector. Halae 1794. 8. V. D. in textu conſtituendo modo diſcedit a Bentleio, Weſterhouio aliisque; modo huius illiusque V. D. aut codd. reſcripſit lectionem. Paucis vero declarat ſuam ſententiam; aeque breuiter explicat ſenſum verborum. Vberioribus enim animaduerſionibus et philologicis et aeſtheticis illuſtrarat ſingulas, quas ſeparatim antea ediderat, comoedias, germanice verſas, Halae ab a. 1790 — 1793. Primus autem tomus eſt inſcriptus: *Das Mädchen von Andros. Ein Luſtſpiel des Terenz, welches metriſch verteutſcht und mit philologiſchen und moraliſchen Anmerkungen begleitet hat* M. *B. Fr. Schmieder.* Halae 1790. med. 8. — Et parem reliqui tomi habent inſcriptionem, nomine tantum fabulae mutato. conſ. tamen nouas ephem. Lipſ. a. 1790. nr. 23. pag. 181 ſqq. — nr. 69. pag. 547. — a. 1793. nr. 63. pag. 506 ſqq. etc. et nouam bibl. vniuerſal. German. Kilon. vol. XI. part. I. faſc. II. pag. 102 ſqq. a. 1794. — Idem V. D. iam 1789. 8. promulſidem quaſi adpo-

ſuit in progr. *Ein Verſuch, den Terenz ſo zu überſetzen, daſs er Terenz bleibt.* Halae Sax. in quo metricam dedit verſionem Adelph. Act. I. ſc. I. et Heaut. Act. I. ſc. II. cum obſſ. grammaticis et quibusdam criticis.

Pars Campianae claſſicorum latinorum encyclopaediae ea, quae longiora excerpta ex fabb. Andria, Adelphis, Phormione et Eunucho, exhibet, iis quae ſanctitati puerorum nocitura viderentur, reſciſis, cura *Io. Henr. Aug. Schulze,* Rect. Oſterod. prodiit:

Ausgeſuchte Beyſpiele aus dem Terenz zum Gebrauche auf Schulen, zweckmäſsig abgekürzt von I. H. A. Schulze, pars I. quae textum, verſibus non diſtinctis; *pars* II. quae Schulzii et Heuſingeri adnotatt. continet. Brunſuici 1790. 8.

Ausgewählte Stücke aus den dramatiſchen Dichtern der Römer, dem Plautus, Terenz, Seneka und andern, zum öffentlichen Gebrauch der obern Claſſen deutſcher Gymnaſien, von D. Ch. D. Köler, Rect. des Gymnaſ. zu Detmold. Nebſt einer Abhandlung über das Theaterweſen der Griechen und Römer. Stendal. 1794. 8. cum tab. aeneis. Praeter fragmenta quaedam *Ennii, Pacuuii, Caecilii, Attii*que inſunt *Plauti* Captiui, *Terentii* Heautontimor. et *Senecae* Hercules fureno. Conf. Jen. A. L. Z. a. 1795. m. Iun. nr. 177. vbi praeſertim comment. de theatro veterum Grae-

Graecorum et Rom. percenſetur multaque notantur.

Splendida et critica eſt editio: *P. Ter. Afri com. ſex.* Ad fidem optimarum editt. recenſitae. Baſileae ap. Decker, (typis Dannbacianae offic. Argentor. curante *Brunckio.*) 1797. mai. 4. (conſt. XV. thal. imperial.) Baſis eſt ed. Bentleiana, a qua interdum male beneue diſcedit Brunck, vt plurimis oſtendit cenſor in Jen. Allg. L. Z. a. 1797. m. Oct. nr. 327.

Ad pag. 109, *ſect.* 6.

De *Bembi* libro de Virgilii Culice et *Terentii fabulis*, in quo multa Terentii loca e codd. emendantur, v. *Mazzuchell.* gli Scrittori d'Italia, vol. II. part. II. p. 766. Emendatt. Bembi reperiuntur quoque in edit. Ter. Pariſ. 1552. in fol. teſte eodem *Mazzuch.* coll. *Blankenburg* in litterar. Zuſätzen zu Sulzer etc. Art. *Terenz.* — De *Terentii com.* intelligenter ſobrieque diſputauit *Nathan. Chytraeus* in progr. a. 1564. ſcripto et rec. inter *ſcripta in acad. Roſtoch. publice propoſita*, ab a. 1560—1567. Roſtoch. 1567. 8. fol. 326 ſqq. — In libro diurno *Le Mercure*, m. Jul. a. 1696. t. 4. p. 445. eſt explicatio act. II. ſc. I. com. Phormio inſcriptae.

Cl. *Seybold tres* ſcripſit proluſiones über den Eunuch des Terenz. Buxouill. 1786—1788.

Cl.

Cl. *Böttigeri* proluſ. de perſonis ſcenicis, vulgo *Laruis*, ad locum Terentii Phorm. I. 4, 32. Vinariae 1794. m. 4. — *Eiuſdem* commentat. über das Wort *Maſke* und über die Abbildungen der Masken auf alten Gemmen, in *Wielandii* Neuem teutſch. Merkur. 1795. m. April. part. IV. Vocab. vero *Maſke* deriuat cum Salmaſio ad Tertull. de pallio pag. 123. a graeco voc. *βάσκα*, (quod contra faſcinationes vſurpabatur,) *β* in *μ* mutato. v. *Salmaſii* exercitatt. Plinian. pag. 923. *a. E.*

Idem V. D. egregium nouae editionis, quam cum cl. Doeringio curaturus eſt, ſpecimen, quod magnam excitat ſpem futuri laboris, edidit:

P. Terentiae comoediae. Nouae editionis ſpecimen propoſuit *Car. Aug. Boettiger.* Lipſiae 1795. 8. Dedit vero ex Eunucho act. IV. ſc. V. VI. et VII. quas notis criticis et antiquariis exegeticisque et doctis excurſibus erudite illuſtrauit, collatis graecis auctoribus, et iis praecipue excuſſis, quae Menandri aliqua veſtigia vel particulam ſeruarent. In conſtituendo textu ſequitur Bentleium, cuius rationes in praefatione inprimis probat defenditque. Bentleii quidem ſubtilitatem, aut, vt alii maluerunt dicere, audaciam haud pauci, inprimis Burmannus in praefatione ad Phaedri fabulas et alibi, Weſterhouius, (cuius operam leuem et tumultuariam fuiſſe iudicat

dicat Boettigerus,) aliique grauiter et inique vituperarunt atque impugnarunt. Sed *Reitzius*, Profeſſ. quondam Lipſienſ. iam vindicauit Bentleium ab iniuria Burmanni in diſput. *de Burmanno, Bentleii iudice parum idoneo*, Lipſ. 1778. 4. Ita citat Boett. hunc libellum Reitzianum. Aliam tamen cum alius anni nota proluſ. Reitz. laudaui in notitia breu. pag. 110. Atque Boettiger. praef. pag. XV. „*Faerni*, ait, induſtria et quos ipſe cum *Lengio* comparauerat, antiquiſſimorum codd. fide, non ingenio ſuo confiſus pleraque in Terentio metro ac integritati reſtituit magnus Bentleius. Alia ad metrorum leges, non e cerebro eius, quod quidam garriunt, ſed ex adſidua comicorum lectione ſubnatas, ſeueriſſime exacta ita mutauit et transpoſuit, vt qui easdem penitus calleret et bonam vitae ſuae partem in iis ad trutinam expendendis conſumſiſſet, *Reitzius*, oppido pauca reperiret, in quibus a magiſtro ſuo, ſic enim ſemper adpellabat, diſcedendum ſibi eſſe putaret." Idem ibid. pag. XVI. cum aliis animaduertit, duas eſſe codicum Terentianorum familias, earumque capita, Bembinum atque Cantabrigienſem, e quibus, tamquam fontibus, reliquos cognitos ita fere fluxiſſe, vt vix quinquaginta lectionis varietates, quas tollere velit et ad vulnera Terentii perſanandа adhibere, aliquis ſit inuenturus.

In

In programmate quodam, nomine ordinis iuridici Lipſ. 1782. 4. ſcripto, in animadverſione I. docte agitur *de dotis dictione*, ad Terent. Andr. V. 4, 48. — Cl. *I. Chriſtian Briegleb* ſcripſit VIIII programmata de lectione Terentii, philoſopho non indigna, Coburgi 1769 — 1778. 4. — Eiusdem progr. über den Charakter des Heautontimorum. ibid. 1779. 4.

Nicol. Vdal collegit ex tribus prioribus Terentii comoediis *flores*, cum verſione anglica et explicatione. Londini per Thom. Bethelet. 1532. 12. et ſaepius. Noua edit. aucta ab *I. Higgins* flosculis ex reliquis tribus comoediis. Londini 1581. 8. — Sentences of Terence. Lond. 1560. 8. v. *Brüggemann* l. c. pag. 467 ſq. — Ab eodem V. D. pag. 470. memorantur:

De modulatione comoediarum Terentii, in: Roberti whyttyntoni lychfeldienſis editione, ſeu eiusdem ſecunda grammaticae parte de ſyllabarum quantitate, accentu, et variis metrorum generibus, nuperrime recenſita, limatius polita etc. London per wynandum de worde. 1513 et 1524. 4.

Laur. Echard comparatio Terentii et Plauti, anglice ſcripta et praefixa eius anglicae Plautin. fabb. verſioni. Londini 1694 et 1716. 12.

Petri Lagneri ſylloge et compendium inſignium ſententiarum, apophthegmatum et ſimi-

ſimilium ex Cicerone, *Terentio* et Demoſthene. Oxon. 1704. 8.

Obſervations on the character and writings of *Terence*, by *Edmund Burton*. — Cambridge, in illius: Ancient Characters deduced from claſſical Remains. 1763. 8. — M. *Gottfr. Chriſt. Lauter*, Rectoris Gymn. Heidelberg. reform. proluſio de fine, quem ſibi propoſuerit Terentius in fabula, quae inſcribitur *Adelphi*. 1794. 4. — *Heumann* in Poecile, tom. II. libr. IV. pag. 475—477. quaedam loca in Adelphis et Eunucho corrigit.

In *Hurdii* commentario et notis ad Horatii epiſtolas ad Piſones et Auguſtum, anglice ſcriptis, (edit. V. Londini 1766. 8.) et ab *Eſchenburgio* germanice verſis, (Lipſ. 1772. II. voll. 8.) ad Hor. A. P. verſ. 270 ſqq. (pag. 198 ſqq. verſ. germ. collata Eſchenburgii nota pag. 511.) de imitatione Menandri Terentiana et vi comica, et ad v. 59. ep. ad Auguſtum (pag. 320 ſq.) de theſi et Hecyra Terentii, atque in tom. II. comment. II. de comoedia illiusque ingenio etc. erudite diſſeritur. — *I. F. Roos* progr. de Terentii quibusdam locis. Gieſſae 1786. 4. Add. *Sulzer* allgem. Theorie der ſchönen Künſte, voc. *Terenz*, ibique *de Blankenburg* litterar. Zuſätze, et quae ego in Introduct. I. pag. 261 ſqq. adtuli.

Ad

Ad pag. 110. circa finem.

In alias linguas ſaepe translatae ſunt *Terentii* comoediae. v. *Blankenb.* litterar. Zuſätze etc. l. c. — Verſiones ſiue omnium, ſiue ſingularum comoediarum *germanicas* diligenter recenſet cl. *Degen* in: Verſuch einer vollſtändigen Litteratur der deutſchen Ueberſetzungen der Römer, ſect. II. Altenburgi 1797. 8. pag. 457—494. Quibus pauca addam. *Andriam* vertit *Hanns Nythart*, cum commentariis germanicis et figg. ligno inciſis, Vlmae per Cunr. Dinkmut. 1486. fol. v. *Schwarz.* catal. part. II. pag. 202. — Eiusdem verſionem *Eunuchi*, ibid. eod. a. tantum memorat cl. *Panzer* in Annal. der ältern deutſchen Litteratur pag. 164. — Editionem verſionis, a *Valentino Boltzio* factae et aliquoties repetitae, a. 1567. 8. ipſe habeo — *Terenz zum Lehrbuch für Schauſpieldichter und Schauſpieler, mit Donats Commentar überſetzt und mit eigenen Anmerkungen begleitet. Erſter Band.* (das Mädchen von Andros.) Petroburgi 1782. 8. Num reliqui tomi huius libri haud ſpernendi prodierint, equidem neſcio. — *Glycerium von Andros*, (h. e. Andria, melius, quam a Patzke et Neide verſa,) in: Papillons, Erzählungen, Dialogen und Gedichte; collect. II. nr. 2. Halae Saxon. 1788. 8.

De *anglicis verſionibus* copioſius egit *Brüggem.* loc. cit. pag. 465 ſqq. Sunt vero

Terens

Terens in Englysh, ſine l. et a. probabiliter Londini apud Io. Kaſtell circa 1520. 4. — *Andria* etc. ſ. nota a. et l. 4. — *Andria* etc. per *Maur. Kyffin.* Londini 1588. 4. — *Ter. omnes fabulae,* opera *Rich. Bernardi.* Cantabrig. 1598. 4. — *Andria et Eunuch.* per *Thom. Newman.* Londin. 1627. 8. — *Andria,* lat. et anglice, per *Georg. Webbe.* Lond. 1629. 4. — *P. Ter. com. sex* lat. cum anglica verſione (et notis) *Caroli Hoole,* Lond. 1670: 1676. 8. — *Ter. com.* cum eius vita et nonnullis obſeruatt. fini adiectis, per *Laur. Echard* et alios; recogn. et correctae a *D. Echard* et *R. L'Eſtrange.* Lond. 1694. 12. — ed. VII. ibid. 1729. 12. — *Ter.* cum notis criticis et exegeticis, addita diſſert. de vita et ſcriptis *Terentii,* de ortu et progreſſu poetici dramatis apud Graecos et Romanos, item de metro comico, cum *textu latino,* per *Thom. Cooke.* Londini 1734. 8. III. voll. 1749 et 1755. 12. II. voll. — *Ter. com. VI.* per *Io. Stirling.* Londini 1739. 8. — *Ter.* lat. et anglice, recogn. *Sam. Patrick.* Londini 1745. 8. II. voll. — rec. ibid. 1759. 8. et 1767. 8. II. voll. — angl. per *Gordon.* Lond. 1752. 12. — Valde laudatur anglica *Georgii Colman* verſio metrica. Lond. 1765. 4. — correct. cum animaduerſ. in Ter. comoedias in praefat. et cum vita *Ter.* ex Suetonio verſa cum notis *D. R. Schomberg,* Lond. 1768. 8. — *Adelphi* cum notis. Londini 1775. 8.

De verſionibus *gallicis* vide *Goujet* Biblioth. Françoiſe, tom. IV. Pariſ. 1744. 8. pag. 405 ſqq. copioſus is eſt de editt. et pag. 445. de imitationibus Ter. in lingua gallica. Memorabiliores verſiones earumque editiones ſunt: *Le grant Thérence en François tant en rime qu'en proſe*, apud *Ant. Verard*, cum textu lat. in fol. ſine anni nota: forſan ſub initium ſaec. XVI. et Pariſ. 1539. ap. Guil. le Bret. in fol. — In orationem proſaicam VI. com. translatae ſunt ab anonymo. Pariſ. 1583. 8. ap. Thom. Brumen. — per *Io. Bourlier*, Antwerp. 1566. 8. — per *Iac. Bourlé*. Par. 1584. (ſed annus eſt incertus.) — per *Mich. de Marolles*, cum notis et *textu lat*. Pariſ. 1659. 8. II. voll. — Andria, Adelphi et Phormio, cum *textu lat.* et verſione gallica *St. Aubin* ſiue, (qui idem eſt,) *Ludou. Iſ. Le Maiſtre de Saci*, Pariſ. 1647. 12. — reliquae tres com. Eunuchus, Heautontim. et Hecyra cum verſione *Steph. Algay de Martignac*. Pariſ. 1670. 12. — Tres priores com. *lat.* cum verſione *gallica* notisque *Ch. Hennebert*. Cantabrig. 1726. 8. vol. I. — De verſionibus autem *Dacieriae* et *Monnier*. egi in Introd. I. pag. 261. — Singularum com. verſiones omittam.

In linguam *belgicam* Ter. com. ſunt, quantum comperi, translatae ab *Henr. Zwaerdecroon*, Rectore ſcholae Rotterodam. Rotterd. 1648. 12. Exemplum, quod in ma

nibu

nibus habeo, tantum continet verſionem belgicam. Praeterea in catal. librorum, qui in bibliopolio Dan. Elſeuiri venales proſtant, Amſtel. 1674. 12. memorantur: *Ter. com.* cum interpretatione belgica H. O. Rotterd. 1645. 12. — cum interpr. belgica et notis *Henr. Zwaerdekroon*, ibid. 1648. 8. — cum interpr. belg. et notis Minelli, ibid. 8.

Italicae verſiones recenſentur a *Paitonio* in Bibl. degli autori volgarizzati, tom. IV. pag. 105 ſqq. Memorabo tantum verſiones *G. F. da Fighini*, cum comment. Venet. 1556. 4. — metrice verſ. a *Nic. Fortiguerra*, Vrbini 1736. 8. et in Corpore antiquorum poetar. latinor. tom. XVIIII. et XX. Mediol. 1740. 4. — et cum *textu lat.* Venet. 1748. 1759. 8. — *Commedie di Terenzio.* (Andr. Eunuchus et Heautontim.) tradotte per la prima volta in verſo ſdrucciolo Italiano dall' Abate *Franceſco Bellaviti.* Baſſani 1758. 4. — Phormio fabula, con la Traduzione Ital. Parmae ap. Bodon. 1784. 4.

Hispanice verſae ſunt *Ter. com.* lat. ſeſund. ed. Faerni et cum verſione *Sim. Petr. Avril.* Saragoſſae 1577. 8. Complut. 1583. 8. Barcell. 1599. 8. v. Specimen bibl. Hispano-Maians. pag. 110 ſq.

In linguam *Luſitanicam* translatae verſionis haec eſt inſcriptio: *As primeiras quatro comedias de Publio Terencio Aphricano*, tradu-

zidas do Latino em verſo ſolto Portuguez por *Leonel da Coſta* dadas a luz com e *texto latino* em fronte por *Forge Berthrand*, mercader de livros em Lisboa. Liſſabon. litteris Thaddei. part. I. 1788. — part. II. 1789. 8. Leon de Coſta vixit a. 1570 — 1646. Verſio, quae initio ſaec. XVII. facta latuerat hucusque in coenobiis, laudatur in: Neue Biblioth. der ſchönen Wiſſenſchaften vol. 51. part. II. 1794. pag. 328 ſq. et in Ien. A. L. Z. a. 1792. nr. 155. m. Iun. pag. 557 ſqq.

Ad pag. 111. *nr.* 5.

Notabilis locus eſt *Diomedis* in Putſchii grammat. lat. auctor. antiquis, col. 481 ſq. „Satyra dicitur carmen apud Romanos, nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere compoſitum, quale ſcripſerunt *Lucillius* (ſic) et Horatius et Perſius. Et (leg. *ſed*) olim carmen, quod ex variis poematibus conſtabat, ſatyra vocabatur, quale ſcripſerunt Pacuuius et Ennius.“ Tum varias voc. *ſatyrae* originationes adfert. — De ſatyrae latinae origine, natura et ratione, et forma ac diuerſitate Lucilianae ſcite quoque disputant *Blankenburg* in litterar. Zuſätzen zum Sulzer etc. voc. *Satire*, et *Manſo* in Nachträgen zu Sulzers allgem. Theorie der ſchön. Wiſſenſch. ſiue Charakteren der vornehmſten Dichter aller Nationen, vol. IV. part. II. (Lipſiae 1796.

1796. 8.) pag. 419 — 446. add. *Io. Gerberi* diſſert. de Romanorum ſatyra. Ienae 1755. 4. — Loca Heautont. prol. v. 6 ſq. et Adelph. prol. v. 6 — 11. explicat *Leſſing* in Opp. tom. 25. pag. 272 ſqq. et pag. 363. quae in ſermonem translata ſunt lat. in *Gotth. Ephr. Leſſingii* Obſeruatt. criticis — ex opp. eius collectis atque in ordinem redactis a. *I. Frid. Iac. Reichenbachio,* Berol. 1794. 8. pag. 301 — 309.

Ibid. nr. 6.

Plura *Lucilii* loca emendat explicatue aut laudat *Petr. Scriuerius* in operibus philologicis et poet. editis ab Arn. Henr. Weſterhouio, edit. II. Arnhemiae 1752. 4. p. 25. 26. 27 et ſaepius paſſim.

Ad pag. 112. *nr.* 4.

De editione antiquiſſima, et principe, neque antea cognita, cel. *Morellius* in epiſtola ad me d. 11. Maii Venetiis 1793. data, haec ſcripſit: „Innotuit nuper *Lucretii* editio, omnium, quas nouimus, vetuſtiſſima. Ea eſt in folio, charactere rotundo, *Thoma Ferando auctore,* vt in fine legitur. *Brixiae* factam fuiſſe, ex epiſtolis Phalaridis aliisque libris eiusdem impreſſionis ſatis adparet. Ad annum 1473 referenda videtur, quo Ferrandus idem Brixiae ſtatuta ciuitatis illius impreſſit. Lucretii *primum* editorem ſe *Ferrandus* prodit, dum, *Lucrecii*, ait, *vnicum*

meas in manus cum perueniſſet exemplar, de eo imprimendo heſitaui, quod erat difficile vnico dicto exemplo, quae librarii eſſent praeterita negligentia, illa corrigere. Verum vbi alterum perquiſitum exemplar adinuenire non potui: hac ipſa motus difficultate, vnico etiam dicto exemplari volui librum quam maxime rarum communem multis facere. — Citat tamen eamdem edit. et plura verba mem. epilogi ex *Boni* Lettere II. pag. LXXVIII. ſq. cel. *Panzer* in A. T. IV. pag. 263. nr. 147. coll. pag. 255 ſq.

De ed. *Veron.* 1486. v. quoque *Freytagii* adpar. litter. I. pag. 101. et *Panzer* A. T. III. pag. 505. nr. 14. et de *Veneta* 1495. 4. (quae, vti ed. Mediol. 1491. ex Veronenſi deriuata eſt,) *Panzer* l. c. p. 375. nr. 1949. — *Lucr.* ſ. l. et a. charact. rom. fol. v. *Deniſ.* ſupplem. pag. 606. — Edit. *Veneta* 1499. 4. eſt ſuſpecta *Maittaire* A. T. IV. pag. 688. nec meminit eius cl. *Panzerus* in A. T.

Edit. *Florentina* (quae quidem interpolata habetur, ſed, vti Naugeriana, etiam, maximam quidem partem, fluxit ex ed. Veron.) ex officina Phil. Iuntae a. 1511 prodiiſſe, dicitur quidem in *Fabricii* B. L. I. pag. 79. et in notitia editionum Bipontina. Sed a. 1512. illam prelo Iuntino exiiſſe, tradunt *Maittaire* in A. T. II. pag. 238. et *Bandinius* in annal. typogr. Iuntin. II. pag. 39 ſq.

vbi

vbi *Petri Candidi* praefat. eſt recuſa, atque part. I. pag. 75. vbi a pag. 72. eius vita breviter deſcribitur. — *Lucr.* — Pariſ. ex officina Prigentii Caluarini etc. 1539. 4. — *T. Lucr.* etc. Lugduni apud her. Seb. Gryphii 1558. 12. — Edit. *Lambini* prima dicitur in *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. I. pag. 332. prodiiſſe 1564. ſed in *Fabr.* B. L. I. p. 80. et in Diction. bibliogr. — — des Livres rares etc. II. pag. 166. ſignatur a. 1563.

Ad pag. 114. *lin.* 3.

Lucr. ex edit. *Sam. Garthii.* 1709. 4. — De ſplendida atque emendatiſſima edit. Londin. typis Iac. Tonſon 1712. cum V. L. v. act. erud. ſupplem. tom. VI. ſect. V. p. 193. *Windheim* Bemühungen der Weltweiſen, vol. III. pag. 44 ſqq. vbi quoque de Creechiana et Hauerkampiana agitur editt. et quos laudaui in Introduct. I. pag. 300. — *Maittaire* Lucretio locum quoque dedit in ſua edit. Opp. et fragment. poetarum latin. vol. I. pag. 293 ſq. — A nitore etiam commendantur edd. Glasguae, excud. Robertus et Andr. Foulis. 1749. 12. et 1759. 4. ac 12. — *Lucr.* — Acc. ſelectae lectiones dilucidando poemati appoſitae, nec non *Gloſſarium Lucretianum* notis contextum ad verborum et locorum explanationem neceſſariis. Lutet. Pariſ. ſumt. Ant. Couſtellier cum figg. 1744. 12. cura et ſtudio *Steph. Andr. Phi-*

lippe. — Repetitio huius edit. eſſe videtur ea, quae Pariſ. typis Barbou. 1754. 12. eſt expreſſa. Praefat. enim ſcripta eſt a. 1743. in qua editor laudat redemtorem, paterni in locupletando typis elegantioribus orbe litterario ſtudii heredem et aemulum.

Titus Lucretius Carus von der Natur, ein Lehrgedicht in ſechs Büchern. Ueberſetzt und erläutert von Io. Heinr. Fried. Meineke, des Fürſtl. Quedlinburg. Gymnaſii Rector. II. voll. Lipſiae 1795. 8. cum textu *latino;* verſio eſt metrica in genere heroico: praefixae ſunt duae commentationes de Epicuro et Lucretio. Conf. cenſuram in Neue Bibl. der ſchön. Wiſſenſch. vol. LX, part. II. Lipſ. 1797. 8. pag. 308 ſqq.

Noua, ex codd. msstis, vett. editt. et coniectura facta recenſio ſplendidaque editio eſt, duplicis formae, et ſuetae et maioris:

T. Lucretii Cari de rerum natura libros ſex, ad exemplarium MSS. fidem recenſitos, longe emendatiores reddidit, commentariis perpetuis illuſtrauit, indicibus inſtruxit, et cum animaduerſionibus *Ricardi Bentleii*, non ante vulgatis, aliorumque ſubinde miſcuit *Gilbertus Wakefield*, A. B. Collegii Ieſu apud Cantabrig. olim ſocius. Londini, ſumt. editoris, 1796 et 1797. III. voll. Bentleii animadu. ſumtae ſunt ex ed. Fabri, Salmur. 1662. 4. (al. 1660.) cui Bentlei. illas adſcripſerat. Potiſſimum quidem Wakef. verſatur

ſatur in emendandis Lucretii, et per quamlibet occaſionem etiam aliorum, praecipue Virgilii et Horatii, locis: ſed res quoque et ſententiae docte eruditeque explicantur; antiqua autem ſcribendi ratio vbique eſt reuocata. Sagacitas atque ſubtilitas ingenii et ſingularis amplaque eruditio non minus quam audacia in corrigendis, quae ipſi videbantur, vitiis, in hac etiam ed. elucet. conf. Gotting. ephem. litt. a. 1798. plag. 99. p. 979 ſqq.

Ibid. ad lin. vltimam.

De verſionibus germanicis harumue ſpeciminibus v. cl. *Degen* Verſuch einer vollſt. Litteratur der deutſchen Ueberſetzungen der Römer, ſect. II. pag. 101 ſqq. — *Meineckianam* cum textu lat. iam memoraui. — *Anglicas* recenſet cel. *Brüggemann* l. m. pag. 473 ſqq. et *Creechianae* nobilis verſionis memorat edd. Oxon. 1682. 8. et 1683. 8. it. Londini 1714. 1715. 1722. 1744. 1776. 8. II. voll. — *J. Dryden* in: Original Poems and Translations, Lond. 1743. 12. vol. II. pag. 46 ſqq. rec. in eiusdem poetical Works, in vol. VI. collectionis poetarum anglicorum, (a complete Edition of the Poets of Great Britain, Londini 1794. m. 8.) *James Beattie* in Original Poems and Translations, Londini 1761. 8. loca quaedam Lucretii inſigniora, atque *Gilbert Wakefield* in: Poetical Translations from the Ancients, Londini

 1795.

1795. 8. libr. II. 342. etc. librum autem I. metrice, cum notis *I. Evelyn*, Londini 1656. 8. anglice verterunt.

Lucret. de natura libri VI. with a free proſe Engliſh Verſion, illuſtrated with Notes and adorned with cuts by *Guernier*, (cum textu *latino.*) Lond. ap. Dan. Browm. 1743. 8. II. voll. — The Plague of Athens, deſcribed by Lucretius, translated by *Thom. Sprat*, Lond. 1676. 8.

De *Gallicis de Coutures*, et *L. G.* (la Grange) verſionibus vide Introd. etc. I. pag. 301. et *Windheimii* Bemüh. der Weltweiſen etc. tom. III. pag. 52 ſqq. adde interpretationem poeticam a *le Blanc de Guillet* confectam editamque Pariſ. ap. Moutard. II. voll. 1788. 8. conf. *Gothan. gel. Zeit.* ausländiſche Litterat. 1789. pag. 300 ſqq.

In linguam *italicam* transtulit *Alexander Marchetti*, et, quoniam in Italia non licuit verſionem iſtam prelo ſubiicere, edidit eam *Anton. Rullo*, h. e. *Paullus Rolli*, Londini 1717. 8. — cura Franc. Gerbault, cum figg. Amſtelod. (Pariſiis,) 1754. II. voll. in m. 8. (v. *Bure* in catal. bibl. Gaignat. I. p. 410 ſq.) — iterata eſt cum obſeruatt. *Domenici Lazarini*, Lond. 1761 et 1774. in 12. II. voll. et ibidem (vel potius Venetiis,) 1764. (al. 1765.) 8. II. voll. — cum *Marchetti* additionibus, Londini 1779. 4. — cum textu *latino*, addito *Anti-Lucretio*, a Polignac ſcripto, et ita-

italice verſo a *Franc. Maria Riccio*, Lauſannae 1761. II. tom. 8.

Lazzarini inſeruerat Oſſervazioni ſopra la traduzione di Lucrezio del ſign. Aleſſ. Marchetti, libro inſcripto: Oſſervazioni ſopra la Merope del Signor Marcheſe Scipione Maffei etc. Romae 1743. 4. conf. *Paitoni* Biblioteca degli autori — volgarizzati, tom. II. pag. 237 ſq. *Brüggemann* l. c. pag. 474. et *Windheim* l. c. pag. 54 ſqq. — *Belgica* verſio: De Werken van Lucretius van *Het Heclal*, uit het Latyn in het Nederduitſch vertaald. Amſterd. 1701. 8. cum figg.

Ad pag. 115. *lin.* 5.

Daniel. Parei Lexicon Lucretianum, (ex Gifanii collectaneis fere confectum,) — Francofurti 1631. 8. — *Tournemine* Remarques ſur Lucrece, in Memor. Trevoltin. a. 1735. m. Nou. pag. 2252. — Explicatio loci Lucretiani III. v. 175. in les Nouvelles de la Republ. des Lettres, m. Februar. 1687. pag. 117 ſqq. — cl. *Fabri* progr. ſuper Lucretii prooemio. Onoldi 1781. 4. — An Apology for the Life of T. Lucretius Carus, being a proper ſequel to the Apology for the Life of *Colley Cibber*. Londini 1740. 8. — Obſſ. in vitam et ſcripta Lucretii, in: *Chriſtian Freethinker* etc. ibid. 1740. 8. — *Andr. Baxter* de animi immaterialitate, quam dicunt, ſecundum Lucretium, in illius Enquiry into

into the Nature of the human Soul etc. ed. III. Londini 1745. 8. vol. I. ſect. 5. — *I. Iortin* obſſ. criticae in Lucretium, in eius Tracts philological, critical and miſcellaneous. Lond. 1790. 8. vol. II. pag. 271 ſq. — *Robert Alves* animaduerſſ. in Lucretium, in illius Sketches of a Hiſtory of Literature. Edinburgh 1795. 8. — Elegantiſſimam Lucretii deſcriptionem peſtilentiae Athenienſium, (lib. VI. 1136 ſqq.) cum Virgilii, Ouidii et Silii Italici deſcriptione comparat *Scaliger* Poetic. lib. V. cap. 10. pag. 670 ſqq. et cum Thucydidea, additis obſſ. medicis, *Io. Ern. Hebenſtreit* in Anthropologia forenſi, Lipſ. 1753. pag. 129—155. et 167 ſqq.

Ad pag. 116. *lin.* 3. *add.*

L'Anti-Lucrece, poëme ſur la Religion naturelle, par le Cardinal de Polignac; traduit en François par *Jean Pierre de Bougainville.* Pariſ. 1749. 8. II. voll.

Ad pag. 118. *lin. antepen. etc.*

Lege: *Cur vero — elanguerit*, *neque extulerit.*

Cauſſa neglectae tragoediae quaerenda quoque eſt in diuerſa regiminis attici et romani forma viuendique ratione; tum in eo, quod, quum Romani litteris excellere coepiſſent, libertate dicendi, vi potentiorum oppreſſa, haud diu gauiſi ſunt, nec hiſtoria romana

mana tot et tam ſplendida, quam aetas Graecorum, cum maxime heroica praebuit exempla, quae in theatrum producerentur. Conſ. *Torkil Baden* diſp. de cauſſis neglectae a Romanis tragoediae. Gotting. 1789. 8. et cenſuram illius in ephemer. litterar. Göttingenſ. a. 1789. plag. 170. pag. 1697 ſqq. — Cl. *Car. Aug. Boettiger* in proluſ. quatuor aetates rei ſcenicae apud veteres primis lineis deſignatae — Wimariae 1798. 4. „*tertia* inquit *aetas* (a morte Alexandri M. vsque ad Auguſtum,) *choro paſſim neglecto canticis mimica arte exprimendis magis magisque delectari coepit.*" In *quarta* aetate ars pantomim. quaſi regnabat ab Auguſto vsque ad interitum imperii rom. Haec (vt ait Böttiger,) aetas, et choro et canticorum recitatione valere iuſſis, omnia ad geſtum et ſaltationem retulit. — *Petrus Neapolis Signorellus* de theatro romano minus curate pleneque disputat in Storia critica de' teatri. Neapoli 1787. (III. voll. 8.) in vol. II. et cauſſam romani theatri neglecti *vnice*, (at minus recte,) quaerit in interitu libertatis romanae. At melius inquirit in cauſſas *Marmontel* in Elemens de Litterature, cuius libri excerpta vberiora reperiuntur in: Neue Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchaften, Lipſ. 1788 et 1789. Add. *Carli* de indole theatri tragici antiqui et hodierni, in XVII. tom. Opp. et ſummam ſermonis illius in (Boſſi) Elogio ſtorico del Conte

Conte Commendatore Gian-Rinaldo Carli. Venet. 1797. 8. §. VI. ſqq. pag. 10 ſqq. — Auguſtus vero, ſuaſore Maecenate, id maxime ſatagebat, vt populum ludicris ſpectaculis ineſcatum ſibi conciliaret. Hinc ipſe Auguſtus amabat lubenterque ſpectabat Pantomimorum hiſtrionumque ſaltationes. v. *Io. Henr. Meibomii* libr. Maecenas, ſiue de C. Cilnii Maecenatis vita, moribus et rebus geſtis, inſcriptum, Lugd. Batau. 1653. 4. cap. 24. pag. 138 ſqq. — De origine, forma et notione mimorum apud Romanos, apud quos tum ad ſummum perfectionis faſtigium euecti ſunt, quum Laberius, Publius Syrus et Cn. Mattius fabulas conſcriberent mimicas, ſollerter docteque agit *Werner Carol. Ludou. Ziegler* in comment. de Mimis Romanorum. Goettingae 1788. 8. et pag. 6. multos, qui in explicanda illuſtrandaque re mimica et Graecorum et Romanorum verſati ſunt, paucis recenſet. De Mimis quoque agitur in lib. Von den Pantomimen, hiſtoriſch und kritiſch. Hamburg 1749. 8. — Veritatem fidemque hiſtoriae romanae ſex priorum ſaec. poſt alios denuo imminuere et paene infringere adniſus eſt *Nachtigal* in: Deutſche Monatsſchrift, a. 1790. m. April. p. 333 — 347.

Ad pag. 121. *lin.* 13.

Add. *Foſſii* catal. bibl. Magliab. II. col. 762 ſqq. (vbi de illa edit. copioſe agitur,) et

cel.

cel. *Panzer.* A. T. II. pag. 524. qui Maittarium, quod pag. 307. Varronem typis Laueri ad annum 1471. ex emendatione *Platinae* refert, etiam culpat, et vol. IV. pag. 205. quatuor editt. ſine l. et a. ex Maittario aliisque citat. — Edit. curante *Pomponio Laeto,* ſine l. et a. 4. (circa a. 1472. Venet. apud *Nic. Ienſonum,*) primo loco ponit doct. edit. Varronis de L. L. Bipontinus, ſuamque ſententiam pluribus ſtabilire atque ornare ſtudet in notitia litterar. pag. XXVII. ſq.

M. Ter. Varro de lingua lat. fol. ſ. l. et a. ſed, vt *Burio* in catal. biblioth. Ducis de la Valliere tom. II. pag. 7. videtur, *Romae* charact. Georgii Sachſel de Reichenbal. et Barth. Golſch de Hohenbart, qui Romae circ. a. 1474. formulis typographicis libros deſcripſerunt.

Ibid. lin. 17. lege *Orlando,* et in *lin. vltima,* l. *catalog.*

Ibid. lin. 22.

Editio *Veneta* a. 1474. (cum Feſto,) eſt in forma 4. mai. v. Catal. bibl. *Pinelli* III. pag. 244. nr. 7226. *Panzer* l. c. vol. III. p. 101. et IV. pag. 429. inprimis *Foſſii* cat. bibl. Magliab. II. pag. 764.

Ad pag. 122. *lin.* 2.

Num haec rom. editio a. 1475. reuera exiſtat, dubitat *Panzer* II. p. 462.

Ibid.

Ad pag. 122. *lin.* 3.

De edit. *Parmenſi, Nonii Marcelli, Feſti Pomp. et M. Varronis* de L. L. a. 1480. vberius diſputat *Affò* in Saggio di Memorie ſu la Tipogr. Parmenſe del ſec. XV. pag. LXXIX ſqq. In Creuennae cat. ed. min. in 8. tom. III. pag. 24. dicitur, le caractère eſt égal à celui de l'Ovide inprimé à Parme en 1477. per *Stephanus Corallus Lugdunenſis.* — In bibl. Valleriana, (catal. tom. II. pag. 7 ſq.) exſtitit exemplum, quod *Varronis de L. L. libros — cum additionibus, fragmentis eiusdem ſtudio Pomponii, deinde Franciſci Rhollandelli Triviſani,* tantum continet. Adde, quos laudat cl. *Panzer* I. pag. 245. et II. pag. 353. de edd. Brixienſi ac Parmenſi. — *Venetae* edd. ſaec. XV. *Varr. cum Nonio Marcello et Feſto,* ſunt, ap. Octau. Scot. 1483. (conf. *Mittarellum* in adpendice libr. ſaec. XV. ad bibl. codd. monaſterii S. Mich. Venetiar. col. 470.) — ap. Bern. de Cremona et Sim. de Luere, 1490. — ap. Nic. de Ferrar. de Pralorm. 1492. — ap. Phil. Pinz 1496. fol. — et apud Ant. de Guſago 1498. 4. — Edit. *Aldina* 1498. 4. dubia eſſe videtur cl. *Panzero* III. pag. 439. n. 2382. qui vol. IV. pag. 68. nr. 613. ex Orlando et Maittaire citat *Ter. Varr.* de L. L. emendat. per Franciſc. Rholandell. et Pompon. Laetum, ſine loci nota, 1498. 4. Quomodo et num differat haec editio a ſu-

periore

periore ex cat. Valler. citata, dicere nequeo. — Ed. *Mediolan. Varronis* cum *Nonio Marc. Feſtoque*, a. 1500. fol. editor Bipontinus ex catal. Ludewigii refert: de editione eorumdem *Mediolan.* 1510. etc. egi in Introd. I. pag. 52.

Ibid. lin. 15.

De editt. *Perotti cornu copiae, Venetiis* 1489. fol. — *Pariſ.* 1506 fol. — *Aldina* 1517. fol. — *Baſil.* 1532. fol. et *ibidem* 1536. fol. v. *Goetz.* memorab. bibl. Dresd. vol. III. pag. 57 ſqq.

Ad pag. 122. *de altera aetate.* Edit. hanc Aldinam a. 1527. cum caſtigatt. *Bentini* adiunctam eſſe *Perotti cornu copiae*, notandum eſt: plura de illa disputaui in Introduct. I. pag. 49 ſq. ſed ſi haec editio eſt, vti videtur, repetitio Aldinae a. 1492. fol. caſtigatt. Bentini iam illi adhaeſerunt, id, quod etiam ab editore Bipontino p. XXX ſq. ſignificatur; altera aetas ab illa prima *Perotti* cornu copiae etc. editione initium capeſſit. — *Varronis* libri etc. cum *Bentini* caſtigationibus. Pariſ. 1528. 8. — ex *Bentini* caſtigatione ib. ap. Sim. Colinaeum. 1529. 8. — et cum Perotti cornu copiae. Baſil. 1536. fol. etiam prodierunt.

Ad pag. 123. *lin.* 15.

Item Pariſ. 1585. 8. (v. *Pinelli* catal. III. pag. 302.) — Editt. Stephani a. 1573. et,

quae dicitur in fronte, *editio tertia recognita et aucta*, 1581. 8. ratione tituli et ordinis librorum adnotationumque, typorum quoque inter ſe differunt: neutri adhaeret *Steph.* adpendix. *H.* vero *Stephani adpendix ad aſſertiones analogiae ſermonis latini* M. Ter. Varronis. item *Iul. Caeſ. Scaligeri de eadem diſp. doctiſſima,* prodiit Pariſ. ap. H. Steph. 1591. 8.

Ibid. lin. 21.

Ter. Varronis Opera, ab *Auſonio Pompa*, Franeckerae 1591. 8. (in Pinelli catal. cit. pag. 113. ſic citatur: niſi ſubſit error.) — ex recenſione *Auſonii Popmae*, Franeck. 1599. 8. (in catal. Burmanni II. p. 205. nr. 1576.)

Notanda eſt ed. de L. L. ex rec. *Gaſp. Scioppii*, Ingolſt. 1605. 8. Continet *Faerni* lectiones e codd. excerptas, et Vrſini Scioppiique criticas coniecturas atque correctiones. — add. *Reviczky* catal. pag. 17 ſqq.

Ibid. lin. 27

Nouam *Varronis de L. L.* editionem molitur *G. D. Koeler*, et ſpeciminis loco ſcripſit *Litteras criticas in Varronem de L. L. ad V. C. Heyne,* Duisburg. 1790. 8. conf. *Io. Dau. Büchling* kritiſche Ueberſicht der Litteratur der Schulwiſſenſchaften des J. 1790. 8. Halae Sax. 1792. pag. 61 ſ. — Nouam *ſcriptorum R. R. roman.* cum verſione italica editionem Venetiis ſub prelo ſudare, nuper ex litteris amici cuiusdam Itali comperi.

Ibid.

Ibid. lin. vlt.

In catal. *Pinell.* III. pag. 303. *Popmae* editio fragmentorum adſeritur anno 1591. — In quaeſtionem vexatam, num ſatyra Graecorum an Romanorum maioris ſit momenti, inquirit *Petrus Chriſtian. Cramer* in ſingulari commentat. 1792. 8. v. A. L. Z. m. Febr. n. 70. pag. 559. add. *I. Dan. Heyden* in comment. de ſat. Graec. et Rom. praemiſſa eius verſioni german. A. Perſii Flacci ſatir. pag. 1 2 ſq. vt Caſaubon. aliosque omittam, qui de ſatyra et ſcriptor. ſatiricis disputarunt.

Ad pag. 124. *lin.* 3.

Varronis fragm. ſunt quoque ſubiecta ed. Liuii. Francof. 1628. in fol. et *Mich. Maittaire* Opp. et fragmentis vett. poet. lat. Londin. 1713. fol. vol. II. pag. 1525.

In bibl. *Sarraziana* inter libros in octauo pag. 45. occurrunt *P. Victorii* explicationes ſuarum in *Catonem*, *Varronem*, *Columellam* caſtigationum, (ſeparatim) Lugd. apud Seb. Gryphium 1542. 8. et cum ſcriptor. R. R. Pariſ. 1543. 8. ex offic. Rob. Stephani, — tum *Enarrationes vocum priſcarum in libris de R. R per G. Alexandrinum; Ph. Beroaldi* in Columellam annotatt.; *Aldus* de dierum generibus, ſimulque de vmbris et horis, quae apud *Palladium*. Lugd. 1549. 8. liber rarus.

Locus *Varronis* apud Nonium Marcellum errore liberatus in *Io. Taylori* lectioni-

 bus

bus Lyſiacis, (praefix. eius edit. Lyſiae,) cap. I. tom. II. pag. 225. ed. Reiske.

De verſionibus R. R. *germanicis* v. *Degen* Verſuch einer vollſtänd. Litteratur der deutſch. Ueberſetzungen der Römer, ſect. II. p. 527 ſq. — Ueber die römiſchen Schriftſteller von der Landwirthſchaft von *Moritz Adolph Rump,* Münſter 1796. 8. Maxima pars conſtat locis ſcriptorum R. R. germanice verſis. Reliqua pars eſt adpendix de romana R. R. ſed vniuerſa ratio non placet cenſori in Ien. A. L. Z. a. 1797. nr. 318.

A Survey of the ancient Husbandry and Gardening, collected from *Cato, Varro, Columella, Virgil:* — — wherein many of the moſt difficult Paſſages in thoſe Authors are explain'd. — By *R. Bradley.* — London. 1725. 8. — The Villas of *Varro, Columella* and *Palladius* illuſtrated by *Robert Caſtell,* in eius *Villas of the Ancients illuſtrated,* Lond. 1728. fol. v. *Brüggemann* View etc. pag. 514. — *Pontedera* in Antiquitatum latin. graecarumque enarrationibus atque emendationibus, Patau. 1740. 4. permulta Varronis loca R. R. duoque de L. L. illuſtrat emendatue.

Ad pag. 124. ſect. 6. lin. vlt.

Varronis Atacini Narbonenſis, qui ab Atace fluuio *Atacinus* eſt dictus, (Porphyrione ad Horat. Sermon. I. 10, 46. auctore) fragmenta

menta plura collegit, docteque explicuit et de illo poeta geographo curate fuſeque egit *Io. Chriſtian. Wernsdorf*, Profeſſor quondam Helmſtadienſis, in Poetis latinis minoribus, tom. V. part. III. (Helmſtadii 1792. 8.) pag. 1385 — 1418. Antea, ſed pauciora, tradiderat de eo in tomo I. pag. 153 ſqq. Quae igitur vir ille, dum viueret, et doctiſſimus et humaniſſimus latius expoſuit, equidem in anguſtum quaſi locum concludam. Floruit hic *Varro* maxime Caeſaris et Triumuirorum tempore. Hinc *bellum ſequanicum*, a Iulio Caeſare magna cum gloria geſtum, in quo vel militauerat ipſe, vel praecipuas res geſtas tamquam e propinquo ſpectauerat, perſcripſit, et breue aliquod belli ciuilis monumentum reliquit in epigrammate de Licini, Catonis et Pompeii tumulo, e quo tamen, (ait Wernsdorf.) vtrum Caeſarianis, an Pompeianis partibus addictus fuerit, vix colligatur. Scripta eius fuerunt. 1) *Chorographia*, in quo opere, quod *Licentius* in carmine ad Auguſtinum v. 1. vocat *arcanum Varronis iter*, (v. *Wernsdorf*. P. L. M. vol. III pag. 516. et vol. I. p. 155.) Varro non ſolum regionum terrae, ſed coeleſtium etiam, et ſphaerae vniuerſae deſcriptionem dedit, orbesque pariter ſiderum et planetarum ac terrarum hunc orbem peragrauit. 2) *Libri nauales*, quorum partes fuiſſe videntur *opus de littoralibus*, a Solino cap. XI. citatum, et liber *Europa*

ropa inſcriptus, ac fragmentum *Ponticon* quod quidem in Anthol. veter. latin. epigramm. et poem. lib. V. carm. CXIII. ſub nomine *C. Iulii Solini* vulgo editur; ſed iam a Scriuerio carmen Varronis Atacini habetur: v. *Burmann.* II. ad illam Anthol. tom. II. pag. 383 ſq. et *Wernsdorf.* l. c. vol. I. pag. 153 ſqq qui id fragm. pag. 161 ſq. nullius auctoris nomine praefixo recudi fecit atque explicuit, ſed tom. V. part. III. pag. 1395. illam coniecturam lectorum iudicio permittit. — 3) *Argonautica*, in quo carmine non ſolum, (vt vulgo exiſtimatur,) Apollonium in Argonauticis; ſed plures poetas, geographos praeſertim, ſequutus, imitatus et tam libere vertiſſe, vt multis in locis ſuo vteretur ingenio, videtur *Wernsdorfio* pag. 1392. tom. V. part. III. — 4) *Satyrae* et quidem Lucilianae, quae vero plauſum Horatii non tulerunt ſerm. I. 10, 46. Inter ſatyrarum tamen Ter. Varronis fragmenta eſſe nonnulla, quae praeſertim hexametro ſcripta ſunt, quae Atacino debeantur, ſuſpicatur Wernsdorf. — 5) Heroicum carmen *de bello Sequanico*, cuius librum II. citat *Priſcianus* lib. X. p. 877. Putſchii. — 6) *Leucadia*, elegiarum ſiue amorum liber, poſt Argonautica ſcriptus. — Longum carminis aſtronomici *de defectu Lunae* fragmentum ſub titulo *Aſtronomica* in Burmanni Anthol. lat. lib. V. n. 46. tom. II. pag. 322. quod alii *Fulgentio*, alii *Varroni*

Ata-

Atacino adſcribere malint. *Burmannus* II. in notis ad illud carm. ex ſententia P. Weſſelingii et Ger. Meermanni demonſtrauit, Siſebutum, Gothorum in Hiſpania regem ſaec. VII. habuiſſe parentem. — Quanti aeſtimatus fuerit Varro Atacinus a veteribus, patet ex teſtimoniis de eo, a *Wernsd.* pag. 1398 ſqq. collectis. — *Voſſius* de hiſt. lat. lib. I. cap. 16 et de poetis lat. pag. 21. *Funccius* de vir. aetate L. L. cap. V. §. 9 pag. 312. aliique a Wernsdorfio laudati de Varrone Atacino egerunt.

Ad pag. 125. §. 2. *de Cicerone, lin.* 4.

Sextus Aurelius Victor de viris illuſtribus cap. 81. breuiter perſequitur vitam Ciceronis, atque interpretes, praecipue Schott. in notis ad illud caput in edit. Arntzenii pag. 295 ſqq. plura adtulerunt. — De duobus rariſſimis M. T. Ciceronis antiquis numismatibus argenteis, in bibl. Caeſarea ſeruatis, v. *Kollarium* in ſupplem. ad Lambecii comm. de bibl. Caeſarea Vindob. vol. I. col. 475. inprimis *Lambecium* ipſum vol. II. col. 483. — col. 508. vbi varia, quae ad Ciceronem pertinent, exponuntur; in his col. 487 ſqq. *de Signo Mineruae*, quod Cicero domi ſuae religioſiſſime coluit, et a. v. c. 696. priusquam exilii cauſſa ex vrbe discederet, in Capitolium transtulit, ibique dedicauit cum hac inſcriptione, *Mineruae cuſtodi vrbis*, docte copioſe-

pioſeque agitur; pag. autem 503 ſqq. de rariſſimo numismate argenteo, quod a *M. T. filio Cicerone, triumuiro monetali* cuſum eſt.

Ad pag. 125. *lin.* 11.

De hoc *Archia*, nato Antiochiae a. v. 636. eiusque carminibus tam maioribus, quorum tantum memoria adhuc ſupereſt, quam minoribus, quorum partem ſeruant analecta graeca Brunckiana tom. II. pag. 92 et 528. docte copioſeque agit cel. *Ilgen*, Profeſſor Ienenſis, in Opuſculis variis philologicis, tom. II. part. I. Erfordiae 1797. m. 8 pag. 37 ſqq. Hic vero, vbi multa de ingenio Archiae poetico et imitatione disputarat, eiusque epigrammata cum aliis contulerat ſcite; concludit pag. 88. Ciceronem in laudibus Archiae celebrandis pluſculum amicitiae tribuiſſe, quam concedebat veritas; et iudicium de eo ita capiendum, vt, quod alii ſtatuerent, magis expreſſiſſe videatur, quam quod ipſe, ſi veritati litare voluiſſet, indicaturus fuiſſet. Enimuero eſt animaduertendum, Ciceronem non hiſtorici, ſed oratoris et patroni cauſſae perſonam ſuſcepiſſe atque ſuſtinuiſſe, qui omnia orationis lumina ad illuſtrandum atque ornandum Archiam ſuum adhiberet.

Ad pag. 127. *fin.*

Dele, *timidiuſculis* cum reliquis verbis, et leg. *paullo timidior. Pro re quidem publica vel*

vel inimicitias ſuſcipere haud recuſabat, et in defendenda aliorum, vt Sexti Roſcii, innocentia, aut coërcenda propulſandaque ab amicis aliisque, quibus illata erat, iniuria, et accuſandis opprimendisque etiam potentiorum atrocitate, vi infeſtisque conſiliis erat fortis. Attamen in vltimo vitae ſuae actu, republica perturbata et concuſſa praeſertim extremo aetatis tempore varia animi — — — ſigna dedit etc.

Ad pag. 129. *lin.* 20. *adde:*

In doctrinis tamen, in quibus Stoicorum potiſſimum placita eſt amplexus, de officiis humanis, aperte libereque ſenſit, fuitque conſtans. — De *Ciceronis* iactantia late diſſerit *Ferratius* libr. V. ep. XI. pag. 359 364. in edit. II. Epiſtolarum, in quibus omnia fere, quae in oratt. M. Tullii dubia occurrunt, polemice illuſtrantur.

Ad pag. 131. *lin.* 4. *de editione Mediolanenſi.*

Vol. I. et II. prodierunt 1498. quaedam exemplaria vol. II. habent in fine a. 1499. vol. III. et IIII. a Saxio referuntur ad ann. 1499. Plura leges de illa edit. in *Ioſ. Ant. Saxii* hiſtoria literar. typographica Mediolanenſi col. 415 ſq. et 604. not. *q.* ac 605. not. *g.* pag. vero 525 ſq. recudi fecit Alex. Minutiani epiſt. nuncupatoriam ad Io. Iac.

 Tri-

Triuultium. add. *Clement* Biblioth. curieuſe hiſtorique et critique tom. I. pag. 139 ſq. it. cl. *Panzer* A. T. II. pag. 88 et alios, quos laudaui in Introd. II. pag. 47.

Ibid. lin. 23.

De ed. *Victoriana* eiusque raritate v. *Clement* l. c. pag. 141. — de ed. *Rob. Steph.* pag. 143. et p. 144 ſqq. plures is recenſet aut enumerat edd. vett. Opp. Ciceron. — add. de vtraque illa edit. *Denis* Mem. bibl. Garell. pag. 431 — 435.

Ad pag. 133. *lin.* 5. *Lambini* editio, cum eiusdem adnotatt. rec. eſt Londini per Io. Iakſon et Edm. Carpenter. 1585. IX. tom. 8. — *Ibid. lin.* 21. pro *quodam* leg. *quibusdam.* — *Cic. opp.* in 12. excuſa quoque ſunt Pariſ. ap. Sim. Colinaeum, 1543. V. voll. — ex ed. *Aemilii Ferreti,* Lugd. ap. Seb. Gryphium, 1553. VI. voll. — ibid. ap. heredes S. Gryphii, 1560. IX. voll. — Elzeuiriana ed. ibid. 1642. X. voll. 12. — De hac aliisque *Opp. Cic.* editt. v. *Rewiczky* catal. pag. 24 ſqq. — Amſtel. 1658. ap. Ant. Blaew. VI. voll. — Coloniae (Geneu.) 1615 ſqq. IV. voll. — *Cic. Opp.* cum Gruteri et ſelectis variorum notis etc. Amſtel. Elzev. 1661. 4. II. voll. — De *Aldina* 1583. voll. X. fol. v. *Denis* l. c. pag. 435.

Ad

Ad pag. 136. *lin.* 2.

Clauis Ciceroniana quartum prodiit ſeparatim Halae Saxon. 1777. 8. Ad partem illius clauis, n. ad indicem latinitatis *M. Iac. Baden*, Prof. eloq. Haunienſis, pulcrum dedit ſupplementum, renouatum in eius Opusculis latinis, Hauniae 1793. 8. nr. 6. Ibidem nr. 19. defenditur conſtantia Ciceronis in iudiciis de hominibus rebusque, et nr. 23. agitur de poetica Ciceronis facultate. — De ed. *Erneſtina* v. quoque *I. Frid. Wolf.* praef. ad Cic. Tuſcul. p. VI. ſqq. et *I. Chr. Frid. Wetzel* praef. ad Cic. Cat. mai. pag. XII. ſqq. et ad Brutum p. LXVI. ſqq.

Ad pag. 137. *lin.* 3.

A. 1788. acc. tomus IX. *orationum Cicer.* et vltimus forte totius editionis. Ab hoc enim tempore nullum nouum exiit e prelo volumen, nec, quantum comperi, plures huius editionis tomi comparebunt. Rhetoricorum autem II. volumina, quae totius operis ſiue omnium Opp. Ciceronis tom. 23 et 24 conſtituiſſent, prodierunt a. 1777.

Ad pag. 137. *lin.* 12 et 14.

Corrige *notis* — *ſubſequentur*. Add. edit. *Opp. Cicer.* nitidam et correctam, ex Oliueti recenſione ductam, Glasguae, in aedibus academicis; exc. R. et Andr. Foulis, 1749. XX. voll. in 12. — Nouam eamque

criti-

criticam et praeclaram, in qua tamen ab Erneſtina, ſiue lectionem ſpectaueris ſiue adnotationem, ſaepe facta eſt diſceſſio, editionem curare inſtituit cl. *Beck: M. T. Cic. Opera ad optimos libros recenſuit, animaduerſſ criticis inſtruxit — Chriſt. Dan. Beck. vol. I. oration.* tom. I. Lipſ. 1795. 8.

Ibid. lin. penult.

De ed. *Ienſon.* v. *Clement* l. c. p. 153 ſq. qui in nota alias edd. commemorat peruetuſtas. add. cel. *Panzer* A. T. III. pag. 69. in quo opere praeſtanti multae Rhetoricorum Cic. edd. ſaec. XV. paſſim curateque indicantur, quarum inſignem copiam ex indice ſiue vol. V. pag. 148 ſq. vno obtutu cognoſces. De multis in Introd. II. pag. 65 ſqq. fuſius diſſerui. — *Rhetorica vetus et noua Neapoli* per Arnaldum de Bruxella, 1472. fol. — ſine loci nota, 1475 et 1476. fol. — *Mediolani* per Phil. Lauagnam 1477. fol. — *Venetiis* per Philipp. Condam Petri. 1479. fol. — cum comm. *Victorini et Georgii Vallae.* Venet. per Guil. de Fridino, 1490. fol.

Ad pag. 138. *lin.* 5. leg. *ſeniori* et add. *Oratio,* qua oſtenditur, libros ad Herennium non eſſe Ciceronis, compoſita a M. *Huberto Luetano,* Nouiomacho. Viennae Auſtr. 1519. 4. contra Ant. Mancinellum. v. *Denis* Wiens Buchdruck. Geſchichte, p. 573 ſq.

Ad

Ad pag. 138. *lin.* 13.

Mediolani, apud Ant. Zarotum. 1474. fol. — *Venet.* ap. Nic. Ienſon. 1475. fol. — ib. 1476. fol. — *Papiae*, ap. Iac. de S. Petro. 1477. fol. — *Pariſ.* (ap. Petr. Caeſaris et Io. Stoll) 1477. fol. — ibid. (per eosdem, non, vt *Denis* in ſupplem. A. T. Maitt. part. I. ſcripſerat, per Vdalr. Gering.) 1478. fol. — (*Friburgi*) 1493. fol. — *Neapoli* ſ. a. per Sixt Rieſſinger, fol. et ibidem per Matth. Morauum, fol. — *Cic. Rhet. vet. et nouorum* cum *Marii Fabii Victorini* commentariis amplis et pro illo tempore bonis, nec hodie ſpernendis, exemplum ſine titulo, cuſtode et pagina: incipit ab auerſa primi folii pagina; *Prooemium. liber. Marii Fabii Victorini Rhetoris in rhetoricis Ciceronis liber primus incipit.* — In calce totius voluminis: *Impreſſum Venetiis per Ioannem de Forliuio et Iacobum Britannicum Brixianum.* M. CCCC. LXXXIII. (1483.) fol. Exemplar eſt in bibl. acad. Erlangenſi.

M. T. C. Rhetoricorum libri cum tribus commentis. (n. Franc. Maturantii et Anton. Mancinelli in rhetor. nouam. M. Fabii Victorini in rhetor. vet.) in calce: impreſſum Venetiis per Phil. Pincium Mantuan. 1496. fol. Exemplo meo ſunt ab initio leues quaedam adnotatt. adſcriptae. (add. *Panzer.* III. pag. 399.) — et Venet. 1511. fol. —

Rheto-

Rhetorica et noua et vetus cum comm. *M. Fabii Victorini*. Venet. 1493. fol. (v. *Denis* memor. bibl. Garell. p. 150 ſqq.) Illae Mediolani atque Venetiis ſaepius ſunt ſaec. XV. formulis typographicis deſcriptae. add. Introd. I. p. 69. — Rhetor. lib. IV. ed. *P. Manutii* Venet. 1550. 1559. 8.

Ibid. lin. 22.

Cracouiae etiam excuſi ſunt Rhetoric. libri IV. per Io. Haller. 1517. 4. — de inventione et arte rhetorica libri II. typis Math. Scharffenberg. et impenſis Marci Scharffenberg. 1527. 8. — *Cicer.* commentar. rhetoric. ad C. Herenn. libri IV. ex offic. Vngleriana, impenſis Marci Scharffenberger. 1527. 8. v. *Panzer* VI. pag. 458 et 470. — Rhetoricor. ad L. Herennium libri IV. cum elucidatt. *Franc. Maturantii* et *Anton. Mancinelli*, praeſertim in I. librum et cum familiari admodum *Iod. Badii Aſcenſii* in omnes IV. libros explanatione ac epitomatibus ſuis quibusque capitulis per *Claud. de Gurgite*, Pariſin. adiectis. Item eiusd. *M. T. Cic.* de inuentione libri II. a *Mario Fab. Victorino* rhetore expoſiti. Venundantur Lugduni a Martino Boullion. — In calce: *impreſſ. Lugduni per Magiſtr. Steph. Baland.* 1513. in 4. mai. aut fol. min. — *Victorini* comment. in rhetoricos Cic. Pariſ. H. Steph. 1537. 4. *Argentor.* ex typogr. Matth. Schurer. 1515. 4.

Di-

Diuerſa eſt ed. *Rhetor.* lib. IV. et de inuentione libr. II. Argentor. ex aedib. Schureri. 1518. 4. — *Cic.* Rhetor. ad Heren. libri IV. ad vetuſtiſſimor. codd. fidem reſtituti: apud Mich. Vaſcoſan. Pariſ. 1536. 4. (praef. editor. *Iod. Badii Aſcenſii* ſcripta eſt m. Dec. 1528.) — de inuentione et arte rhetorica libri II. ibid. ap. eumdem. 1536. 4. Plura v. apud Maittaire A. T. II. pag. 843. not. — Rhetorica et de inuentione. Lugd. ap. Gryphium. 1535. 8. — Pariſ. ap. Colinaeum 1541. 8. — ib. ap. R. Steph. 1544. 8.

Ad pag. 139. *lin.* 14.

Naſambaeni commentaria in libr. Cic. de inuentione. Venet. apud Bologn. Zalter. 1564. 4. — *Sallier* de libro Ciceronis *Lucullus* inſcripto, in Hiſt. de l'Acad. Pariſ. des I. et B. L. vol. V. pag. 213 ſqq. — In Magazin für öffentliche Schulen etc. vol. II. part. I. Brem. 1791. 8. varia loca libr. ad Herennium a criſi aliorum vindicantur ope interpretationis. — De verſione *german.* Friburg. 1493. fol. etc. v. *Degen* Litteratur der deutſchen Ueberſetz. pag. 60 ſqq. — Hic quoque iuuat memoriam renouare libri haud ſpernendi: *Rodolphi Agricolae Phriſii de inuentione dialectica libri tres.* in 4. Primi libri finis eſt tabula, qua Rod. Agric. locos Cic. et Themiſtii cum ſuis, et ſuos rurſum

ſum cum illorum locis confert. In calce operis: *Coloniae* a. 1520. etc.

Ibid. ſub fin. poſt: *Venet* 1485. — Editionem aliam anni 1488. ſine pagina, cuſtode vllaque alia ſignatura ſueta, ipſe poſſideo. In meo quidem exemplo nullus adparet titulus libri; ſed incipit ſtatim: „Clariſſimi et eloquentiſſimi Rhetoris *Omniboni Leoniceni* oratio de laudibus eloquentiae. Tum ſequitur eiusdem praefatio: hanc excipit textus Cic. cum ampliſſimo, qui marginem ambit, commentario, ad libros tantum de Oratore, haud inepto quidem nec inculto; attamen minus erudito et nimis verboſo, inque interpretatione verborum locorumque ſaepe tenui moleſtaque verſante. Sunt autem in volumine Cicero de oratore; de perfecto oratore ad Brutum; liber Topicorum; de partitionibus, de claris oratoribus; de petitione conſulatus; de optimo genere orationum; orationes Aeſchinis et Demoſthenis, ab Leonardo Aretino in latinum conuerſae; cum epiſtola Aeſchinis ad ſenatum athenienſem. In illius fine: *Vniuerſi operis finis per Thomam de Blauis Alexandrinum: impreſſi Venetiis a. natiuitatis dominicae M. CCCC. LXXXVIII. die XVI. Maii.*" Denique ſequitur epiſtola editoris Hieronymi Squarzafici ad Petrum Buſonum, et regiſtrum chartarum vniuerſi operis. In fine librorum de

de oratore calamo ſcriptum legitur in meo exemplo: „Hic liber collectus et emendatus eſt Iohanne Calphurnio interpretante in praeclariſſimo gymnaſio patauino a. 1491.“ Calphurnii interpretatio, ſi, quod quidem vix crediderim, ea erat, quae partim inter lineas, partim margini exempli mei manu eſt adſcripta, haud ſane erudita fuit et ſubtilis *). — Eadem opuſculorum collectio repetita eſt *Venetiis* ap. Anton. de Strata 1495. fol. — et ſine loci nota 1495. fol. — *Cic.* de oratore cum comm. *Omniboni Leoniceni.* Venetiis per Barthol. de Zanis de Porteſio. 1494. fol. in catal. bibl. Chriſtii II. pag. 48. (forſan additi quoque fuerunt reliqui libri memorati) et ſ. l. nota, adnotante *Panz.* IV. p. 112. — *Ciceronis* — rhetorica omnia ex ed. P. Manutii. Venet. 1550. 8. — Rhetorica ad C. Herennium, libri IV. incerto auctore. *Ciceronis* de inuentione libri II. Topica. — Oratoriae partitiones. Corrigente P. Manutio Aldi fil. Venet. 1554. 8. — *Cicer.* de orat. libri III. orator, de clar. oratoribus corrigente P. Man. Aldi F. Ven. 1554. 8. In ſerie ed. Ald. p. 99. minus diſerte indicantur illae editiones. — De edit. Aldina: *M. T. C.* omnia Rhetoricorum opera, corrigente P. Ma-

*) De prima aliisque antiq. edd. v. Rewiczky catal. p. 21 ſqq.

P. Manutio: de oratore: de claris oratoribus: Orator et de optimo genere oratorum. Ven. ap. Aldi fil. 1546. 8. v. Serie ediz. Ald. p. 82 ſq. — de oratore. Pariſ. ex offic. Roberti Stephani. 1537. in forma minima. — per *Melanchth.* Pariſ. ap. Colin. 1537. 8. — Rhetorica ed. *Io. Boulierii.* Lugd. Ant. Vincent. 1562. 12. — de oratore. Londini, per Ec Kingſton. 1573. 8. — Cantabrigiae, ex officina Io. Legat. 1589. in 8. et 4. — Antwerp. 1656. 12.

Ad pag. 140. *lin.* 8.

Cic. de oratore — lib. III. cum reliquis libris Cic. qui ad artem oratoriam pertinent, cum interpr. et notis in vſum Delphini, edidit *Iac. Prouſt.* Pariſ. 1687. 4. II. voll. rec. Oxoniae 1714 et 1723. 8. — *Pearcii* edit. etiam repetita eſt Londini 1771 et 1778. 8. — de oratore, Glasguae 1749. 12. — *Cic. vom Redner in III. B. zum Gebrauch auf Schulen vou neuem durchgeſehen und herausgegeben von M. Io. Chr. Fried. Wetzel. I. vol.* qui textum continet refictum, disceſſione interdum ab Erneſto facta, aut vetere lectione reuocata: — *II. vol.* in quo res verbaque docte quidem atque intelligenter explicantur; ſed interdum iniuriam fecit W. aliis, a quibus profecit. Brunſuici 1795. 8.

Ad

Ad pag. 140. *lin.* 14.

De verſionibus *anglicis G. Parry,* Londin. 1723. 8. — *Guil. Guthrie*, cum notis hiſtoricis et exegeticis. Lond. 1742. 8. — correct. 1755. 8. — et *Georgii Barneſii,* cum notis et illuſtrationibus. 1762. 8. vide *Brüggemann* View pag. 483 ſq. qui etiam citat: Abſtract of Ariſtotle's Rhetorick — of *Cicero's* Treatiſe concerning the Orator. Compariſon of theſe two Tracts. By *John Lawſon*, D. D. in eius Lectures concerning Oratory. Lond. 1759. 8. Lecture the third. pag. 44 — 58. — De *italicis* verſionibus librorum rhetoricorum et de oratore v. *Paitoni* Bibliot. degli autori — volgarizzati tom. I. pag. 230 — 236. Libr. de oratore verſio, a *Lud. Dolce* facta, prodiit Ven. 1547. 8. — correct. 1554. 12. — rec. cum praef. hiſtorico-critica etc. ib. 1745. 4. conf. ephem. litt. Lipſ. a. 1745. pag. 449. — *L. L. Leobergi* paraeneſis ad lectionem librorum Ciceronis de oratore. Görlicii 1585. 4.

Ad pag. 140. *lin.* 22.

Brutus cum libris *de oratore,* et libro, inſcripto, *orator*, prodiit *Romae in domo magnifici viri Petri de Maximo.* 1469. 4. mai. v. *Clement* l. c. pag. 152 f. not. 90. et alios, quos laudat cel. *Panzer* II. pag. 409 ſq. — Orator ſeorſum impreſſus, atque ex aldino exemplari aliisque libris correctioribus dili-

 genter

genter emendatus. Viennae Auſtriae 1527. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdrucker - Geſchichte, pag. 252.) — de claris oratoribus liber, qui dicitur *Brutus*, ſec. Aldi exemplar. Cracou. in offic. Hieron. Vietoris. 1528. 4. — ibid. ap. Matthi. Scharffenberg. eodem anno. 4. — *Brutus* et *Orator*. Glasguae 1748. 18. — *Brutus* — perpetua annotatione illuſtratus a *Io. Chr. Frid. Wetzel.* Praemittitur *I. G. Schneideri* epiſtola critica. — Halae 1793. 8. In lectione conſtituenda ſaepe disceſſit ab Erneſti exemplari: in praefatione autem eumdem Erneſtum reum facit negligentiae et multorum errorum in indice hiſtorico, qui eſt pars clauis Ciceronianae, commiſſorum. conf. ephemer. litter. Götting. a. 1794. pag. 53. — *Anglica Ioneſii* verſio *Bruti* et *Oratoris* laudatur et ſecundum *Brüggemann* l. c. pag. 484. prodiit Londini 1776. 8. — De *gallicis* rhetoricorum libr. et orationum verſionibus v. *Goujet* Bibliotheque Françoiſe, tom. I. p. 325 ſqq. et tom. II. p. 221 ſqq. — *Caſtigationes locorum quorundam ex Bruto M. T. Cic. et ex oratore et epiſtolis familiaribus eiusdem*, adiecta nonnullorum explicatione. Per *Io. Riuium*, Athendorienſem. Salingiaci, Io. Soter excud. 1537. 4. Loci quidam ex or. Verr. ex Tuſcul. III. ex l. de Offic. ex l. de Legibus et ex epiſt. ad Attic. corriguntur aut tentantur: plura loca librorum in fronte memoratorum grammatice per-

pertractantur. — De cod. quodam, in quo inſunt libri rhetor. Brutus, de oratore libr. III. et Orator, v. *Villoiſon* in Anecdot. graecis. tom. II. pag. 177. not. — *S. Monrad* Obſſ. ad Brutum. Hauniae 1779. 8.

Ad pag. 141. *lin.* 4.

Cic. Orator (cum commentario Victor. Piſani,) *de fato*, *Topica et de vniuerſitate* cum comment. *Georgii Vallae.* Venet. per Bonetum Locatellum. 1492. fol. v. *Panzer.* III. pag. 314 ſq. et quos ille laudat; item *Seybold* progr. cit. pag. 4. — *Topic.* cum comment. *Ge. Vallae*, Venetiis ſ. a. apud Anton. de Strata. fol. — et *ibid.* apud eumdem, 1481. fol. — *Topica*, it. *de partitione oratoria dialogus*, it. *de optimo genere oratorum.* Argentorati per Io. Knoblochum. 1527. 8. — *Topica M. T. C.* cum Anitii Manlii Seuerini Boëtii et Io. Viſorii Coenomani commentariis. His iam recens adiecimus Barthol. Latomi explicatt. cum Phil. Melanchthon. ac Chriſtoph. Hegendorphini ſcholiis, Lugd. apud S. Gryph. 1545. 8. — *Boëtii* comment. iam Pariſ. ap. Rob. Steph. 1535. 8. prodiit.

Ad pag. 141. *lin.* 12.

De partitionibus oratoriis, ſine l. et an. (Neapoli apud Matth. Morauum.) fol. pars eſſe videtur edit. Neapolitanae librorum rhe-

 tori-

toricorum, — ſ. l. et a. (Romae,) ap. Steph. Plannck. 4. — ſ. l. et a. (1475.) fol. de quibus edd. v. *Panzer*, IV. p. 384. II. p. 538. et IV. pag. 113. — De partitione oratoria dial. de optimo genere oratorum — per *Io. Langium*. exc. Mel. Lotter. Lipſ. 1517. fol. — De partitione oratoria dialogus, ex Aldino exemplari quam emendatiſſime ſeorſum impreſſus. Viennae Pannoniae in aedibus Singrenii, 1525. 4. v. *Denis* Nachtrag zu ſeiner Buchdruckergeſch. Wiens. pag. 53.

M. T. Cic. de partitione oratoria, dialogus, atque adeo compendium, quo rhetorices praecepta, quae alibi pluribus tradidit, et breuiter et dilucide docet, adiectis ſcholiis, item oratt. duabus, artificio rhetorico illuſtratis a *Gerardo Bucoldiano*. Orat. M. T. Ciceronis pro rege Deiotaro ad Caeſarem; oratio Q. Fabii Maximi apud Liuium de Pu. Scipionis in Africam traiectione. Coloniae ap. Gymnicum a. M. D. XXXI. (1531.) 8. — *Cic.* de partitione oratoria, cum comment. *I. L. Strebaei* et *G. Vallae*, Placentini. Lugd. Batau. S. Gryphius. 1541. 8. — id. liber, cum Ciceronian. orationum ſtatibus et horum ad res ciuiles accommodatione. ed. per Io. Angerſtein. Sleſvig. 1593. 8. — *Cic.* de optimo genere oratorum liber, cum commentar. Achillis Statii Luſitani. Lutet. apud Vaſcoſanum. 1551. 4. — Appendiculae explanationum *Achillis Statii* in Ciceronem de opti-

optimo genere oratorum, topica et de fato. Antwerp. 1553. 8. — *Io. Anton. Viperani* commentar. in *Cicer.* de optimo genere dicendi. Antwerp. C. Plantin. 1581. 8. — In omnes de arte rhetorica *M. T. Cic.* libros doctiſſimor. virorum commentaria. *Venet.* ap. Aldi filios. 1546. fol. Nomina ſingulorum interpretum repetuntur in Serie dell' Ediz. Aldine. ed. II. pag. 83 ſq.

Ad pag. 142. *lin.* 18.

Edit. per Adam. de Ambergau ſplendida luculentaque eademque rariſſima, eſt ſine titulo, cuſtode et paginae nota. Incipit ſtatim: „*M. T. C.* pro Magno Pompeio Luculentiſſima ad Quirites Oratio foeliciter incipit." Hanc excipit oratio pro Milone etc. Poſt orationem pro Coelio Rabirio ſequitur Inuectiua C. Salluſtii in Ciceronem cum reſponſione Ciceronis contra Salluſtium. Clauditur opus M. T. C. libris I. II. III. IV. inuectiuarum in Catilinam. Praeter citatos in Introd. I. pag. 83. et in breuiore notitia v. *Clement* l. c. pag. 151. vbi a pag. 150. de quibusdam aliis principibus orationum editt. agitur, et cl. *Panzer.* III. pag. 92 ſq. aliosque V. D. quos ille laudat *). — Praeter ea

 notan-

*) Waldafer. et multas alias ſiue omnium ſiue ſingularum orationum reliquorumque librorum Cicer. editiones excitatas memoratasque deprehendes in catal. bibloth. Bunauian. vol. I. pag. 277 ſqq.

notandae ſunt: *Orationes*, *Venetiis*, ap. Phil. Pinzium, 1493. fol. — ibid. per Barthol. Zanis de Porteſio. 1499. fol. (v. *Freytag* adpar. litterar. I. pag. 265 ſq.) — per eundem oratt. omnes cum Verrinis et Philippicis, ibid. 1495. fol. — et per Io. de Forliuio et Iac. Brixian. Venet. 1483. fol. — *Oratt.* (*Mediolani* apud Ant. Zarotum,) ſ. a. fol. — *Oratt.* per *Phil. Beroaldum* recognitae cum oratione in Valerium. *Bononiae*, Bened. Hectoris. 1499. fol. — *Oratt. Philippicae in M. Anton. Venet.* Io. de Colonia, Io. Manthen de *Gherretshem* (ſic). 1474. fol. — Eaedem cum enarrationibus *Franc. Maturantii*, *Vicentiae*, Henr. de S. Vrſo. 1488. fol. — *Venetiis* per Io. de Tridino. 1494. fol. (de qua ed. quam ipſe habeo, v. *Denis* Memor. bibl. Garell. pag. 156 ſq.) — ib. per Barth. Zan. de Porteſio. 1499. fol. — *Oratt. ſelectae*, *Neapoli*, ap. Matth. Moravum. 1480. fol. — *Oratt.* pro lege Manilia, Archia poeta, Ligario, Marcello et Deiotaro. Pariſ. 1492. 4. per Ant. Cayllaut. — Vt plures ſingularum orationum Cic. editt. ſaec. XV. a Maittario et Panzero (v. indices,) ac Fabricio I. pag. 155 ſqq. memoratas, hic praetermittam.

Ad pag. 142. *lin. vlt.*

Add. *M. T. Cic. pro L. Flacco oratio.* Ingenuarum artium ſtudioſae iuuentuti Hermannus

mannus Tulichus. (ſequitur adlocutio poetica XII. diſtich.) In calce: „Ex officina Melchioris Lottheri anno — Milleſimo quingenteſimo decimo ſexto." (1516.) fol. Luculentis litteris venuſte expreſſa eſt editio. — *C. Crispi Salluſtii* de coniurat. Catilinae hiſtoria; et de bello Iugurthino. *M. T. Ciceronis* oratt. IV. in Catilinam. *Salluſtii* in Ciceronem inuectiua et huius reſponſio cum fragm. *Salluſtii* Baſil. apud Andr. Cratandr. 1529. 8. — *Oratt.* Pariſ. ap. Colinaeum. 1538. 8.

Ad pag. 143. *lin.* 3.

Partes eſſe videntur diuerſarum editionum. Nam in Serie dell' Ediz. Aldine, ed. II. pag. 112, citantur: *Cicer. orationum volumina* III. *cum correctionibus P. Manutii:* Venet. 1562. apud Paul. Manut. Ald. Fil. in 8. et pag. 120. *M. T. Ciceron. orationum volumina* III. Venet. Aldus 1565. 8. — ſed iam antea ex offic. *Aldina* prodierant *Cic. Orationes*, Venet. in aedibus Aldi et Andreae ſoceri. 1519. 8. III. voll. 8. (v. Serie etc. pag. 48.) — corrigente *Paulo Manutio*, Venet. ap. Aldi filios. 1546. 8. III. voll. *rec.* ib. 1546. 8. III. voll. — apud Paul. Manut. Aldi fil. 1554. 8. — ib. 1559. 8. — poſthaec ibid. 1569. 8. III. voll. — denique cum correctionibus P. Man. et annotatt. D. Lambini — 1570. 8. III. voll. (v. Serie etc.

pag. 81. 90. 98. 108. 125. et pag. 128.) Lucubrationes in *Ciceronis* oratt. Venet. ap. Aldi filios. 1547. fol. (Serie etc. pag. 87.)

In omnes *Ciceron. oratt.* doctiſſimorum virorum lucubrationes, accurate in vnum volumen collectae, locisque non paucis ad veritatem emendatae, adiectis *Q. Aſconii Paediani* commentariis, cum correctionibus *Pauli Manutii* prope innumerabilibus. — Index. Venetiis. Aldus. 1552. fol. (v. Serie etc. p. 93.) — *Pauli Manutii* comm. in orat. pro Sextio. Venet. apud eumd. Man. 1556. 4. it. 1559. 8. (Serie etc. pag. 102 et 109.) — *Cic.* oratt. in M. Antonium, cum commentariis P. Manutii. Venet. Ald. 1572. 8. (v. Serie etc. pag. 130.)

Verum ſaeculo XVI. tot editiones *orationum Ciceronianarum*, ſiue plurium, ſiue ſingularum, modo commentariis ſtipatarum, modo illis deſtitutarum, formulis typographicis ſunt deſcriptae, vt omnium enarratio vel haud neceſſaria, vel moleſta eſſe videretur. Atque ego in Introduct. I. pag. 86 ſq. nonnullas indicaui; plures vero *Maittaire* in A. T. (v. indicem pag. 264 ſqq.) commemorauit. Quare ego in paucarum notatione acquieſcam.

M. T. Cicer. actionum in Verrem libri ſeptem. Praepoſitis argumentis *Aſconii* et partitionibus *Bart. Latomi* in ſingulas actiones.

nes. Pariſ. apud Franc. Gryphium. 1535. 4. Latomi praefatio ſcripta eſt *Lutetiae* 1532. — Accuſationis in Verrem liber I. qui Diuinatio dicitur, oratio quarta cum interpretatione *Hispana* et ſcholiis *Petri Sim. Aprilei*, Laminitani. Caeſarauguſt. Exc. Petr. Sanchez Expleta, typograph. regius 1574. 4. (v. Specim. bibl. Hispano-Maians. pag. 109 ſq.) — or. pro M. Marcello. Additae ſunt quinque praefationes in eamdem orationem, auctore *Vincentio Blaſio Garcia*. Valentiae ap. Petr. Patricium Mey, 1589. 4. (v. Specim. laud. pag. 125 ſq.) — Or. I. Catil. 4. — Philipp. I. 4, — pro Archia 4. ſ. a. locique nota. (Lipſiae) v. *Leich.* de origine — — typogr. Lipſienſ. p. 104.

M. T. Cic. pro Sexto Roſcio Amerino oratio. Cum ſcholiis *Barthol. Latomi*. Coloniae. 8. ſine anni et typographi nota. — Oratt. pro Q. Ligario et lege Manilia, cum artificio ex longis annotatt. *Iac. Omphali Andernaci* et *Bartholom. Latomi* et argumento in ſingulas breuiter a quodam ſtudioſo collecto. Colon. 1555. 8. — Oratio pro M. Caelio et tres pulcherrimae orationes *T. Liuii*, ad artificium rhetoricum, partim a *Barthol. Latomo*, partim ab alio ſtudioſo exactae. Coloniae. ſ. a. in 8. — Oratio lepidiſſima, pro L. Murena, vna cum annotatt. Philippi Melanchthonis ac Barth. Latomi. Coloniae. 8. ſ. a. cum Cic. epiſtola ad Octa-

vium.

vium. — Orationes II. altera pro P. Sylla, altera in Piſonem. Coloniae Agrippinae. ad interſignium *Monocerotis*. in 8. ſ. a. (id inſigne typogr. reliquae memoratae editt. Colon. etiam habent: id quidem inſigni, quo vtebatur Gymnicus typogr. ſimile eſt, ſed tamen in inferiore parte omnino differt; nec vero viſitur in *Rothſcholzii* theſauro ſymbolorum — — ſiue inſignium bibliopolarum et typographor.) — Oratt. tres; pro rege Deiotaro: ad populum et equites rom. antequam iret in exilium: ad Quirites poſt reditum. Cum annotatt. et argumentis Barth. Latomi et aliorum. Coloniae. 8. ſine anni indicio. Acc. prima Ciceronis epiſtola ex quarto libro epiſtolarum Cic. ad Atticum. — Num plures orationes ex eadem officina prodierint, equidem definire non poſſum: Illae, quas citaui, vnum complent volumen, quod habeo.

Cic. pro C. Rabirio perduellionis reo: ad Quirites or. (edente probabiliter *Andr. Semperio*) Valentiae, ap. Io. Mey. 1551. 8. — or. pro lege Manilia — ſcholiis illuſtrata, quibus artificium oſtenditur, (ab eodem *Semperio*) ibid. 1552. 8.

Pariſ. typis *M. Vaſcoſan.* ſunt plures *Cic.* in forma 4. excuſae *orationes*: — Actionum in Verrem libri IV. priores, cum commentario *Aſconii Paediani*, et *Frid. Syluii*, *Chriſtoph. Hegendorphini* artificio, et *Barthol.* *La-*

Latomi partitionibus. 1539. — orat. in Catilin. cum comment. *Fr. Syluii Ambiani* et *Q. Aſcon. Paediani.* 1540. — pro L. Manil. cum ſcholiis et comment. *Fr. Syluii*, *Iac. Omphalii* et notis *Barthol. Latomi* et illuſtrat. *Ant. Luſchii.* 1541. — Cr. Saluſtii in Ciceronem inuectiua oratio, cum reſponſione Cicer. in eumdem, cum *F. Syluii* comment. 1541. — oratt. III. ad Caeſarem pro Marcello, Ligario et rege Deiotaro, illuſtrantibus *Merula*, *Syluio*, *B. Latomo*, *Phil. Melanchthone* etc. 1543. — pro Q. Ligario ad Caeſarem, cum lucubrationibus *G. Merulae*, *F. Syluii*, *B. Latomi* et *A. Luſchii.* 1547. — in M. Antonium philippicae oratt. XIV. cum comm. *F. Maturantii*, *Ge. Trapezuntii*, *Ph. Beroaldi*, *B. Latomi*, *Chr. Hegendorphini* et *H. Ferrarii.* 1544. 1594.

Oratt. ab *Aem. Ferreto* caſtigatae. Lugd. B. Gryphius. III. tom. 1541. 8. — or. pro Cn. Pompeio, Cracou. 1507. 4. — or. pro A. Lic. Archia poeta. ibid. per Hier. Vietorem. 1518. 4. — — pro M. Marcello Quintoque Ligario. ibid. ap. Matthi. Scharffenberg. 1528. 4. — or. pro Milone: cum compendio rhetorices ex Tulliano theſauro deductum ac concinnatum per *Iac. Locher*, et aliis Auguſtae impreſſ. a Syluano Otmar — impenſis Erhardi Sampachii bibliopolae. 1517. 4. v. *Panzer* VI. p. 451. 460. 471. 147. — Or. pro Aulo Licinio poeta — — coloribus rheto-

rhetoricis in margine ſuo loco eleganter appoſitis. *Vdalricus Fabri* lectoribus. In calce: Viennae Pannoniae — per Io. Singrenium. 1518. 4. v. *Denis* Wiens Buchdrukkergeſchichte pag. 190. — or. pro lege Manilia cum praef. Phil. Gundelii. ibid. apud eumdem. 1522. 4. — or. pro T. A. Milone diligenter emendata. ibid. 1522. 4. v. *Denis* l. c. pag. 227.

Rolandi Petrei commentar. in Ciceronis orat. pro Sextio. Lutet. M. Vaſcoſan. 1555. 4. — In *Ciceronis* orationem in Verrem primam explicationes *Seb. Reguli.* Bononiae. Io. Rubrius. 1564. 4.

Cicer. oratt. III. de lege agraria contra Seruilium Rullum, illuſtr. per *Petr. Ramum.* Pariſ. ap. Wechel. 1561. 4. — Octo oratt. conſulares, cum notis *Petri Rami.* Exemplar, quod habeo, inſcriptum eſt: *Petri Rami* praelectiones in *Ciceronis* orationes octo conſulares. Vna cum ipſius vita, per *Io. Thom. Freigium* collecta. Reliqua ſequens pagina dabit. Baſileae per Petr. Pernam. 1575. Vitam *Rami* excipit huius oratio, *Baſilea,* in laudem vrbis atque academiae Baſileenſis ante diſceſſum habita. Tum ſequitur *P. Rami* orat. de ſtudiis philoſophiae et eloquentiae coniungendis, Lutetiae habita, a. 1546. Poſthaec orationes *Cicer.* memoratae cum *Rami* comment. Dein *Cic. lib. de fato et de optimo genere oratorum* cum

Rami

Rami comment. *Platonis epiſtolae* a *P. Ramo* latinae factae et dialecticis rerum ſummis breuiter expoſitae: *P. Rami* Brutinae quaeſtiones, ſ. ſcholae rhetoricae, in quibus Brutus et Cicero colloquentes inducuntur, ac multa contra Ariſtotelem et Ciceronem disputantur: denique *Georgii Caſſandri* tabulae breues et expeditae in praeceptiones rhetoricae.

Commentarii notationis artificii rhetorici ac dialectici in orat. *M. T. Ciceronis*, quam habuit pro A. Lic. Archia poeta, autore *Valentino Erythraeo*, Lindauienſi. Eiusdem Erythraei commentariolus in orat. *Cic.* pro M. Marcello. Argentor. per Vuendelin. Rihelium. 1550. 8. cum textu vtriusque orationis, in ſectiones diuiſo vel potius discerpto. — Commentarius *Mich. Toxitae*, Rhaeti, P. L. in orat. *M. T. Cic.* pro domo ſua. Ex ſcholis *Io. Sturmii* pomeridianis. Tiguri ex offic. Rod. Vuiſſenbachii. 1551. 8.

Oratt. per *Io. Mich. Brutum.* Lugd. A. Gryph. 1570. 8. III. tom. — Or. pro Milone, cum enarration. *Iac. Cruquii.* Antwerp. ap. C. Plantin. 1582. 4. — cum notis variorum. Lugd. A. Gryph. 1586. 8.

Diſpoſitio orationis *Cic.* pro Archia, per Phil. Melanchthonem. Hagenoae. 1533. 8. — *P. Ceruti* commentar. in orat. *Cic.* pro M. Marcello. Veronae 1589. 8.

Cic.

Cic. orat. pro A. Licinio Archia poeta, logice reſoluta et propoſita per *Io. Eraſmum.* Hauniae ap. Laur. Benedictum. 1590. 4.

In bibl. Thottiana, (v. catal. illius tom. IV. pag. 109.) fuit exemplar, in cuius frontiſpicio exſtat adnotatio Io. Grammii de inſigni raritate illius libri in Dania prohibiti.

Oratt. pro C. Rabirio cum notis *Turneb.* Geneu. 1596. 8. — or. pro Milone. Viennae Auſtr. excud. Mich. Zimmermann. 1557. 4. (*Denis* l. c. pag. 541.)

Cicer. orationes. tom. III. Londini typis Vautrollerii 1579. et ſaepius rec. in 8. et 16.

Orationum *M. T. Cic.* vol. I. et II. ex emendatione *Dion. Lambini.* Omnia et recta figura et inuiolata annotationum puritate, cum optimis editionibus ad amuſſim conueniunt. Londini per Io. Iackſonum et Edm. Bollifantum. 1585. 8. — *Cic.* orationum volumen primum a *Io. Mich. Bruto* emendatum. Londini typ. Vautrollerii, impenſis I. Harriſon. 1587. 16. — ibid. III. voll. exc. Rich. Field. Licenſed. (1596) 16. — Oratt. aliquot faciliores Ciceronis in tria cauſſarum genera rhetoribus vſitata diſpoſitae per Thom. Cogan. v. *Brüggemann* View etc. pag. 484 ſq. — *Orr.* IV. contra Catilinam, cum adnotatt. M. *Io. Schoſſeri.* Francof. ad Oderam 1601. 8.

Cic.

Cic. orationum volumen ſelectum: (in quo continentur XII. oratt.) — vol. nouum, ſ. ſecundum, (in quo ſunt XX. oratt.) Norimbergae ap. I. Andr. Endterum, 8. ſine anni nota; cum diſpoſitione ſingularum orr. rhetorica et cum ſcholiis marginalibus rhetoricis.

Commentaria et ſcholia in *Cic. orationes*. Colon. Agrippinae. H. Hierat. 1621. 8. III. tom.

Cic. oratt. ſelectae. Lugd. B. ap. Elzev. 1639. 8. — Aboae 1669. 8. — Londini 1675. 1679. 1686. 8. — Amſtelaedami 1705. 8. ad exemplar editionis *Iani Gruteri*, cum praefatiuncula Cornelii *Sladi* et *Adriani Iunii*, Gymnaſiarch. Amſtelodamenſ.

Ad pag. 143. *lin.* 22.

Pro 1649. *leg.* 1749.

Ad pag. 144. *lin.* 3.

Addam recentiſſimarum quarumdam editionum notitiam. — *Cic.* oratt. ſelectae, ex rec. *Io. Georg. Graeuii.* Glasguae 1733. 8. — Philippicae oratt. cum Paulli Manutii argumentis et commentariis, cura *Io. Friedl. Stübelii.* Lipſiae 1738. 8. — oratt. ſelectae XIV. med ſwänska Anmärkningar. Holmiae 1744. 8. — Oratt. ſelectae. Edinburgi 1778. 12. — oratt. ſelectae IX. ſcholis adornauit *I. K. Müller*. Moguntiae 1787. 8. — Auserleſene Reden des *Cicero*. (n. ſelectae vulgo editae,

N exclu-

excluſis tamen oratt. pro Sexto Roſcio, pro Archia et in Catilinam.) Herausgegeben von *Fried. Wilhelm Döring.* — eiusdem Erklärende Anmerkungen zu den auserl. Reden des Cic. Brunſuici 1797. 8. — *M. T. Cic.* pro A. Lic. Archia, T. Ann. Milone et Q. Ligario orationes. *M. T. Cicero's* Reden — überſetzt, mit beygedrucktem verbeſſerten latein. Text, kritiſchen Anmerkungen, erklärendem Kommentar, erläuternden und beurtheilenden Sachbemerkungen von *Karl Gottlob Schelle.* Lipſiae, tom. I. 1797. 8. Comment. eſt nimis copioſus, nec emendationes ſemper plauſum criticorum tulerunt. — *M. T. Cic.* in Lucium Catilinam or. prima. Des *M. T. Cic.* erſte Rede wider L. Catilina. In einem hin und wieder verbeſſerten Texte und einer neuen Ueberſetzung, nebſt kritiſchen Anmerkungen und einem erklärenden Kommentare. Halae et Lipſ. 1796. mai. 8. Criticam hanc textus lat. editionem, et bonam illius interpretationem eruditumque commentarium debemus diligentiae atque ſollertiae M. *Morgenſternii,* deſignati Profeſſoris Gymnaſii Dantiſcani.

Ad pag. 144. *lin.* 24.

De verſionibus *germanicis* v. cl. *Degen* l. c. pag 38 ſqq. vbi quoque pag. 53 ſq. de ludicro libro agitur; *Cicero ein groſser Windbeutel, Rabuliſt und Charletan;* *zur Probe*

aus

aus deſſen überſetzter Schutzrede vor den Quinctius, von D. I. E. Philippi. Halae Sax. 1735. 8. — Add. *Cic.* erſte Rede gegen den Praetor Verres, neu überſetzt von *I. A. v. L.* Ienae 1787. 8. — *M. T. Cic.* Catilinariſche Reden: überſetzt, und mit hiſtoriſchen Einleitungen und erklärenden Anmerkungen begleitet von *I. Dav. Büchling.* Stendal 1794. 8. Interpres culpat Heinze Bremeri et Schmittii verſiones, nec ipſe immunis eſt ab omni culpa. Conf. ephem. litter. Tubing. 1796. plag. 24. — *M T. Cic.* für den T. Ann. Milo, überſetzt und erläutert: (interprete *Motzio.*) Halae Sax. 1794. 8. — für den Dichter Archias, für M. Marcellus Zurückberufung, für die Erhaltung des Manil. Geſetzes, (potius, des Maniliſchen Vorſchlags zu einem Geſetz,) nebſt der zweyten Philippiſchen Rede, überſetzt und mit Anmerk. begleitet. Lipſiae 1794. 8. conf. Ien. Allg. L. Z. m. Iun. 1795. nr. 177. et nou. bibl. vniuerſ. Kilon. germ. a. 1794. vol. XIII. part. II. faſc. VIII. — Zwo Reden des Cicero, als Vertheidiger des Marcellus und Ligarius (verſae a *F. A. Brömbſen*, cum textu latino,) Lübec. 1796. 4. — *Cic.* Reden neu überſetzt, und mit Anmerkungen erläutert. *Erſtes* Bändchen. (oratt. pro S. Roſcio et Ligario.) Halae Sax. 1796. 8. Longa grauisque et erudita cenſura eſt in noua Kilon. bibl.

vniuerſali german. vol. XXIX. part. I. faſc. III. pag. 171 ſqq.

De verſionibus orationum plurium *gallicis* v. *Goujet* Biblioth. françoiſe, tom. II. pag. 221 — 241. — Mihi quidem ad manus quoque ſunt: *Les Philippiques de M. T. Ciceron.* Translatées de Latin en Francoys par — *Macault.* — On les vend a Poictier. 1549. fol. — Huit oraiſons de *Ciceron.* Pariſ. 1638. 4. — Les Oraiſons de Cic. contre Verres. (per *B. Lesfargues.*) Pariſ. 1640. 4. — *Athanſ. Auger* duo volum. *Oratt. Cicer.* gallice a ſe verſarum edidit Par. 1786. 8. et orr. pro P. Quintio et Roſcio comoedo, diuinat. in Q. Caecil. action. I. in Verrem et duo priores libros actionis ſecundae *gallice* vertit notisque illuſtrauit, in Oeuvres poſthumes d'Ath. Augeri, inſcriptis quoque: De la Conſtitution des Romains ſous les Rois et aux tems de la Republique. II. et III. tom. Paris 1792 et 1793. 8. et in tom. IV. libr. III — V. actionis ſecundae in Verrem. ib. eod. anno. conf. Ien. A. L. Z. 1793. nr. 275. et a. 1794. nr. 108. menſe Mart. — Or. pro Ligario cum exordio or. pro Milone, gallice verſa et animaduerſſ. illuſtrata a *Dufruit.* Pariſ. 1786. 12. Leuis opella cenſetur. — De verſione *gallica* antiqua or. in Verrem et de ſenectute v. Mem. de l' Acad. des Inſcr. vol. XVII. pag. 759.

Am-

Amplum orationum in ſermonem *itali-cum* translatarum catalogum notisque doctis illuſtratum exhibet *Paitoni* l. c. pag. 219. ſunt vero: *Orationi* di M. T. C. di latine fatte Italiane. Diviſe per i generi in Giudiciali, Deliberative e Dimoſtrative etc. cum adnotatt. Venet. 1556. 8. III. tom. — Le Orationi — tradotte da *M. Lodov. Dolce* etc. III. tom. Venet. 1542. 4. Neapoli 1728. 1734. 1745 et 1749. III. tom. 4. — Opera analitica ſopra le Orazioni di *M. T. Cic.* — ſtudio e fatica del — Padre *Giannangelo Serra*, Cappucino da Ceſena. — edit. III. Venet. 1761. 8. IIII. tom. — Le Orazioni ſcelte di *M. T. Cic.* tradotte — da *M. Lodovico Dolce.* Venet. per Sim. Occhi. 1740. 8. — Orazioni di *M. T. Cicer.* in volgar toſcano recate ed illuſtrate con Note, a riſcontro del teſto Latino dal P. Maeſtro *Aleſſandro Bandiera* — tom. I. part. I. et II. — tom. II. part. I. et II. — tom. III. part. I — III. Venet. 1750 et 1751. 8. — Selectae oratt. ex eiusdem interpretatione *ital.* et cum eiusdem notis. ed. II. correct. et auct. ibid. 1760. III. tom. 8. — I ſette Libri — contra Gaio Verre, tradotti — da M. *Gioſeffo Tramezzino.* Venet. 1554. 8. — Philippicae — verſae a *Ragazzonio.* — Ven. 1556. 4. vt aliarum ſingularum oratt. verſiones a Paitonio vberius memoratarum praetermittam: — quibus add. XII. *oratt. Cic.* italice

verſae notisque inſtructae a *Placido Bordonio* Venet. 1789. II. tom. — II. *Cic.* oratt. italice verſae, multisque notis et commentario rhetorico ſtipatae, auct. *Leopoldo Giannellio.* Luccae 1789. 8. II. tom.

Prima or. in Catilinam *danice* a *Gottſchalck* verſa prodiit Hauniae 1769. 8.

Anglicas verſiones curate enumerat *Brüggemann* l. c. p. 486 ſqq. Equidem in breui recentiorum commemoratione acquieſcam: Oratt. verſae et notis hiſtoricis criticisque illuſtratae a *Guil. Guthrie.* III. voll. Lond. 1741 — 1743. 8. — ed. II. correctior notisque auct. ibid. 1745. III. voll. 8. — contra Catilinam oratt. IV. interprete *Thoma Gordon:* cum eiusdem anglica Salluſtii verſione. Londini 1744 et 1769. 8. — eaedem cum Salluſtio interprete *Guil. Roſe.* Londini 1751. 8. et 1757. 12. — Eaedem cum Salluſtio, auctore *Ge. Frid. Sidney.* Lond. 1795. 8. — Or. pro M. Marcello, cum textu latino. Lond. 1745. 8. — Oratt. ſelectae angl. verſae cum notis hiſtoricis, criticis atque grammaticis. (auctore *Duncan.*) Lond. 1755. 8. et 1771. 8. recuſ. et locupletatae variis obſeruatt. a *Car. Whitworth.* ibid. 1777. II. voll. 8. — The principal Orations of *Cicero* translated, with Notes claſſical and original. By *John Rutherford.* Londini 1781. 4. — Oratt. contra Verrem, ex interpretatione et cum notis *J. White.* Lond. 1787. 4. —

In

In orat. pro Archia poeta, et pro T. A. Milone *Petr. White* adnotationes, in or. autem pro M. Marcello *Ioan. Helyar* commentarium ſcripſerunt. — A Diſſertat. in which the Defence of P. Sulla aſcribed to *M. T. Cicero* is clearly proved to be ſpurious, after the Manner of Mr. *Markland*, with ſome Introductory Remarks on other writings of the Ancients never before ſuſpected, London, 8. ſine anni nota. — A Diſſ. in which the Objections of a late Pamphlet (Roſſii, epiſcopi,) to the writings of the Ancients, after the Manner of Mr. *Markland*, are clearly anſwered: thoſe paſſages in Tully corrected, on which ſome of the Objections are founded. With Amendments of a few Pieces of Criticiſm in Mr. Markland's Epiſtola critica. Lond. 1746. 8. — Inſtances of original Genius in eloquence from — *Cicero*, in his oratt. concerning Catiline and Milo, (auctore *Duff*,) in eius Eſſay on original Genius. Lond. 1767. 8. p. 217 — 228.

Benedicti Herbeſti, Neapolitani, orationis Cicer. quam ad Quirites poſt ſuum ab exilio reditum habuit, explicatio. In qua methodus in explicando ſeruatur haec, quae ſingulis logicae philoſophiae partibus ſua tribuit officia, ſimulque et ad moralem philoſophiam, quae ſpectent, diligenter obſeruat etc. 1560. 8.

Ad meliorem orationum Ciceron. intelligentiam et ad legitimam multorum capitum iurisprudentiae atque antiquitatis rom. cognitionem et interpretationem permultum faciunt *M. Antonii Ferratii* epiſtolarum libri ſex, in quibus omnia fere, quae in orationibus *M Tullii* dubia occurrunt, polemice illuſtrantur. Venetiis, aere I. Bapt. Albritii. 1738. 4. Haec eſt altera, eaque locupletior editio, in qua Albrit. in praef. adfirmat, epiſtolas Ferratii criticas partim nunc iterum typis ſuis, partim nunc primum editas eſſe. (De editione priore, v. Introd. II. pag. 89. not. et p. 150. not.) Idem Albrit. in praef. memorat *Ferratii* analyticos in orationes M. Tullii commentarios typis ſeminarii Patauini nuper, (vt ait,) in lucem editos: de quibus v. not. pag. 151. Introd. — *Paulli Manutii* commentarius in M. T. Cic. orationes, multo correctius recuſus eſt cura *Chriſt. Gottl. Richteri*. Lipſ. 1783. II. tom. mai. 8. Richter in docta longaque praefat. de illo Manutii opere et labore, de variis iisque vitioſis editionibus, de virtutibus illius commentarii erroribusque a Manutio commiſſis et de ſua opera bene pulcreque diſſerit.

De Balbo et Ciceronis pro illo oratione vid. Hiſt. litter. d'Eſpanna. tom. IV. lib. 8. — *H. A. Zeibich* in vermiſchten Betrachtungen, tom. III. part. III. pag. 279 ſqq. in or. Cic. pro Deiotaro cap. VI. defendit explicatque lection.

lectiōn. *rectior.* — in tom. II. part. III. pag. 268 ſqq. tom I. pag. 200 ſqq. etc. loca Cic. tentantur. — Bemerkungen über einige Stellen des Cic. de inuent. II. 7. de orat. I. 36. II. 24. 66. pro Roſcio Amerino, c. 31. 38. in Braunſchweig. Journ. a. 1790. VIII. — Quaedam oratt. Cicer. loca illuſtrantur in: Magazin für bibl. orient. Litterat. I. — *D. Ch. Grimm* animaduerſſ. aliquot in Cic. Catilinar. I, Annaberg. 1790. 4. contra Erneſti emendatt. — *I. F. Facii* prol. de codice IV. Verrinarum Ciceron. in biblioth. ducali Meiningenſi aſſeruato eiusque lectionibus variantibus. Coburg. 1788. 4. — *Frid. Guil. Hagen* disp. me praeſide habita, exercitationis academicae in Ciceronis orat. Milonianam, pars prima. Erlangae 1792. 8. — *M. Car. Aug. Böttiger*, Rect. Budiſſae, prol. ad locum Cic. in Catilin. III. 8, 9. Budiſſae 1791. 4.

Cel. *de Murr* deprehendit in folio quodam, quod libri erat inuolucrum, membranaceo fragmentum orationis cuiusdam, idque habuit particulam quamdam deperditae orationis Ciceronianae, publicauitque in ephem. Noriberg. litterar. 1797. m. Nou. p. 734 ſq. Mihi vero illud haud redolere videtur ingenium et ſcribendi genus Ciceronianum. Atque equidem dubito, Ciceronem ſcripſiſſe, *cum nominis taxatione vocabatur et magnus,*

Ad pag. 145. de *Aſconii Pediani enarrationibus.*

Georgii Trapezuntii Rhetorica. Eiusdem de artificio Ciceronianae orationis pro Q. Ligario. *Aſcanii Pediani* in orationes Ciceronis commentaria. *Antonii Luſchi* Vicentini expoſitio ſuper XI. Ciceronis orationes; et *Xicconis Polentoni* argumenta ſuper nonnullis orationibus et inuectiuis Ciceronis — in fine: *Mediolani* in libraria Leonardi Pachel officina, anno MCCCCLXXXIII. (1483.) fol. v. *Sax.* hiſt. litter. typogr. Mediol. pag. 593. — *Aſconii Pediani* comment. in oratt. Ciceronis. Patauii 1493. fol. — Q. *Aſconii Pediani* in Cic. oratt. commentarii. *Georgii Trapezuntii* de artificio Ciceronianae orationis et in orat. pro Q. Ligario. *Ant. Luſchi* Vicentini, ſuper XI. oratt. Cic. expoſitio. *Xicchonis Polentoni* Patauini ſuper decem orationes Ciceronis et ſuper IV. inuectiuas in Catilinam et ſuper inuectiuis inter Salluſtium et Ciceronem. ſine l. et a. (circa an. 1490.) fol. v. *Mylii* memorab. bibl. acad. Ienenſ. pag. 193.

Ad pag. 146. *lin.* 7. *de ed. Veneta.*

In ſubſcriptione legitur:

Primus in Adriatica formis impreſſit ahenis
Vrbe libros Spira genitus de ſtirpe Ioannes.

etc. v. Introd. II. pag. 96. ſed controuerſia eſt orta, num *Ioannes Spirenſis* primus artem typo-

typographicam exercuerit *Venetiis*, an *Ienſon* prius, n. MCCCCLXI. (1461.) iam opus *Decor puellarum* inſcriptum formulis deſcripſerit typographicis. Poſteriori adſerit honorem praeter paucos *Maurus Bonus* in: Quadro critico tipografico, ſubiecto parti ſecundae nouae editionis Harvoodiani libri italice verſi, ſ. Degli autori claſſici ſacri profani greci e latini etc. Ven. 1794. 8. p. XLI. ſqq. qui aequis viribus dimicat pro Ienſonio, primo Veneto typographo. Sed in mem. libro a Ienſonio excuſo in numerales illius anni notas mendum irrepſiſſe et pro a. MCCCCLXI, annum MCCCCLXXI. (1471.) reponendum eſſe, acriter contendit auctor catal. bibliothecae Smithianae pag. CXVI. in qua ſententia plures verſantur, doct. *Morellius*, qui in ſingulari folio memorabile priuilegium, d. 18. Sept. 1469. Ioanni Spirenſi a conſiliariis Venetis datum, recudi fecit, Pellegrinus aliique. v. cl. *Panzer* III. pag. 62 ſq. et ſupra pag. 10 ſqq. Inprimis omnem rem bene lateque explicuit et Mauri Boni V. Cl. aliorumque argumenta docte refutauit cl. *Mich. Denis* in Suffragio pro Iohanne de Spira, primo Venetiarum typographo. Viennae 1794. 8.

Ad pag. 146. *lin.* 20.

Praeter edd. in Introd. memoratas *Cicer. epiſt. ad famil.* ſaec. XV. ſaepius prodierunt, Venetiis (ap. Valdarfer,) 1470. fol. — ſine

loci nota. 1472. 1473. 1476. 1479. 1497. fol. — Neapoli apud Arnold. de Bruxella 1474. fol. — Bonon. ap. Sigm. de Libris. 1477. fol. — Pariſ. 1477. fol. — *Mediolani* per Phil. de Lavagnia, 1472. quae ed. dubia videbatur Burio, ſed eſt quoque in bibl. publ. Erlang. et quae in fine leguntur, ea plane conueniunt cum iis, quae cl. *Panz.* II. pag. 12. ex *Maittaire* IIII. pag. 319. adtulit. — ibid. 1477 et 1478. — — Edit. mem. *Vicent.* 1479. fol. per Herm. Lichtenſtein Colon. exſtat in catal. bibl. *Smith.* pag. CXVII. add. *Clement* l. c. p. 129. — Edit. venuſta cum *Huberti Clerici Creſcentinatis* comment. Venet. 1480. eſt quoque in bibl. publ. Erlangenſ. add. *Freytag.* adpar. litter. III. pag. 605 ſqq. Eſt etiam in bibl. Neoſtad. ad Aiſſ. v. cl. *Schnizeri* der Kirchenbibl. zu Neuſtadt an der Ayſch. III. Anzeig. p. 34 ſq. — Ibid. 1482. 1483. 1484. 1485. et ſaepius referuntur in *Panzeri* M. T. tom. III. pag. 183. etc.

Epiſtolae famil. nuper caſtigatae — atque correctae, (a *Steph. Gerhardo,* Lipſiae.) ſ. l. et a. fol. v. *Leich* de orig. typogr. Lipſ. 104. — *Epiſt.* ad diuerſos cum comm. Clerici, Phileteci et Merulae, it. Politiani adnotatt. Venet. 1491. fol. — ap. Bern. Benal. 1493. fol. — 1498. et per Barth. Zan. de Porteſio. 1500. fol. — *Lugd.* apud Io. de Vingle. 1496. fol. — ibid. apud Io. Zacch.

Pede-

Pedemontan. 1499. fol. — *Mediol.* ap. Leon. Pachel. 1499. fol. — Cornu copiae epp. *Cic.* c. comm. Venet. 1481. fol. — Epp. ſelectae ad Lentulum et alios, ſ. l. et a. (Romae ap. Barth. Guldinbeck.) 4. — ibid. (ſ. l. et a.) 4. — *Cicer.* et *Plinii* epp. breuiores, ſ. l. 1499. 4. — Dauentriae ap. Rich. Paffroed. 1500. 4. v. *Panzer* A. T. II. p. 529 et 551. vol. IV. p. 70 et 288.

Ad pag. 147. *lin.* 2.

In Serie dell' Ediz. Aldine memorantur ſequentes edd. Aldinae praeter citatas: *Epiſtolae ad Famil.* Venet. 1519. 8. — — ex emendat. et cum ſcholiis Paul. Manutii. 1540. 8. — diligentius, quam quae hactenus exierunt, emendatae cum *P. Man.* ſcholiis, quibus et loci familiarium epiſtol. obſcuriores explanantur, et caſtigationum, quae in iisdem epiſtolis factae ſunt, ratio redditur. 1543. 8. Scholia ſeparatum habent titulum. — *Cic. epp.* — ſcholia in easdem a P. Manutio cum titulis diſtinctis. ap. Aldi filios. 1545. 8. — 1548. 8. — 1554. 8. — 1556. 8. — 1562. 8. — cum ſcholiis auctior. 1571. 8. — 1579. fol. — 1592. 8.

Omiſſa tamen eſt edit. quam ipſe habeo, inſcripta: *M. T. Cicer. epiſtolae familiares. Pauli Manutii ſcholia*, quibus harum epiſtolarum locos complures, ab aliis propter obſcuritatem aut omiſſos, aut minus recte expla-

planatos, partim interpretatur, partim corrigit. Corrigente *Paulo Manutio*, Aldi F. Venet. 1546. 8. cum praefatiuncula eodem anno exarata, in qua Paulus ſcribit, ſe hoc onus ſuſcepiſſe, vt Ciceronis libros, dum imprimuntur, non, vt ſolet, per vicarium, ſed ipſemet quotidiana opera recognoſceret. Scholia ſunt cum peculiari titulo ſeparatim poſita.

Cum commentar. *P. Manutii*, Venet. 1572. 8. — 1575. 8. — et cum peculiari quidem titulo; ſed in collect. opp. Cic. 1582. 1583. fol. — 1592. fol.

Cl. *Benedict.* in praef. ad tom. I. Epiſtol. Cicer. pag. XXI. primae editionis *Aſcenſianae*, ab Erneſto praetermiſſae, hanc fecit mentionem: „Illa, quam contuli, editio ab Aſcenſio inſcripta eſt *Balduino Grutero*, ipſius diſcipulo, anno: 1502. atque his verbis memoratu dignis eidem amico commendata: *Totum epiſtolarum textum recognoui et fideliter integritati priſtinae reſtitui. Atque vtinam non iterum chalcographorum incuria deprauetur.* Sub calcem eiusdem editionis inter alia legitur: *Impreſſae* Lugduni *per Mag. Iakobum Zachon. Pedemontanum* — anno: 1505.“ Tum memorat plures lectiones, in illa obuias editione, quae vel conſpirant cum quibusdam antiquiſſimis edd. vel diſcedunt ab illis, vel coniecturas Erneſti confirmant.

Alte-

Alteram *Aſceenſianam,* quam Erneſti primam habuit, editionem ipſe habeo. Ea vero eſt inſcripta:

Epiſtolae familiares M. T. Cic. cum Aſcenſianis Introductiunculis et commentariis familiariſſimis. — Venundantur in aedibus Io. Paruti et ipſius qui eas impreſſit Aſcenſii. In calce: Impreſſum eſt hoc opus ad q̃rtũ Kaĩẽdas Iulias p̃lo Aſcẽſiano anno Mileſimo quingenteſimo vndecimo. (1511.) min. fol. ſ. mai. 4. In praef. ſeu epiſtola nuncupatoria, a. 15 1. exarata, nulla prioris editionis fit mentio — recuſ. ibid. 1514 m. April. eadem forma: in calce: „Impenſis honorabilis viri Stephani Gueinard, Lugdunenſis bibliopolae anno — quingenteſimo decimo quarto ſupra milleſimum.“

Cic. epiſtolae quaedam ſelectae, Colon. ap. her. Quentel. ſ. a. 4. — Quaedam elegantiſſimae et breuiores epp. *Ciceronis* et *Plinii.* Dauentriae per Iac. de Breda. 1506. 4. — De aliis ſelectarum epp. editt. v. Introd. II. pag. 104 ſq.

M. T. Cic. epp. famil. cum commentis Hubertini, Mart. Thiletici et G. Merulae. Auguſtae per Erh. Oglin et Georg. Nadler, 1508. fol. — cum Aſcenſianis introductiunculis. Argentor. in aedibus Matth. Schurer. 1515. 4. — Epp. famil. accuratius recognitae. Bonon. per Franc. de Bononia. 1516. 12. — Libellus primus *epiſtolar. M. T. Cic.*

Decus

Decus Oxonienſium, finitum in vniuerſitate Oxonienſi. (Oxon. circ. a. 1519.) 4. v. *Brüggemann* View etc. pag. 489. — Epp. fam. L. XVI. cum *Chriſtoph. Hegendorphini* annotatt. margin. Coloniae per Io. Gymnicum. 1533. 8. — it. Lugd. Batau. apud S. Gryphium. 1539. 8. — Epp. ad famil. Pariſ. ap. Sim. Colinaeum. 1545. 12. — ib. ap. Mau. Patiſſonum in offic. Roberti Steph. 1578. 12.

Epp. famil. M. T. Cic. nunc primum, optimis quibusque exemplaribus collatis, emendatae; adiectis ſingularum epiſtol. argumentis, ſcholiis, Graecorum interpretatione. ex caſtigatione *Ioan. Boulierii.* Lugduni ap. Anton. Vincent. 1560. 12.

Epp. fam. libri XVI. denuo collatis non paucis venerandae fidei exemplar. quam accuratiſſime caſtigati. Lugduni apud Anton. Gryph. 1566. 12.

Herbeſti explicationi orat. *Cic.* ad Quirites, (ſupra notitiae oratt. addita,) a pag. 156. adiuncta eſt copioſa eiusdem Herbeſti explicatio trium epiſtolarum Ciceronis dialectica, rhetorica ſecundum tria cauſſarum genera et grammatica. — Ab eodem *Herbeſtio* editi ſunt libri IV. epiſtol. Ciceronis, Cracou. 1561. de qua editione et controuerſia quadam v. plura in Jen. A. L. Z. a. 1794. m. Mart. nr. 102. col. 814.

Epp. fam. optimis quibusque exemplaribus collatis, emendatae: varia lectione pagellarum

larum marginibus adſcripta: nec praetermiſſis interim ſingularum epiſtolarum argumentis. Nunc poſtremo P. Manutii et M. Ant. Mureti diligentia ab innumeris erroribus vindicatae. Lugduni ap. Ant. Gryphium. 1581. 12. — ex offiic. Plantin. Chr. Rapheleng. 1599. 12.

Epp. ad famil. a D. Lambino, Londini typis Th. Vantrollerii. (1581.) 8. — ibid. ex offic. Roberti Robinſon. 1590. 8. — a D. Lambino — ex codd. msstis emendatae etc. it. P. Manutii annott. breuiſſimae, in marg. ſcriptae. Londini, exc. Io. Iacſonus et Edm. Bollifant. 1585. 16. — Epp. fam. *Cic.* epitome, ſecundum tria genera libr. II. epiſt. III. per *Thom. Cogan.* Cantabr. 1602. 8. (Forſan eſt repetitio Herbeſtianae explicationis, aut huius quidem imitatio.) — Eiusdem epiſtolae, item aliae familiares *Cicer.* ad tria cauſſarum genera, demonſtratiuum, deliberatiuum et iudiciale redacta. v. *Brüggemann* View etc. pag. 489 ſq.

Ad pag. 147. *circa fin.*

Reimanni ed. ſecunda lucem vidit Lipſ. 1710. — rec. ibid. 1715. 8.

Ad pag. 148. *lin.* 2.

H. Ragazonii comment. in epp. famil. *Cicer.* ſeparatim excuſus eſt Venet. apud P. Manut. 1555. 8.

O *Ad*

Ad pag. 148. *lin.* 20.

Noua recenſio et omnino critica editio, collatis codd. Torgau. Lipſienſi et quinque Dresdenſ. eſt curata a *Benedicto*, qui promulſidem quaſi adpoſuerat in proluſ. Notae criticae in Ciceronis epiſtolas, Lipſ. 1788. 4. Editio autem eſt inſcripta:

M. T. Cic. epiſtolarum octo priores libri, cum notis criticis *Traugott. Freder. Benedict.* A. A. L. L. Magiſtri et Torgau. ſcholae Rect. Lipſiae 1790. 8. conf. Jen. A. L. Z. a. 1793. nr. 24. m. Aug. — *octo poſteriores libri.* ibid. 1795. 8. — v. Jen. A. L. Z. a. 1795. m. Sept. n. 253. vbi haec ed. cum duabus ſqq. comparatur:

M. T. Cicer. epp. ad diuerſos et ad M. Brutum, nach der Zeitfolge geordnet und mit Einleitungen und Anmerkungen zum Schulgebrauch erläutert von M. *Aug. Chr. Borheck*, Profeſſ. zu Duisburg; welcher die Briefe bis zum Ausbruche des Caeſar. Bürgerkriegs im J. 704 enthält. Lemgo, I. Th. 1794. 8. — II. Theils 1te Abth. 1795. 8.

M. T. Cic. epp. ad diuerſos, recenſuit, vita Ciceronis praemiſſa, praef. ſingulis libris praepoſita, argumentis, tabula epiſt. chronologica et indicibus hiſtoricis in vſum ſcholarum illuſtrauit *Io. Chr. Frid. Wetzel.* Lignitz. 1794. mai. 8. de qua edit. conf. quoque Gotting. ephemer. litter. a. 1794. plag. 195. pag. 1599. vbi ea valde laudatur.

Cla-

Clarorum virorum epiſtolae, quae inter Ciceronis epiſtolas ſeruatae exſtant, in vnum volumen redactae et duplici commentario illuſtratae a *Beniamin Weiske*, A. M. ſcholae Portenſis collega III. Lipſ. 1792. mai. 8. Sunt XXXIII. epiſtolae Pompeii, Bruti, Planci, Aſinii Pollionis etc. ſecundum ordinem alphabeticum nominum eorum, a quibus ſcriptae ſunt, commentario duplici eoque egregio, critico atque exegetico illuſtratae: cuilibet collectioni praemiſſae ſunt coniecturae de ingenio auctoris et oratione. Ex notis criticis elucet ingenium criticum, cuius beneficio aliquot ſagaces proponuntur emendationes atque coniecturae, quarum nonnullae in textum ſunt admiſſae. Praeter optimas edd. adhibuit V. D. excerpta ex codd. Goerlicenſi et Magdeburgenſi.

M. T. Cic. epiſtolarum ſelectarum libri IV. Nach der Zeitfolge geordnet und mit kurzen Einleitungen, erklärenden Anmerkungen und einem zweckmäſsigen Sachregiſter verſehen etc. Berolini 1790. 8.

Auswahl der beſten Briefe Ciceros; ed. M. *Benjam. Weiske.* — Eiusdem erklärende Anmerkungen zur Auswahl etc. Brunſuici 1796. 8. conf. ephem. litter. Lipſ. a. 1796. plag. 66.

Modo di ſtudiare le famigliari di *Cicerone.* Venet. 1566. 4. — *Cic.* coniunctiones, quae in epp. familiaribus eluceſcunt, ſe-

cundum ſingulas periodos, collectae ab *Hor. Tuſcanella*. Venet. ap. L. Auancum. 1560. 8.

De verſionibus epp. *germanicis* v. cel. *Degen* l. c. pag. 121 ſqq. — de *anglicis ſelectarum* per *Flemming*. Londini 1576. 4. et per *Thom. Brown*. Lond. 1702. 8. atque in eius opp. ed. V. ibid. 1715. 12. vol. I. pag. 303 ſqq. nec non epp. ad famil. cum obſervatt. *Guil. Melmoth*. Londini 1753. 8. — ib. 1778 et 1789. 8. III. voll. v. *Brüggem.* View etc. pag. 490 ſq. — Verſiones *italicas* recenſet *Paitoni* l. c. pag. 236 ſqq. Venet. cum adnotatt. 1544. 8. 1555. 8. — apud filios Aldi. 1545. 8. (de duplici edit. et Aldi Manut. verſione multus eſt Paiton. adde Serie dell' Ediz. Ald. pag. 79 ſq.) 1548. et octies adhuc vsque ad a. 1566. 8. tum ead. verſio apud Altobell. Salicat. 1573. 8. (vbi Pait. p. 241. corrigit Fabric. B. L. I. p. 124.) ac ſaepius illo et ſequentibus ſaec. rec. — verſ. a *Io. Fabrino*. Venet. 1561. et 1568. fol. repet. cum obſſ. *Phil. Venuti*. Venet. 1576. fol. — corr. a *Borgaruccio* etc. ibid. 1582. fol. etc. — verſ. a *Claro*, (Abate Chiari da Piſa,) Venet. 1740. II. voll. 8. — ſelect. epp. libri IV. ab *Franc. Ranier Chiari* etc. Venet. 1731. 12. 1740. 12. — Epp. ad famil. e verſione et cum notis *Alexandri* etc. Venet. ed. II. 1762. tom. II. 8. — *M. T. Cic.* epp. familiarium libri XVI. *Franciſci Priſcianenſis* explanationes grammaticae

ac

ac rhetoricae italice conſcriptae, quae vtriusque facultatis vſu atque experientia epiſtolas comprobant. etc. Venet. ex offic. Petri Ant. Bertani, 1579. 4.

Ioann. Glandorpii Monaſterienſis annotationes in M. T. Cic. epiſtolas, quae vulgo familiares, rectius ad familiares appellantur. Quibus hiſtoria illius temporis enucleatur diligentiſſime: exponuntur ſummatim eorum vitae, quibus epiſtolae inſcriptae ſunt; reſtituuntur probatae et antiquae lectiones; inſertis ſimul vtiliſſimis explicationibus —. Editae ſtudio et opera *Reinerii Reineccii,* Steinhemii. Baſil. per Sebaſt. Henricpetri. — In calce: — CIↃ. IↃ. XXC. (1580.) 8. — *Io. Caſelius* in epiſt. ad I. Reccium, addita Memoriis philoſoph. a *R. H. Roſſio* collectis dec. I. p. 457. mire laudat Glandorpium.

Ad pag. 149. *de epiſtolis ad Brutum et Atticum* etc.

Cum libr. de Offic. Parad. et de amicit. *Neapoli* 1478. fol. de qua ed. v. cl. *Panzer.* IV. pag. 371.

In Serie dell' Ediz. Ald. plenius memorantur *Epp. ad Atticum*, vel ſolae, vel pluries coniunctae cum epp. *ad Brutum*, *ad Quintum fratrem*, edd. Aldinae in form. 8. 1513. 1518. 1519, (cum aliis libris Ciceronianis,) 1521 — caſtigatius cum P. Ma-

nutii ſcholiis, ſeparatim excuſis. 1540 — 1542 — 1544 — — cum commentariis ſeorſum impreſſis 1551. (cum Attici vita per Corn. Nep. poſt epp. ad Attic. meo exemplo abeſt commentar.) — 1554. — cum correctionibus *P. Manutii* 1558. (in calce 1559.) — Epp. etc. cum correctt. P. Man. 1561. — 1564. — 1567. — cum correctionibus P. Manutii et annotatt. D. Lambini. (Epp. ad Atticum huius vita per Corn. Nep. ſubiuncta eſt.) ex biblioth. Aldina 1570. — *P. Manutii* commentarii 1547. 1548. 1553. 1557. 1561. 1562. 1563. 1568. 1570. 1572. 1582. — *M. Ant. Mureti* commentarius. 1547. 8.

M. T. Cic. epiſtolae ad Atticum, Brutum, et Q. fratrem. Ex diuerſorum exemplarium, praecipue Victorii ac Manutii, collatione diligentiſſima caſtigatae. T. Pomponii Attici vita (per Cornelium Nepotem). Interpretatio eorum, quae graece in epiſt. ſcripta ſunt. Lugduni apud Seb. Gryphium. 1545. 8. — rec. 1555. 8. Vtramque habeo edit. Quantum vero ego ex comparatione quadam vtriusque edit. animaduerti, vtriusque quidem marg. adſcriptae ſunt variae lectiones; ſed poſterior interdum quamquam rarius discedit a priore, et praeterea addita itidem habet in margine breuia ſcholia varii generis.

Ad

Ad pag. 149. *lin.* 26.

Pro *Rutiaſti Lemou.* lege *Ratiaſti* Lemou. ap. Hugonem Barboum. Eſt critica editio. *Simeonis* tamen *Boſii* animaduerſſ. peculiarem habent titulum. Boſius autem quatuor vſus codd. msst. contextum ex illis aliisque, etiam ex ingenio ſaepe emendauit, et in animaduerſſ. locis multis obſcuris lumen adtulit.

Epiſtola M. T. Cic. ad Quintum, Cicer. fratrem. Qua boni principis inſtitutio continetur, qua antehac paucis viſa et lecta eſt. Cracouiae per Matthi. Scharffenberg: impenſis Marci Scharffenberger. 1529. 4. — Epp. ad Attic. Brutum et Quintum fratrem. Lugd. ap. Seb. Gryph. 1548. 12. — ex caſtigatione *Io. Boulierii.* Lugd. apud A. Vincentium. 1561. 12. — cum ſcholiis *I. Mich. Bruti.* ibid. apud Seb. Gryph. 1571. 12. — opera *Sim. Boſii.* ib. ex offic. Plantin. 1592. 12. — ex edit. *Lambini.* Exc. Iac. Stoer. 1600. 12. — Amſtel. ap. G. Blaew. 1632. 12. — *P. Victorius* in *Cic.* epp. ad Attic. Brutum et Quint. fratrem Baſil. 1530. 8. — *L. Malaeſpina* in Cic. epp. ad Attic. Brut. et Quint. fratrem. Venet. 1564. 8.

In auream *M. T. Cic.* epiſtolam de adminiſtranda prouincia ad Quintum fratrem, Aſiae Propraetorem, ſcriptam, commentarius (amplus) *Zachariae Schaefferi*, Profeſſ. Tubing.

bing. (cum textu Cic. in multas ſectiones diſciſſo.) Tubingae 1728. 32.

Ad pag. 150. *lin.* 10.

In theſauro bibliothecali tom. I. part. I. p. 54. memoratur edit. Manut. Venet. 1544. 8. et pag. 55 — 64. lectiones variae et coniecturae partim propriae partim aliorum typis ſunt excuſae, quas *Ge. Matth. Koenig*, Prof. quondam Aldorfinus margini exemplaris ſui adſcripſerat.

Ad pag. 150. *lin.* 14.

Lettres de Ciceron à Atticus. (cum eruditis adnotatt.) Hagae Comitum. 1709. 8. III. voll. — *Laval* interpretat. *gall.* epp. ad Brutum, tom. I. prodiit Par. 1731. (Praef. bene illuſtrat hiſtoriam illius temporis et reipublicae romanae: a pag. 49. ſequitur vitae Bruti enarratio.) tom. II. excuſus eſt a. 1730. additus eſt textus *latinus*.

Epiſtola ad Q. fratrem, proc. in linguam *anglicam* a *G. G.* verſa. Londini 1561. 16. v. *Brüggem.* View etc. pag. 492. — Epp. ad Atticum *anglice* vertit et notis hiſtoricis, criticis et grammaticis illuſtrauit *Guil. Guthrie.* II. voll. 1752. 8. — Leſſons and Exerciſes out of *Cicero* ad Atticum, by *George Web* ſ. *Webbe.* Pr. 1627. 4.

Ad

Ad pag. 150. *lin.* 28.

Poſt: 1743. 8. *add.* et in IV. volum. Operum variorum *Middletoni.* Lond. 1752. 4. — nec non in linguam *italic.* ex anglica verſ. a Iac. Fabbricio cum textu *lat.* et adnott. Venet. 1744. 8. Eadem epiſt. in *Middletoni* vita Cicer. in linguam italicam translata, tom. V. ibid. eod. an. v. *Paitoni* l. c. pag. 250.

Ad pag. 151. *lin.* 9.

Scripta philoſophica: n. acad. quaeſt. de legib. offic. ſenect. amicit. Paradoxa, de finib. tuſc. quaeſt. de N. D. diuinat. fato, vniuerſ. Arati phaenom. ſ. a. et l. v. *Maittaire* IV. pag. 763. — adde paullo infra in notitia edd. libror. de Fin. B. et M. et de N. D. — Prima *Dauiſii* editio Academicorum prodiit Cantabr. 1725. 8. — *tertia* Londini 1740. et ib. IV. 1746. 8. v. *Brüggem.* l. c. pag. 494. de hac et reliquis philoſophicorum Cic. librorum editionibus.

M. T. Cic. opera philoſophica. Vindob. ex offic. Wappleri. 1790. 8. II. voll. Eſt correcta editio, ex Bipontina ducta. — Quaeſtiones academ. Tuſcul. de Fin. B. et M. et de fato, cum lectt. varr. codd. Vindobon. edidit *F. C. Alter,* Prof. Vindob. Vindobonae 1786. 8. — *M. T. Cic.* opera philoſophica, vol. I. Tuſculan. disputatt. libri V. Ad optimas edd. recudi curauit et ſelectam

lectionis varietatem adiecit *A. M. Köl.* Wirzburg. 1798. mai. 8.

Ad pag. 151. *lin.* 19.

Académique de Ciceron avec le *texte latin* de l'Edition Davies et de Bentley, ſuivi du Commentaire latin de Pierre Valence par *Dav. Durand* — nouvelle edit. revue, corrigée et augmentée de la Traduction françoiſe du Commentaire de Valence par *de Castillon.* ap. P. Barbou. Par. 1796. II. voll. 12.

Contra Scepticorum et Academicorum diſciplinam, potiſſimum Ciceronis de quaeſtionibus acad. libros diſſerit *Sam. Parker* in Disputt. de deo et prouidentia diuina. Oxon. 1703. 4. disput. VI. pag. 489 — 572. — Libr. II. academ. ſiue Lucullum *germanice* vertit, et in ſubiunctis obſſ. illuſtrauit atque examinauit M. *I. Chriſtian Zwanziger* in: Theorie der Stoiker und Akademiker von Perception und Probabilismus, nach Anleitung des *M. T. Cic.* Mit Anmerkungen aus der ältern und neuern Philoſophie. Lipſiae 1788. 8.

Ad pag. 151. *lin* 28.

In ſerie dell' Ediz. Aldine memorantur quoque editt. philoſophicorum libr. Aldinae, a. 1541. 1552. 1555. cum ſcholiis P. Manutii ſeparatim excuſis, II. voll. 8. — et 1562. 8. — *Cicer.* de philoſophia, prima

et

et ſecunda pars, cum *Arati* verſibus in latinum conuerſis, cum *Q. Ciceronis* libro de petitione conſulatus et Paul. Manutii ſcholiis. Venet. Aldus. 1565. 8. II. voll. In meo exemplo ſunt libello de petit. conſulat. variae lectt. manu Schwarzii adſcriptae. — *Aldi Manutii iunioris* in *M. T. Cic.* de philoſophia, vol. I. et II. commentarius. Venet. apud Aldum. 1583. fol.

Io. Roſae commentar. in reliquias academicarum quaeſtionum M. T. Cic. Francof. ad Moen. 1571 8. — *Petri Fabri* comment. in libros academicos Ciceronis, editionis primae. Lugd. Bat. ap. A. Cloucquium. 1601. 8.

Ad pag. 151. *lin. penult.*

Princeps *de Fin. B. et M.* editio vulgo quidem tribui ſolet *Fauſto* Moguntino; ſed Com. *Rewitzky* habuerat illam et in litteris ad me datis ſcripſerat: „Cicero de finibus. Ed. prim. litter. gothicis ſ. l. et a. (Zell de Hanaw, circa 1467.)“ Atque cel. *Panzer* in A. T. I. p. 328. nr. 396. „typi, ait, quibus expreſſa eſt illa, iidem plane ſunt, quibus Olricus Zell Colonienſis imprimere ſolebat. Iure meritoque ergo officina huius artificis vindicatur, quod factum eſt in cat. bibl. de la Vall. II. pag. 33. Exſtat etiam exemplum in bibl. publ. Nor. quod iteratis vicibus accuratiſſime contuli.“

Habeo

Habeo exemplar ed. antiq. fol. ſine vlla nota anni, loci et typographi: incipit: *Liber primus M. T. Cic. de Finibus B. et M.* ſed primum folium exciſum eſſe videtur: nam, quod in meo exemplari eſt primum folium, habet in infima ora ſignaturam *Aii.* In fine calamo eſt ſcriptum: *Venetiis apud Ioh. de Colonia. 1471.* ſed v. *Reviczky* cat. p. 23 ſq. de illa ed. Veneta.

— Venetiis per Phil. Condam Petri, 1480. fol. — ibid. ſine anni nota. fol. — de finibus B. et M. de petitione conſulatus, de vniuerſitate, de ſomnio Scip. Bonon. ap. Caligul. de Bazaleriis. 1499. fol. — de Fin. B. et M. libri V. Pariſ. apud Franc. Gryph. et ad calcem Pariſ. excud. Io. Lodoic. Tiletanus. 1542. 4. — cum ſcholiis *Petri Ioan. Olivarii,* Valentini, Coloniae. 8. ſ. a. cum inſigni, ſimili illi, quo vtebatur Gymnicus. Oliuarii dedicatio ſcripta eſt Lutetiae. 1536. — Obſeruatt. Gul. Morelii Tilliani in Cic. libros V. de fin. B. et M. commentarius, Pariſ. ap. Io. Lodoic. Tiletan. 1546. 4. Illae Morelii Obſſ. in Pithoeanis tribuuntur Adr. Turnebo. v. *Maitt.* III. 391.

Ad pag. 152. *lin.* 5.

— iterum. Cantabrig. 1741. 8. quae elegans et correcta habetur editio. — de finibus B. et M. Glasguae typis Foulis. 1748 et 1783. 8.

Cicero

Cicero an Brutus über das höchſte Gut und über das höchſte Uebel, nebſt deſſen Paradoxen, aus dem Latein. überſetzt und mit einigen Anmerkungen begleitet von M. *C. G. Tilling*. Bresl. 1789. 8. Parum probatur verſio a cenſoribus in A. L. Z. 1789. m. Nou. plag. 352. et in Tubing. ephemer. litter. a. 1791. plag. 9. — *Anglice* vertit *Samuel Parker* cum praef. *Ier. Collier* et *Henr. Dodwell* apologia philoſophicorum Ciceronis operum. Londini 1702. 8. — tum a *Guil. Guthrie* in: The Morals of *Cicero*. Containing 1) His Conferences de Finibus. — — 2) His Academics etc. Londini 1744. 8.

Ad pag. 152. *lin.* 9.

Tuſc. quaeſt. fol. ſine l. et a. (Pariſ. in Sorbona circa 1470.) *Reviczky* in Supplem. ad ſuum catal. pag. 3. — Venet. per Nic. Ienſon. 1472. mai. 4. (v. *Foſſii* cat. etc. I. pag. 545 ſq.) — Venetiis per Phil. Condam Petri. 1479. fol. et 1480. fol. — Pariſ. per Vlr. Gering, Mart. Cranz, Mich. Friburg. ſ. a. fol.

Cum comment. anonymi, Venet. opera et impenſa Io. de Forliuio et ſoc. 1482. fol. Exemplum ipſe habeo. — ib. 1491. fol. — ap. Io. de Tridino, 1494. fol. — Mediol. ap. Leonh. Pachel. 1494. fol.

In bibl. lat. Fabric. Erneſt. I. pag. 183. citatur edit. *Iuntina* per Luc. Robiam. 1496. 8. Sed

Sed ea nec in *Panzeri* A. T. nec in *Bandini* ann. typogr. Iunt. occurrit. Contra in *Band.* annal. II. pag. 28. recenſentur *Tuſc.* quaeſt. opera Phil. Iunt. Florent. 1508. 8. (cuius edit. exemplum ipſe habeo.) cum praef. *Luc. Robiae*, in qua ſcribit, ſe quaeſt. Tuſc. *in hoc tempus ſeruaſſe*: — tum p. 72. iterum 1514. 8. — et pag. 230. ed. 1532. 8. add. tom. I. p. 127. de Luca Robia.

Editio cum comment. *Phil. Beroaldi*, Bononiae 1496. fol. quam in Introd. II. pag. 118. dubiam eſſe ſcripſeram, reuera exſtat; vti in praefat. ad notit. breuior. pag. X. ſq. copioſius demonſtraui. — Eadem editio prodiit ſ. l. 1496. fol. et Venet. 1500. 4. — cum comment. Beroaldi. Pariſ. ap. J. Petit. 1509. 4. de qua edit. v. *Maittaire* A. T. II. pag. 200. not. *b*.

Tuſc. quaeſtion. *M. T. Cicer.* nouiſſime, poſt omnes impreſſiones vbique locorum excuſſas: ad amuſſim recognitae: cunctisque erroribus expurgatae etc. In calce: „Finiunt Tuſc. quaeſt. M. T. C. cum luculentiſſimis comment. Phil. Beroaldi nec non Omniboni Vicentini nouiſſime per *Lucam Olchinenſem* — accuratiſſime recognitae; cunctisque mendis expurgatae: Impreſſaeque Venetiis — per Auguſt. de Zannis de Porteſio a. M. D. XVI. (1516.) fol. In bibli. acad. Erlangenſi. — Tuſcul. quaeſt. libri V. praefatus eſt et varia con-

contulit exemplaria editor *Wolfg. Angſt.* *) Argentorati in aedib. Schurerian. 1516. 4. et m. Iun. 1519. 4. — Baſil. cura Erasmi. 1523. 4. ap. Io. Froben. — ibid. per Hieron. Froben. et Nic. Epiſcop. 1536. 4. — cum notis Erasmi. Lugduni apud Seb. Gryphium. 153.. 8. — cum comment. *Omniboni Vicentini* per *Lucam Olchinenſem* artium et legum profeſſorem recognitae. Venet. per Bened. Auguſtinumque Bindonos. Venet. 1525. fol. ap. Maittaire in indice. — poſt Erasm. emendati a *Petro Bauduino* Sampaulino reſtituti; cuius caſtigationes et ſcholia ſeorſim excudentur. Pariſ. ap. Io. Roigny, excud. Io. Lodoicus. 1538. 8. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 289. qui partem praefationis in nota a recudi fecit. — cum comm. Vallae, Beroaldi, et Ioach. Camerarii et cum ſcholiis Erasmi Roterod. Iani Pagnini et P. Manutii. Pariſ. apud Vaſcoſan. 1549. 4. — per D. Erasm. Roterodamum acri iudicio reſtitutae, emendatae et ſcholiis — illuſtratae. Colon. 1556. 8. — per *Erasmum.* Londini ex offic. Io. Kingſton. 1577. 8.

Ad pag. 152. *lin.* 16.

— Tuſc. disputat. libri V. Londini typ. Guil. Bowyer. 1758. 8. — Noua recenſio

et

*) Praefatio ſcripta eſt VI. idib. Febr. 1510. et prima editio illo anno iam prodiiſſe videtur.

et omnino critica eſt edit. in qua lectio Erneſtina vltra ſexcenties eſſe mutata fertur. *M. T. Cic.* Tuſcul. disputationum libri V. ex recenſione *Frid. Aug. Wolfii,* (Prof. Halenſis.) Acc. diuerſitas lectionis Erneſtianae. Lipſiae 1792. 8. Maior editio cum commentario promiſſa eſt in praefatione: ſed nondum vidit lucem.

Anglicae verſiones, quas *Brüggem.* l. c. pag. 496. vberius recenſuit, ſunt, *Jo. Dollmani,* Londini 1561. 8. — anonymorum, ibid. 1683. 8. — Oxon. 1714. 8. et Londini 1758. 8. — *Theotiſcis add. M. T. C. tusculaniſche Unterſuchungen* — in fünf Büchern. Mit kurzen Anmerkungen herausgegeben von *I. I. von Hüber.* Heilbronnae et Rothenb. ad Tubar. 1795. mai. 8. — *Cic. fünfte tuskul. Unterſuchung,* aus dem Latein. mit Anmerkungen eines kritiſchen Philoſophen, in *I. Guil. Andr. Kosmann* allgem. Magazin für kritiſche und populaire Philoſophie, tom. I. part. II. nr. 7. Bresl. 1792. 8. — *Das erſte Buch der Tuſculan. Reden von Cicero,* überſetzt vom Prof. *Drück,* in *Car. Phil. Conz* Muſeum für die griech. und röm. Litteratur. Tiguri et Lipſ. part. I. 1794. m. 8. pag. 28 — 69. et part. II. 1795. pag. 31 — 82. — *Cicero's* Abhandlung über die Zulänglichkeit der Tugend zur Glückſeligkeit. Eine von deſſen Tuſcul. Unterſuchungen (ſcilicet, quinta disput.) verdeutſcht und

mit

mit Anmerkungen und Vorerinnerungen begleitet von *Chr. Fr. Böhme*, Lector am Gymnaſio zu Altenburg. Altenburg 1797. 8. Acriore eget lima verſio.

M. T. Cic. Tuſcul. quaeſtionum aphoriſmi, h. e. ſeparatae ſelectaeque ſententiae, cum explicatione *Hieronymi Wolfii* etc. Baſileae ex offic. Heruagiana, per Euſeb. Epiſcopium. 1580. 8.

Richard Bentleii emendatt. in M. T. C. disputatt Tuſculan. Cantabrig. 1709. 8. — Noua emendatio loci cuiusdam in tertio libro tuſc. quaeſt. cum obſſ. in edit. Cantabrig. in: the preſent State of the Republick of Letters. Octob. 1728 art. VII. et iudicium de illa emendatione, ibid. Nou. art VII. — A Review of the Paſſage in *Tully's firſt Tuſculan* disp. concerning *Pherecydes's* notion of a future State, againſt Mr. *Warburton*. By *Thom. Bott*, M A. Londini 1744. 8.

Frid. Wilh. Dan. Snell Bemerkungen über eine Stelle aus *Cic.* tuskulan. Unterſuchungen I. B. 29. Kap. Gieſſae 1790. 4. — *H. F. Niſſen* animaduerſſ. in libr. de fin. B. et M. Altonae 1791. — eiusd. curae noviſſimae in M. T. C. Tuſcul. quaeſtion. ibid. 1795. 8. ſed parum probantur criticis. — *Car. Ludou. Richter* Rect. progr. de libera, quam Cicero (Tuſc. I. 30.) vocat, Socratis contumacia. Caſſelis. comment. I. 1788. — III. 1790. 4.

Ad pag. 152. *lin.* 20.

— De natura deorum, Regii, ap. Bazaler. de Bazaleriis. 1488 et 1495. fol. — de N. D. libri elegantiſſ. qui ante inſcitia chalcographorum deprauati, iam ſaeuiori ad vnguem lima expoliti et a pluſculis mendis vindicati ſunt. ſ. l. et a. (Lipſiae) fol. vid. *Leich.* de origine — typogr. Lipſ. p. 104. — de N. D. de legibus, acad. quaeſt., de diuinatione, de fin. B. et M. de petitione conſulatus, ſomnium Scip. Venet. apud Chriſt. de Penſis. 1494. fol. — de N. D. de diuinat. de finibus B. et M. de petit. conſul. ſomn. Scipionis, fragm. libri de republ. ibid. ap. Sim. Beuilaquam. 1496. fol. — de N. D. de fin. B. et M. de legibus. Bonon. apud Benedict. Hector. 1494. fol. — ſ. l. 1499. fol. — de N. D. Pariſ. ap. Sim. Colinaeum. 1533. 8. — ibid. ap. Io. Lodoicum Tiletanum. 1544. 4.

Ad pag. 153. *lin.* 6.

M. T. C. de nat. deor. libri III. Acced. *Bouherii*, *Dauiſii* et aliorum inſigniores lectt. varr. et coniecturae. Glasguae. exc. Rob. Foulis. 1741. 12. — Recentiſſima notisque eruditis inſtructa eſt editio:

M. T. C. libri tres de N. D. ex recenſione Erneſtina, et cum notis perpetuis *Chr. Vict. Kindervater*, A. A. M. et paſtor eccl. Pedelwicenſis. Lipſiae 1796. 8. — Idem ille

V. D.

V. D. antea commentarios vberrimos in illos libros conſcripſerat: *Anmerkungen und Abhandlungen philoſophiſchen und philologiſchen Inhalts über Cicero's Bücher von der Natur der Götter.* Lipſ. *Erſter Band.* 1790. — II. B. 1792. m. 8. conf. *Ien.* A. L. Z. 1791. m. Ian. nr. 20. p. 158 ſqq. et a. 1794. nr. 167. et *Salisburg.* A. L. Z. 1793. nr. 36. — In linguam *anglicam* translati ſunt illi Ciceronis III. libri, Lond. 1683. 12. — cum notis et dispp. varii generis, (a *Thom. Franklin.*) Londini 1741. 8. — rec. 1775. 8.

Facciolati emendatt. in libr. I. de N. D. nr. 32. in New Memoirs of Literature, m. Mart. 1727. pag. 206 — 208. — *Xyſti Betuleii* commentarii in Cic. libr. III. de N. D. et Paradoxa. Baſil. apud Io. Oporin. 8. — *Germ. Aug. Ellrodii* programm. 1) ad lib. I. cap. 33. §. vlt. Cic. de N. D. Baruthi 1735. fol. — 2) de pietatis et ſanctitatis definitione, ex mente *Cic.* de N. D. I. 41. ibidem 1736. fol. — 3) Locus ex libro I. cap. 42. nr. 119. *Cic.* de N. D. illuſtratur. ibid. eod. anno. fol. — 4) comment. ad loca quaedam libri II. de Nat. Deor. 1737. fol. — 5 — 8) Obſſ. ad capp. XV — XVIII. libri II. de N. D. ib. 1738 — 1739. fol. — 9) ſuper quaeſtione, num M. T. Cic. inuenienidae typographices occaſionem dederit. ibid. 1741. fol. add. Introd. II. pag. 162.

Cic. de diuinatione. Venet. 1487. fol. — de diuin. et de legibus. Regii. ap. Bazaler. de Bazaleriis. 1489. fol. — Pariſ. ex offic. Peregrini Caluarini. 1539. 8. — de diuinat. cum comm. *Petri Marſi* et *Iul. Obſequentis* de Prodigiis. Pariſ. ex offic. Mich. Vaſcoſani. 1542. 4. — *Dauiſii* edit. prodiit etiam Cantabr. 1721. 8. et 1741. 8. — Praeclara eſt et critica ed. cuius quidem baſis eſt Dauiſiana II. ſed ſaepius refićta: *M. T. Cicer. libri de diuinatione* ex recenſione et cum notis *Io. Iac. Hottingeri.* Lipſiae 1793. 8. Multa tamen vel ſub examen vocantur, vel emendantur a cenſore in noua vniuerſali bibl. Kilon. vol. VIII. part. I. faſc. IV. a. 1794. pag. 458 ſqq. — Idem *Hottinger*, V. doct. egregie transtulit illos *Cic.* libros in linguam germanicam. Tiguri 1789. 8.

Cic. de fato, cum explanat. *Georg. Vallae.* Pariſ. in aed. Io. Confluentini. 1509. 4. v. *Maittaire* II. pag. 200. — *Cic. de fato*, commentatione logica ita explicatus, vt et logicae Ariſtoteleae genuinus vſus dilucide monſtretur, et grauiſſima de fatali neceſſitate, deque contingentia quaeſtio, tum ex Ariſtotele eiusque interpretibus, tum ex aliis autoribus et theologorum ſcriptis oſtendatur. Scriptus a *Salomone Gesnero*, S. theol. D. et Prof. in acad. Witeberg. etc. Witebergae, exc. Sim. Gronenberg. 1594. 8. — de fato liber cum notis criticis et grammat. *I. H.*

Bre-

Bremii. Lipſ. 1795. 8. conf. Ien. A. L. Z. a. 1795. m. Octobr. nr. 258. p. 164 ſqq.

Ad pag. 153. *lin.* 13.

Cic. libri *de fato et legibus.* edit. vetus, litteris quadratis excuſa, circa a. 1475. absque indicatione vlla, fol. Sic indicatur illa ed. a *Guil. Franc. de Bure* in Catalogue de Livres du Cabinet de feu Mr. Louis Jean *Gaignat*, Paris 1769. 8. tom. I. p. 389. (vbi plures variorum Ciceronis opp. editiones a pag. 382. memorantur,) nr. 1497.

De legibus. Pariſ. ex offic. Ger. Morrhii, Campenſis. 1530. 8. — ibid. ap. Lud. Grandinum. 1553. 4. — ibid. ap. viduam Mauricii a Porta. 1555. 4. — cum P. Victorii caſtigation. aliquot locorum. Colon. excud. Io. Gymnicus. 1543. 8. — ibid. excudebatur Gualthero Fabricio. 1558. 8. — *de legg.* liber primus, apud Petr. Pautonnier. Pariſ. 1602. 4. — *Dauiſii altera* edit. prodiit Cantabrig. 1745. 8. — De *Turnebi* comment. diſſerit Dauiſ. in praefat. adde, quae adnotaui in Introd. II. pag. 123 ſq. — *Ant. Goveani* in M. T. Cic. libros de legibus annotatt. Pariſ. 1552. 4. — De lege liber. — Recenſuit et adnotatione auxit *I. Fr. Wagner.* Hannouer. 1795. 8. Praeclara eſt edit. cuius virtutes recenſet V. D. in Ien. A. L. Z. a. 1795. m. Aug. nr. 233. pag. 430 ſq. — *Heinze* verſio *germanica* mutato tantum ti-

tituli ſolio etiam prodiiſſe dicitur Gotting. 1788. 8. — *Io. Chapman* diſſ. chronolog. de aetate Cic. librorum de legibus; ſubiuncta eſt *Iac. Tunſtall* epiſtolae ad Conyers Middleton. — Cantabrig. 1741. 8. Lond. 1742. 4. v. *Brüggemann* l. c. pag. 499.

Ad pag. 153. *lin.* 26.

De edd. *Moguntinis Cic. de Offic.* v. etiam catal. bibl. Bunau. I. pag. 284. (vbi alias quoque nec paucae edd. librorum de Officiis etc. indicantur,) atque cl. *Panz.* A. T. II. pag. 115 et 116. — *Moguntina* tamen antiquiorem officiorum eſſe edit., quae vitioſe typis exſcripta eſt, Colon. char. Vlr. Zell, in 4. ſine anno, ſign. cuſtode et pagg. ſuſpicatus eſt *Maugerard*, in litteris ad cl. *Panzer.* datis: vide huius A. T. IV. pag. 492. quae quidem opinio altioris eſſe indaginis mihi videtur. — Edit. *Colon.* in 4. char. Olr. Zellii, ſine anno, ſign. cuſt. et pagg. memorat idem cel. *Panzer.* I. p. 329. quae num cum ſuperiore eadem ſit, nec ne, neſcio. Nam libelli de ſenectute, de amicitia et paradoxa aliis libror. de officiis exemplis illius edit. adiuncti fuiſſe videntur, ab aliis ſecluſi. Sic exemplum, quod libellos, paradoxa, de amicitia et verſus 12. ſapientum tantum continuit, vidit *Meermann.* (v. eius Origg. typogr. tom. I. p. 58 ſq. not.) Aliud exemplum, in quo ſunt Cic. paradoxa et de

ſene-

ſenectute, eſt in bibl. monaſterii ad SS. Vdalric. et Afram Auguſtae Vind. (v. *Braun* notitiam de libris — illius bibl. pag. 61.) — de officiis, Argentorati typis Henr. Eggeſteyn. 1472. mai. 4. v. *Panzer* I. pag. 17 ſq. qui in ſecundo et reliquis A. T. voluminibus tantam copiam editionum ſaeculi XV. adtulit et curate indicauit, vt metuerem, ne vel ſola nudaque illarum repetitione moleſtus fierem lectoribus. Alia autem exempla textum librorum de officiis et reliquorum minorum libellorum modo plurium modo pauciorum vel commentariis deſtitutum habent; vel editi ſunt libri de Officiis cum comment. *Petri Marſi*, vt Venetiis ap. Bapt. de Tortis 1481. et ſine loco 1488. fol. vel libri de Offic. cum illius *Marſi* comm. de ſenectute cum notis *Omniboni Leoniceni*; de amicitia et paradoxa cum notis *Phileteci*, vt Venetiis apud Bapt. de Tortis. 1482. 1484. 1486. ac ſaepius in fol. — Louaniae apud Io. de Weſtphalia, 1483. — ibid. ſ. a. fol. etc. Nonnullas edd. iam memoraui in Introduct. II. pag. 126 ſq. — Quam ego *Neapolitanam* ed. a. 1479. ibi ex Lengnichio ſ. potius ex cat. bibl. Hartſoeckero citaui, eius et pleniorem titulum, et a. 1478. refert *Panzer* IIII. pag. 371. *Cic. de Officiis: Paradoxa: de amicitia; Epiſtolae ad Atticum Brutum et Q. Fratrem.* In fine epiſtolarum: „*M. T. Cicer. epiſtolae — — foeliciter expliciunt*

 M.

M. CCCC. LXX." — Tandem: „Principis latine eloquentie M. T. Cicer. liber quinque operum intitulatus finit foeliciter. Impreſſus Neapoli — anno ſalutis M. CCCC. LXXVIII." (1478.) fol. Atque *Panzer* V, C. vol. II. pag. 160. veretur, ne in illo catalogo Hartſoeck. per errorem annus 1479 pro 1474 poſitus ſit. Nam hoc anno, n. 1474 *Neapoli* in fol. prodierunt Officia, Paradoxa, amicitia, ſeneſt. ſomnium Scipionis, nec non de eſſentia mundi: notante *Maittairio* IV, A. T. p. 335. vbi quoque editiones eorumdem *Cic.* operum, *Venet.* expenſis Io de Colonia Agrippin. et Io. Manthen de Gherretshem. 1477. et, excepto opuſc. de eſſentia mundi, *Mediolan.* per Ant. Zarotum, 1477. fol. memorantur.

Editionem perantiquam *Paradoxorum* et *de ſeneſtute*, ſine vlla anni locique nota, (circa a. 1480.) curate deſcripſit et tam vitia typogr. quam V. L. excerptas dedit *I. G. Hutten* in *Meuſelii* hiſtor. Magazin, part. VI. p. 118 ſqq. Libelli minores eodem ſaeculo vel iunctim, n. *paradoxa*, *de ſeneſtute*, *de amicitia*, *ſomnium Scipionis*, it. *verſ. XII. ſapientum*, vt Dauentriae 1489. 4. — Coloniae 1490. fol. *) — ſ. l. et a. fol. — vel ſingu-

*) A *Leichio* in Supplem. Maittair. ad libr. de origine — typogr. Lipſienſ. citatur: *Tullius* de ſeneſtute = item de amicitia. Coloniae 1490. 4.

ſingulatim, vt *paradoxa* cum nouis Io. Gabr. Senenſis comment. Lipſ. apud Martin. Herbipol. 1492. (v. *Leich* p. 66.) et 1500. 4. (v. *Panzer*. IV. p. 47 et 497.) — de amicitia et paradoxa, ſ. l. et a. (Coloniae apud Vlr. Zell) 4. — de ſenectute, Lipſiae apud Mart. Herbipol. 1500. fol. — de amicitia, ib. 1494. fol. editi ſunt. Praeter ea habeo exemplar, inſcriptum: *M T Cicer de ſenectute. Liber acri cura et diligentia magiſtri Io. Cubitenſis emendatus* In calce: Liptzyk (Lipſiae) per Bacc. Mart. Herbipol. MCCCCCIII. (1503.) fol. — In *Leichii* libro de origine et incrementis typogr. Lipſienſ. praeterea memorantur: *Cic. Lael.* per Mart. Herbipol 1504. fol. — de ſeneċt. per eund. 1507. fol. (eſt repetitio ed. a 1503.) — de amicit. per Thanner. 1508. fol. — 1511. fol. — Paradoxa per Iac. Thanner. 1511. fol. — de Sen. cura Io. Cubit. per Wolfg. Monac. 1514. fol. — Pari modo adhuc, teſte *Panz.* in vol. VI. ab a. 1501 — 1536. ſexies, Argentorati; quater Coloniae; bis Baſileae; ter Cracouiae etc. et ita perſaepe in aliis vrbibus reliquisque illius ſaeculi annis, modo cum notis ſcholiisue, modo ſine illis excuſi ſunt typis. (v. quoque *Maittaire* A. T. ind. pag. 279 et 288 ſqq.) Vt plurimum eſſe ſolent mera exempla vnius alteriusue antiquioris editionis.

A *Leichio* l. c. pag. 86 et 89. citantur: *M. T. Cic.* offic. liber et dialogus de amicitia, Lipſiae per Mart. Herbipol. 1507. fol. et Offic. liber, per Iac. Thanner. ib. 1510. fol. Sed omiſſa eſt mentio editionis, cuius exemplar ipſe habeo: *M. T. Cic. — ad Marc. Cic. — — Officiorum liber incipit.* In calce: „Habes — tres libros Officiorum Tulii denuo ſatis laborioſe emendatos — diligentia Baccal. Mart. Herbipol. etc.“ — Lipſ. 1504. fol. add. Introd. II. p. 128. — *Venetiis* ex officina *Aldina* prodierunt *Cic. de officiis.* 1517. 8. 1552. 1555. 1559. 1564. 1570. 1592. 8. — de offic. de ſenectute, et reliqui libelli minor. cum Theodori Gazae interpretat. gr. 1519. 8. — ibid. additis in extremo opere variis lect. e libris msstis et ex ingenio. 1541 et 1545. 8. — it. 1548. 8. — a *Paullo Manutio.* 1567. 8. — *Aldi Manutii* nepotis comment. in libr. de officiis, de ſenectute etc. Venet. ex typographia Ge. Angelerii, ſumt. Aldi Manut. 1581. fol. v. Serie dell' ediz. Aldine annis notatis.

— Offic. cum notis Eraſmi Roterodami, Phil. Melanchth. et Barth. Latomi. Par. ap. Sim. Colinaeum. 1538. 8. — et Lugd. ap. Seb. Gryph. 1558. 8. — id. lib. ap. Rob. Stephan. 1549. 8.

M. T. Cic. librorum de officiis enarrationes *Viti Amerpachii* correctae ac multis in

in locis auctae. Baſileae per Io. Oporinum, ſine a. nota. 8. cum textu Ciceronis. Praefatio ſcripta eſt Ingolſtadii 1548. in qua poſtquam conqueſtus eſt, ſe miſiſſe ad Cratonem typographum Argentoratenſem, correctionem harum cum nonnullis additionibus ante quam eas edidiſſet ille poſtremo, per interualla quaedam illarum et ordinem inſerto Ciceronis opere; ſed illum emendationem et clariorem alicubi enarrationem prorſus omiſiſſe: ſe, ſcribit, hanc tractationem librumque adhuc ſemel edere, eumque ita correctum, vt illo tempore fuerit ad editionem paratus. Dedicatio priori forſan editioni iam praemiſſa, ſcripta eſt *Vuitembergae* V. id. Novembr. ſed anni indicio non addito.

Opera M. T. C. de officiis libri III. de amicitia liber vnus, de ſenectute liber I. item paradoxa eiusdem. 8. Praefationis dote et loci, anni, atque typographi indicio caret meum exemplum. An eſt pars maioris operis?

— de Offic. libri III. cum commentariis Viti Amerbachii, not. Erasmi Roterod. Philippi Melanchthonis, et disquiſit. aliquot Caelii Calcagnini. Acc. de ſenectute, de amicitia et ſomnium Scipionis, cum notis Erasmi Roterod. et Barth. Latomi, ed. per Petr. Balduinum. Pariſ. Th. Richard. 1550. 4. — *Xyſti Betuleii* chronologia in Cicer. de Offic. amicitia et ſenectute. Lugdun. Th. Pagan. 1556.

1556. 4. — *Cic.* paradoxa, cum comment. variorum illuſtrium; ed. per *Leodegarium a Quercu.* ib. eod. anno. 4. — *Cic.* ſomnium Scipionis, cum comment. varior. ibid. eod. anno. 4. — De offic. cum comment. *Eraſmi Roterod. Phil. Melanchthonis* et varior. Acc. de ſenectute etc. cum notis variorum. Lugd. L. Cloquemin. 1578. 8.

M. T. Cic. de offic. libri III. etc. ex caſtigatione *Io. Boulierii.* Fragmenta poematum, in quibus continentur *Aratea. Quinti* fratris de petitione conſulatus, lib. ex Dionyſii Lambini emendatione. Londini 1577. 8. — *Cicer.* de offic. ex emend. *Lambini.* ap. Petr. Santandr. 1580. 8. — ed. per *Io. Piſcatorem.* Spirae. B. Albin. 1582. 4. — de offic. Londini, exc. Henr. Middleton. 1583. 16.

Cic. de offic. etc. cum ſcholiis *Fr. Vrſini* et notis *P. Manutii*, ex officina Plantin. ap. Fr. Rapheleng. 1605. 8. — ad Manutian. et Brutinam edit. Hanou. ap. A. Wechel. 1610. 8.

M. T. Cic. Cato maior ſeu de ſenectute libellus, cum diſpoſitione argumentorum et annotatt. per *Ioh. Alburgenſem*, excerptis ex praelectionibus D. Dauidis Chytraei. Roſtochi excuſus per Iac. Tranſyluanum. a. 1572. 8. Praemiſſa eſt tabella chronologica, indicans tempora omnium hiſtoriarum et virorum illu-

illuſtrium, quos in libello de ſenectute Cicero nominatim celebrat. Tum ſequitur argumentum et diſpoſitio; poſthaec ſeries annorum vitae, honorum, rerum geſtarum et ſcriptorum M. T. Ciceronis; dein titulus libri M. T. Ciceronis; Cato maior ſ. de ſenectute ad Pompon. Atticum explicatum; poſt, ſeries familiae Catonum; denique textus libelli in plurimas particulas diſſectus, ſubiuncto ſingulis commentario grammatico et hiſtorico haud ſpernendo. — *Cic.* Laelius cum comment. *M. Rogerii.* Pariſ. 1547. 4.

Ad pag. 154. *lin.* 23.

Cic. de offic. etc. Londini 1664. 8.

Ad pag. 155. *lin.* 6.

Cicero de offic. etc. acc. margini ſectio Transalpina et breues notae ad calcem. Patauii, apud I. Manfre. 1720. 8. — *Pearcii* edit. repetita eſt Londini, apud Beni. Dodd. 1761. 8. — Cantabrigiae 1777. 8. — Londini 1778. 8. — *Cic.* de Offic. etc. Lond. 1754. 12. — ex edit. Olineti. Edinburgi 1758. 8. — Glasguae apud Foulis. 1767. 1784. 12. — Id. liber et *Cic. Brutus*, cum notis *S. Monrad.* Hauniae 1777. 8.

Ad pag. 155. *lin.* 17.

Cic. de Offic. etc. edidit *I. Homer.* Londini 1791. 8. — cum delectu commentariorum in iuuentutis gratiam. Lipſ. 1790. 8.

In

In priore parte maxima pars notarum, in poſteriore autem paene omnes ſunt ex minore Conr. Heuſingeri editione deſumtae. conf. Ien. A. L. Z. a. 1794. nr. 183. menſe Iun. — ad fidem optimarum edd. in vſum germanicae iuuentutis, ſapientiae operam dantis, denuo edidit *D. Mich. Feder.* Würzburg. et Bamberg. 1796. 8. Editor libros in ſectiones non ex ſueto capitum ordine, ſed ſecundum logicam rationem diſtribuit: lectionem vero eam recepit, quae maximam ſibi videbatur habere probabilitatem, notasque adiecit grammaticas.

Libelli minores, qui vulgo adiiciuntur libris de Officiis, noſtro ſaeculo ſeparatim ſunt aliquoties editi.

M. T. C. Cato maior — Glasguae, ap. Foulis. 1748. 12. — Pariſ. apud Barbou. 1758. 32. — *M. T. Cicer.* opuſcula, h. e. Cato mai. Laelius, Paradoxa, ſomnium Scip. et vita litteraria Ciceron. cum adnotatt. Etonae 1768 et 1778. 8. — *Cic. Laelius*, ex rec. *L. Sahl.* Hauniae 1772. 8. — Eclogae ex Ciceronis libello de ſenectute, auctore *I. S. Semler.* 1789. 4. — Cato maior ſ. de Senectute — mit erklärenden Anmerkungen für Schulen und Gymnaſien bearbeitet von *I. Dav. Büchling.* Lipſiae 1797. 8. — Pari modo *Laelius* ab eodem editus, ibid. eodem anno. et *Paradoxa* ad Brutum. Mit hiſtoriſchen und philoſoph. Anmerkungen für die obern

obern Klaſſen etc. auctore eodem *Büchlingio.* Berol. et Stralſund. 1797. 8. de tribus hisce edd. copioſe agitur et iudicatur in Tubing. ephemer. litter. a. 1797. nr. 97. — *M. T. Cic.* Cato maior, Laelius, Paradoxa. Ad fidem optimarum edition. in vſum iuuentutis denuo edidit *D. Mich. Feder.* Wirceb. vniu. bibliothecar. Noribergae 1798. 8. — Somn. Scipionis, ex ſexto libro de republ. *M. T. Cic.* explicatum ex *Petri Rami* praelection. Pariſ. 1546. 8. — *Dionyſii Petauii* parerga quaedam, h. e. *Cicer.* paradoxa et alia eiusd. gr. reddita. Pariſ. 1649. 8.

Ad pag. 156. *lin.* 6.

Verſiones *germanicas* recenſet cl. *Degen.* l. c. pag. 69 ſqq. add. *Cic.* von dem hohen Alter, durch Herrn *Bayer.* Auguſtae Vindel. 1626.

Gallica verſio Cic. de Offic. antiqua, gothico charactere. Lugd. 1493. ibid. 1496. fol. v. *Maittaire* IV. pag. 563 et 628. — verſio, a *P. de Ryer* confecta. Pariſ. 1641. 4. — alia verſio *gallica* libr. de Offic. cum notis. Hagae Com. 1692. 8. — de ſenectute, de amicitia et paradoxa, ſecund. edit. Graeuianam, *gallica* verſio cum notis. Pariſ. 1691. 8. — Iidem libelli, latine ſecundum Graeuian. recenſionem et gallo - francice verſi, per *du Bois.* Pariſ. ap. fratres Barbou. 1725. min. 8. ſ. mai. 12. — de Offic. libri gal-

gallice verſi ab *Emman. Broſſelard*, cum notis et vita Ciceronis. Pariſ. (1792.) v. I n. A. L. Z. m. Dec. 1793. nr. 255. — Nouae Opp. Cic. verſionis gallicae: Oeuvres de Cicéron, traduction nouvelle, Pariſ. apud Moutard 1783. 12. tomi I — IV. prelo exierunt, ſingulisque tomis praemiſſa eſt notitia hiſtorica et critica, ſecundum Journ Encyclopédique à Bouillon, 1783. tom. VII. part. I. pag. 77 ſqq. Reliqui autem operis, nondum abſoluti, tomi num? et quando lucem adſpexerint, equidem ignoro.

Anglicas verſiones latius refert *Brüggemann* l. c. pag. 500 ſqq. Libr. de Offic. *anglice* verſi ſunt a *Robert Whytinton.* Lond. 1534. 8. et 1540. 12. — a *Nic. Grimaldo*, addito contextu latino. Lond. 1553. 1556. 1568. 1574. 8. — 1558. 16. — 1590 et 1596. 16. — a *Brinsley.* Lond. 1616. 8. — ab *Arthur Maynwaring;* anni nota non addita eſt: — a *Roger L'Eſtrange.* Londini 1680. 1681. 1684. 1688. 1699. 1720. 8. — a *Thom. Cockman*, D. D. Lond. 1706. 1714. 1715. 1720. 1723. 1730. 1732. 1739. 1756. 12. Dublin. 1732. 12. Cantabrig. 1776. 12. — cum Catone mai. et reliquis Cicer. libellis philoſ. minoribus, a *Guil. Guthrie*, cum notis hiſtoricis et grammaticis, Londini 1755. 8.

Cic. de amicitia, ſenectute, Paradoxa et Scipionis ſomnium, verſ. a *Thom. Newton.* Lond.

Londini 1577. 8. — Iidem libelli, verſi a *Sam. Parker.* Lond. 1704. 12. Oxon. 1720. 1727. 1731. 8. — *De ſenectute et de amicitia.* 1481. min. fol. — *de ſenectute,* lat. cum anglica *Roberti Whitington* verſione, Londin. 8. ſine a. — *de amicitia,* ab anonymo, Lond. 1562. 8. — ab alio anonymo. Londini 1691. 8. — Glasguae 1759. 12. — Paraphraſis *Laelii* ab *Edwardo Howard.* inter eius poemata et comm. Lond. 1673. 8. — a *Guil. Melmoth,* cum obſſ. Londini 1777. 8. et 1785. 8. — a *Guil. Ellis.* Londini 1782. 8.

De ſenectute, Lond. 1569. — *Cato maior* — a Poem in four parts. auct. *Io. Denham.* Londini 1648. 12. — rec. inter eius poemata et verſiones ibid. 1667. 1668. 1709. 1719. 8. — de ſenectute verſ. ab *Auſtin.* Londini 1671. 1684. 8. — a *Wilſon.* ibid. 1710. 8. — a *Logan.* cum obſſ. Philadelphiae ap. B. Franklin. 1744. 4. Lond. 1750 et 1778. 8. Glasgow. 1751. 12. — a *W. Maſſey* cum notis. Lond. 1753. 8. — cum animaduerſſ. Londin. 1773. 8. ed. II. recognita et correcta a *Guil. Melmoth.* ibid. 1777 et 1785. 8.

Paradoxa anglice verſa a *Roberto Whittinton.* Southwarke. ſ. a. (circ. 1540.) 16.

The Theology and Philoſophy in *Cicero's ſomnium Scipionis* explained: Or, a brief

 attempt

attempt to demonſtrate, that the Newtonian Syſtem is perfectly agreeable to the Notions of the wiſeſt Ancients, and that Mathematical Principles are the only ſure ones. Londini 1751. 8.

Italica librorum de offic. et reliquorum minorum libellorum verſio a nobili quodam Veneto facta, Venetiis. 1528. 4. v. *Paitoni* l. cit. I. pag. 251 ſq. qui reliquas quoque recenſet verſiones *italicas*. — Libr. de officiis et ceteri. Venet. per Io. Anton. de Nicolini da Sabio. 1536. 4. — ib 1539. 8. — iidem interprete *Frid. Vendramin.* 1540. 8. — et recogniti atque correcti a *Ludou. Dolce.* Venet. 1563 et 1564. 8. nec non 1739. 8. — interprete *Io. Auguſtino Zeviani.* Veronae 1737. 8. 1739. 8. — addito textu latino, cum notis. Venet. 1750. 12. — De officiis, interpr. *Matthaeo Facciolato.* Venet. 1750. 32. — De offic. et reliqui minores libelli, verſi a *Domenico Antonio Borgheſi.* Luccae 1753. 8. — ab *Alexandro M. Bandiera* etc. cum notis. Venet. 1754. II. tom. 8. — De officiis cum comment. iuridicis, philoſophicis, politicis et philologicis, auct. March. *Andrea Luigi de Silua.* Florent. 1756. fol. et Venet. 1765. 8. — *de amicitia*, interprete M. *Horatio Cardaneto.* Florent. 1560. 8. — idem libellus lat. cum verſione *Dom. Borgheſi.* Venet. 1763. 8. — I diſcorſi filoſofici di *M. Pompeo della Barba da Peſcia* ſopra

il

il Platonico et divino *ſogno di Scipione* di *M. Tullio.* Venet. 1553. 8.

Libri de Offic. translati ſunt in linguam *vngaricam* ab *Alexandro Kováſznay*, et editi ab *Engel.* Presburg. 1795. — in linguam *Danicam* a *L. Sahl.* Hauniae 1776. 8. — Paradoxa et ſomn. Scipionis in linguam *Luſitanicam* translata per *Duarte de Rezende.* Coimbrae 1531. 4. — Cato maior, per *Damião de Goës.* Venet. 1534. 8.

E multis ſcriptis, in quibus loca librorum de officiis et reliquorum emendantur aut illuſtrantur, pauca nominare liceat. Alias commentatt. laudaui in Introd. II. p. 162 ſq.

Io. Lodou. Viuis Valentini ſomnium: eſt praefatio ad ſomnium Scipionis Ciceronis. Eiusdem vigilia, quae eſt enarratio ſomnii Scip. Ciceronis. (cum Ciceronis ſomnio et Viuis argumento in illud.) In calce: Baſileae ex aedib. Io. Frobenii. a. M.D.XXI. (1521.) 4.

Leon. Baptiſtae Alberti, Florentini, in Cic. locum de Offic. breuis et accurata interpretatio. Baſil. ap. Rob. Winter. 1538. 4. etiam in eius opere, *Triuia* inſcripto, et in Petri Io. Oliuarii ſcholiis in ſomnium Ciceronis. v. Mazzuchelli Scrittori d'Italia, vol. I. part. I. pag. 316. — item in *Viti Ammerbachii* comment. in Cicer. de officiis. Lugd. 1541. 8.

M. Ant. Majoragius in paradoxa Ciceronis. Lugd. ap. Gryphium. 1546. 8.

A. Schurerius in Cic. de amicitia. Lipſ. 1554. 8.

Quaeſtiones in officia M. T. Cic. compendiariam totius opuſculi epitomen continentes, auctore *Thoma Brasbridge.* Oxon. 1615. 8.

Raggionamento ad un amico ſopra Cato Maior Ciceronis. Bonon. 1728. 4.

M. Georg. Sigism. Green, Rect. ſcholae Miſen. de ſodalitatibus quaeſt. M. Catone mai. conſtitutis ad *M. T. Cic.* Caton. mai. §. 45 etc. Miſenae 1743. 4.

Io. Chriſtoph. Gottleberi animaduerſionum ſuper aliquot locis Ciceronis e libr. Offic. ſpecimina nouem (in quibus permulta loca critice potiſſimum pertractantur.) Miſenae a. 1780—1785. 4. — *I. A. Mülleri* quaedam de haereditate cupiditatum ad *Cic.* de Off. II. 8. Miſenae 1790. 8.

I. F. Eckhard progr. quid ſit erudite ſcribere. (Cicero de ſenectute I.) Iſenaci 1788. 4.

I. G. Eccii ad locum Cic. de Offic. II. 13. de modeſtia diſſertat. Lipſiae 1796. 4.

Ch. H. Schmid in praefat. ad catalog. praelection. academic. a. 1790. dedit V. L. codicis antiqui Ciceronis de amicitia. 4.

De metaphraſi Prognoſticorum *Arati* v. Introd. II. pag. 138. Illis addatur

Cice-

Ciceronis Aratus ed. a *Io. Cochanouio.* Cracou. 1579. 4. (v. Ern. Fabric. B. L. I. pag. 204.) et ſecundum catal. comit. de Thott. IV. pag. 300. ibid. 1612. 4. Tum

Cic. fragmenta, a *Car. Sigonio* collecta. Venet. Iord. Zillet. 1560. 8. — *fragmentorum* tomi IV. cum notis *A. Patricii.* Venet. apud I. Zillet. 1565. 4. etc. v. Ern. Fabr. B. L. I. pag. 204.

Ad pag. 156. lin. 7. ſqq.

De *Tunſtali* epiſtola, (quae rec. eſt Londini, 1742. 4.) et *Middletoni* epiſtolis Ciceron. etc. ſunt longae et eruditae cenſurae in nouis act. eruditor. an. 1747. menſ. Iul. pag. 407 ſqq. et m. Aug. pag. 463 ſqq. — et de *Tunſtal* Obſervations etc. ib. a. 1748. m. Nouembr. pag. 631 ſqq. vbi cenſor pag. 641. it in ſententiam Tunſtali, ſperatque, paucos eruditorum porro fore, qui nolint, aut dubitent, in auctore harum Epiſtolarum ſophiſtam impoſtorem agnoſcere. adde Zuverläſſige Nachrichten etc. Lipſ. 1743. part. 44. nr. 1. Hiſtoria illius controuerſiae enarratur a *Windhemio* in praefatione ad verſionem ſuam germanicam *Middleton.* opuſc. de ſenatu romano, Götting. 1748. 8. p. 52 ſqq. et a *Strodtmanno* in: Beyträge zur Hiſtorie der Gelahrheit, part. III. Hamburgi 1749. 8. pag. 249 ſqq.

Oratio pro P. Sulla ab alio V. D. ſpuria habebatur in: A Diſſertation in which the Defenſe of P. Sulla, adſcribed to M. T. Cicero, is clearly proved to be ſpurious after the Manner of Mr. Markland, with ſome introductory Remarks on other Writings of the Antients never before ſuſpected. London. adnotante *Windhemio* l. c. p. 59.

Ad pag. 157. *lin.* 4. *inprimis ad notam* **.

M. T. Ciceronis conſolatio. Liber, quo ſe ipſum de filiae morte conſolatus eſt. Nunc primum repertus et in lucem editus. Londini. exc. Henr. Middleton. pro Gul. Ponſonbio. 1583. 8.

Cic. conſolatio et fragmenta eius. Francof. 1584. 8.

Paracleſis: or, Conſolations deduced from Natural and Revealed Religion: in two Diſſertations. The firſt ſuppoſed to have been compoſed by *Cicero;* now rendered into English: The laſt originally written by *Thom. Blacklock*, D. D. Edinburgh. — Lond. 1767. 8. Middlet. conſolationem aperte ſpuriam eſſe iudicat: Blacklock vero ſecus ſentit. v. *Brüggemann* l. c. pag. 508.

La Conſolatione di M. T. Cicerone. Fatta volgare da *Fortuniano Sanvitali* etc. Parmae. 12. Epiſtola nuncupatoria ſcripta eſt

eſt Parmae 1593. v. *Paiton.* l. c. p. 260. — Ingenii Sigonianiani foetum, quamquam haud tetrum et abiiciendum, fuiſſe *lib. de conſol.* docet quoque, adlatis Lipſii, Franc. Mendogii, Ian. Guilielmi et Clerici iudiciis, *Dau. Richter* in comment. de vita et ſcriptis *Ian. Denoris*, huius *Inſtitution. in M. T. Cic. philoſophiam de vita et moribus* — edit. *Ioach. Meieri*, praemiſſa, pag. 44 ſqq.

Alius ſuppoſititii libri *de proprietatibus terminorum*, edit. Auguſtae per Anton. Sorg. 1488. 4. ex aliorum notitiis memorat cel. *Panzer* I. pag. 113. Bibl. vero acad. Erlang. ſeruat exemplar, in cuius fronte legitur *Cicero de proprietatibus terminorum*, in min. 4. gothico charactere ſaec. probabiliter XV. ſine vlla loci, anni et typographi nota.

Hic notandus quoque eſt ſpurius *Ciceronis* liber, qui paucis abhinc annis ita eſt typis renouatus, vt in fronte libri tantum exſtaret: *Orpheus ſiue de adoleſcente ſtudioſo.* Tum ſequitur dedicatio editoris, *Io. Andr. Folierini* ad Franciſcum Franciſchinium, ex cuius bibliotheca ſe, teſtatur, accepiſſe ſibi conceſſum, *hoc* Κειμηλιον *a paucis viſum, a plurimis expetitum Venetiis iterum poſt bina ſaecula peruulgandum* — *dat. Kal. Septemb.* A. C. M. DCC. XCIII. (1793.) in 4. cum largiſſ. margine. Poſtea primae editionis inſcriptio legitur: *M. Tull. Ciceronis Orpheus,*

ſiue de adoleſcente ſtudioſo, ad Marcum filium Athenas. Nuper inuentus, et in lucem editus, cum priuilegio. Venetiis, M. D. XCIV. (1794.) *apud Io. Baptiſtam Ciottum, typographum, et bibliopolam academiae Venetae.* Dein repetita eſt epiſtola nuncupatoria *Iulii Caeſaris Gluſiani Squarciae* I. C. ad Io. Petr. Ayroldum Marcellinum, medicum ac philoſophum, ſcripta, Mantuae, prid. Non. Iul. M. D. XCIII. in qua narrat, ſe in gaza D. Marci, Venet. inueniſſe multa, partim edita, ſed meliora impreſſis multis partibus, partim non edita; in his *Auſonii* poetae de aurifica philoſophia, quam alchimiam vocant, paruam iſagogen, ſatis eruditam et minime obſcuram; item fragmenta quaedam ex libris, vt ſibi quidem videtur, *de republ. M. T.* et libellum *de Orphei moribus et vita, Ciceroni inſcriptum.* Poſtquam rogauerat Marcellinum, vt Libellum iſtum typis deſcribendum curaret, *mitto*, inquit, *ad te Orpheum, quem vel ipſius eſſe Ciceronis, vel ex officina alicuius prodiiſſe, qui proximus aetati Ciceronis vixerit, tute, qui mihi inſtar es omnium Manutiorum, teſtis eſſe poteris.* Auſonium, tradit, ſe commendaſſe Gaspari Soromano patricio Mediolanenſi, in *fragmentis* autem *de republ.* characteres ac effigies litterarum eſſe ita vetuſtate detritas, vt paſſim vix vel nullo modo adpareant, vt egeant limatiori ingenio et homine magis vacuo. Libellum

bellum Pſeudo-Ciceronis excipit denique brevis *M. B.* adlocutio ad cultores antiquitatis, in qua „caueant, ait, ne tamquam genuino M. T. Cic. partu donari putent, cuius vetus exemplum in Veneta D. Marci bibliotheca exſtare, Fabricius *) aliique viri clariſſimi memoriae prodiderunt, ambage verborum decepti, quibus Squarcia Orpheum praefatus eſt: ſi quid autem mihi fari licet, *non ipſo Squarcia vetuſtiorem, nec alio natum patre ſuſpicer* **), cui Sigonii auctoritas et exiſtimatio exemplo eſſe potuit, qui decennio ante libros de conſolatione M. T. Ciceroni attributos non ſine laude vulgauerat.“ In vltima pagina legitur: „Orpheum rarum opus Io. Andreas Folierinus poſt bina ſaecula Venetiis iterum imprimendum curauit — — A. C. M. DCC. XCIII. Kal. Septemb. *ad centena exempla.*“ Quod ipſa haec editio in paucorum veniet conſpectum, ego paullo fuſius de ea disputaui.

*) In B. L. I. pag. 215. vbi dicitur ed. *Cic. Orphei* prodiiſſe, *Regiomonte* 1643. 8. ſed in catal. bibl. Thottianae, tom. IV. p. 300. citatur illa editio, *Elbingae Boruſſor.* 1643. 8.

**) Enimuero Squarciae ſtilus in praefatione minus latinus differt a ſtilo operis ipſius, ad exemplum Ciceronis facti. Forſan alius, ſiue aequalis Squarciae, ſiue antiquior, callidus fuit operis illius architectus, et ipſe Squarcia deceptus.

Ad pag. 160. *§.* 7.

Tanta varii generis variaeque molis librorum, in quibus Ciceronis vel vita, vel ingenium, doctrina et diſciplina, vel ſcripta locaque illorum ſingularia, explicantur illuſtranturque, exſtat copia, vt omnino verendum ſit, ne vel nuda eorum commemoratio multas impleat paginas plagellasue, et tamen manca ſterilisue adhuc aliis videatur. Atqui quum *Fabricius* in B. L., *Brüggemann* l. c. pag. 508 ſqq. aliique, cum primis cat. bibl. *Thottian.* tom. IV. pag. 300 ſqq. ac *Burmanni* II. pag. 65 ſqq. et pag. 179 ſqq. et cel. *Meuſel.* in Bibl. hiſtor. vol. IV. part. I. p. 277 — 299., amplum permultorum, quae huc pertineant, ſcriptorum, nec tamen omnium, catalogum praebent: iis, quae in Notitia et Introduct. iam adtuli, pauca tantum addam.

Ad pag. 161. *lin.* 26.

Fabricii vita Ciceron. primum Coloniae 1563. 8. deinde ſaepius ab aliis edita, denique cum praef. *Heuſingeri*, *Budingae* 1727. 8. prioribus tantum Erneſtinae editt. Opp. Cicer. praemiſſa eſt, in nouiſſima autem omiſſa.

Vita M. T. Cicer. in annos diſtincta ac in epitomen ſecundum artem Mnemonicam redacta *) a *D. I. Paëpp* Galbaico, cui adiuncti

*) Leuis et breuis opella. Vitae enim narratio implet tantum 25. pagg. ſed quoniam cl.

iunƈti ſunt catalogi Pontificum et Imperatorum a mendis purgati quae typographorum incuria in Schenckelio deteƈto irrepſerant. Lugduni ſumt. auƈtoris et venundantur apud Barthol. Vincentium. 1618. mai. 8.

Artificioſae memoriae fundamenta, ex Ariſtotele, *Cicerone*, Thoma Aquinate, aliisque praeſtantiſſimis doƈtoribus petita, figuris, interrogationibus ac reſponſionibus clarius, quam vnquam antehac, demonſtrata a D. *Ioan. Paëpp* Galbaico, cui etiam praeter modum commodiorem eadem ſine locis praeſtandi, quae cum illis, alia nonnulla eiusdem artis inaudita adiunguntur. Lugduni ſumt. auƈtoris et venundantur ap. Barth. Vincent. 1618. — Εἰσαγωγὴ ſeu introduƈtio facilis in praxin artificioſae memoriae a *D. I. Paëpp*, Galbaico. ibid. eod. anno. — *Schenckelius detextus:* ſeu memoria artificialis haƈtenus occultata, ac a multis quamdiu deſiderata: nunc primum in gratiam optimarum artium ac ſapientiae ſtudioſorum luce donata. A. *I. A. P.* G. S. P. D. Hanc artem principes et alii nobiles, cum eccleſiaſtici tum ſeculares

cl. *Meuſel.* l. c. pag. 281. |nihil ſibi, ſcripſit, nec de illo libro nec de eius auƈtore conſtare: ego vero in vno volumine et vitam illam et alia illius opuſcula, iunƈtim compaƈta eodemque anno edita poſſideo: ſupra omnia iſta opuſcula indicare, haud iucommodum videbatur,

culares addidicerunt, exercuerunt et mirifice probarunt, vt ex ſequentibus notum fiet. Lugd. ap. Barthol. Vincentium. 1617. m. 12. Multa lepida continent illi libelli.

M. T. Ciceronis vita, ex optimis quibusque ſcriptoribus delibata, et in compendium redacta, cura *Io. Harmari.* Oxon. 1662. 8.

Iac. Angeli hiſtorica narratio de vita rebusque geſtis M. T. Ciceronis primum edita eſt a *Wolf. Periſtero.* Berol. 1553. 8. v. *Meuſel.* l. c. pag. 278. ſed omiſſa eſt edit. Wittenb. 1564. 8. (v. catal. bibl. Burmanni II. pag. 179.) — De nummis gemmisque, imagine Ciceronis inſignitis, ſtatuisque Cicer. v. *Klotzii* lect. Venuſin. pag. 64 ſqq. vbi quoque notauit artificum fraudem, qui in gena Ciceronis ſiniſtra cicer fingerent. In Marmoribus Oxon. (Oxonii 1763. fol.) tab. XXI. conſpicitur Cicero togatus, geſtu oratorio, dextra tenens ſudorium, ſiniſtra libellum: de quo marmore v. *Klotzii* acta litter. voll. II. part. II. pag. 124.

Ad pag. 161. *fin.*

Add. *Marii Nizolii* Brixellenſis Obſeruationum in *M. T. Ciceronem*, (ſcil. in omnia Ciceronis opera.) partes II. ad pratum Albuini, in aedib. Io. Franciſci Gambara. 1535. m. Ian. II. voll. fol. de qua prima raraque edit. v. *Quirini* ſpecim. litteraturae Brixian. p. 149. *Bolongar. Creuennae* catal. raiſon.

raiſon. III. pag. 85. et *Panzer.* A. T. VI. pag. 341. — Nizolio Didaſcalus ſiue monitor Ciceronianorum Nizolianorum, dialogus *Henr. Stephani.* 1578. 8. — *Plexiaci* (Abb. Brocharo,) Lexicon philoſophicum — —. In prima parte materia philoſophica, vt a *Cicerone* tractata eſt, ſeruato rerum ordine, continetur: in altera vero, quae vocc. a Scholaſticis, vt aiunt, nouata ſunt, aut barbare et horride vſurpata, ab vſitatis et latinis vocibus ordine litterarum ſecernuntur. Hagae Comit. 1716. 4.

Ad pag. 162. *lin.* 20.

Middletoni vita etc. primum auctoris ſumtu lucem adſpexit Londini 1741. m. 4 — quartum 1750. 8. — ſeptima edit. Londini 1757. 4. accepit additiones. denique Lond. 1759. III. vol. 8. — rec. Baſil. ap. Thurneyſen, 1789. IIII. voll. 8. — In linguam *germanicam* iterum translata eſt a *G. K. F. Seidel.* Dantiſci. IV. voll. a. 1791 — 1793. 8. — *Francogallice* verſa eſt aut potius truncata valdeque pro arbitrio mutata, ab *Anton. Franc. Prevoſt d'Exilles.* Pariſ. 1742. 12. IIII. voll. — a. 1743 — 1744. in 12. V. voll. et 1749. 12. IV. voll. — *italice* a *Iac. Fabrizi*, Veneto, Venet. 1744 — 1748. 8. V. voll. quorum vltimum volumen continet: „Appendice alla ſtoria della vita di *M. T. Cicerone. Lettere di M. T. Cic. a*

M.

M. Bruto e di Bruto a Cicerone: col teſto *latino* a rincontro, con annotazioni a ciaſcuna lettera, ed vna diſſertazione preliminare, in cui ſi vendica l' autorità delle medeſime lettere e di propoſito ſi conſiderano e ſi confutano tutte le obiezzioni del rev. Sig. Tunſtal al Sig. C. Middleton, v. (*Strodtman*) Beyträge zur Hiſtorie der Gelahrheit etc. part. III. p. 253. — Repetita eſt typis verſio illa italica Neapoli 1748 — 1750. 12. V. voll. — Romae 1777. 12. V. voll. De virtutibus operis Middleton. bene copioſeque diſſeritur et iudicatur a viro quodam docto in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, vol. VIII. pag. 452 ſqq. et a cl. *Meuſelio* l. c. pag. 282 ſqq.

Morabini hiſtoria Ciceronis gallice ſcripta, prodiit Pariſ. II. voll. 1745. 4. — Idem *Mor.* ſcripſit Hiſtoire de l'Exile de Ciceron. Pariſ. 1726. 12. omnemque hiſtoriam hauſit ex ipſis Cicer. epiſtolis atque orationibus. — Ille liber in linguam *anglicam* translatus eſt Londin. 1725 et 1736. 8.

An account of the life and writings of Tully, by *Edmund Burton*, Eſq. — Cambridge, in eius Ancients Characters deduced from claſſical Remains. 1763. 8.

Chriſtian. Ioſ. Iagemann in: Geſchichte der freyen Künſte und Wiſſenſchaften in Italien, tom. I. Lipſiae 1777. 8. de Cicerone poeta,

poeta, pag. 171 ſq. de Cicer. eloquentia ſtudiisque et magiſtris p. 221 ſqq. de eius philoſophia et theologia, pag. 253 ſqq. aliisque rebus breuiter, at bene diſſerit.

Libellis de Ciceronis villis a cl. *Meuſelio* l. c. pag. 298. citatis, addi poſſunt: *Io. Luc. Zuzzeri* ſopra un antica villa, ſcoperta ſopra Fraſcati nelle appartenente della nuova villa di Collegio Romano. Venet. 1746. — cuius ſententia refutata eſt in lib. de Tuſculano M. T. C. nunc Crypta-Ferrata aduerſus Io. Lucam Zuzzeri, ſoc. Ieſ. *Baſilii Cardoni*, Abbatis S. Baſilii M. de vrbe disceptatio apologetica. Romae 1757. m. 4.

De *philoſophia Cicer.* multi ſcripſerunt. v. Introd. II. pag. 147 ſq. His accedit *Henr. Dodwell*, cuius apologia operum Ciceronis philoſophicorum ſubiuncta eſt verſioni librorum Cicer. de Finibus anglice a *Sam. Parkero* confectae editaeque Londini 1702. 8. Illa autem apologia *gallice* verſa, ſeparatim euulgata eſt: *Apologie des Ouvrages philoſophiques de Ciceron par Mr. Dodwell.* à Londres 1702. 8. cuius argumentum late expoſuit *de Windheim* in Bemühungen der Weltweiſen vom I. 1700 — 1750. tom. III. Noribergae 1752. pag. 79 — 88.

Penſées morales de Cicéron, recueillies et traduites par Mr. *Levesque*. Pariſ. 1782. 12. Ex Middletoni Hiſtoire de Cicéron, ſecundum

cundum verſionem Prevoſt. excerpſit notabiliora. De comparando quidem Cicerone cum Seneca ratione frequentium poſterioris ſententiarum moralium bene iudicauit; ſed minus acute recteque de Ciceronis notatione, eiusque operibus et ſcribendi genere.

Philoſophiſches Leſebuch aus Cicero's Schriften zuſammengetragen, mit erklärenden Anmerkungen und einigen kleinen Abhandlungen, wie auch mit einer kurzen Geſchichte der griechiſchen und römiſchen Philoſophie begleitet von *Chriſtian Wilh. Snell.* Francof. ad Moen. 1792. 8. Laudatur in ephem. litter. Gotting. 1793. nr. 162.

De *Ciceronis* itinere litterario, ſtudiis philoſophiae atque eloquentiae et de eius praeceptoribus bene ſcripſit *I. G. Walch* in diatribe, de amoenitatibus hiſtoricis ex Ciceronis peregrinationibus collectis, in Parergis academicis, Lipſiae 1721. 8. p. 161 — 196. et de Ciceronis ſtudiis logicae. pag. 553.

Deſiderii Iacotii Vandoperani de philoſophorum doctrina libellus ex Cicerone. Oxonii e typographeo Clarendon. 1769. 8. et ſubiunctus nono Operum Cicer. volumini, ibid. 1783. 4.

De *iuriſprudentia* Ciceronis v. Introd. II. pag. 149. et *Meuſel.* l. c. pag. 293 ſq. quibus addes, *Schultingii* orat. de iurispr. Cic. notis illuſtratam *Londini* quoque per *Robertum*

tum Eden. 1761. 4. eſſe euulgatam. — *Io. Luzac* obſ. apologet. pro Ictis romanis ad locum *Cic.* in orat. pro Murena, cap. 11 — 13. Lugd. Bat. 1768. 4. — *Henr. Conſtant. Cras* diſſ. qua ſpecimen iurisprudentiae Ciceronianae exhibetur, ſiue Ciceronem iuſtam pro A. Caecina cauſſam dixiſſe oſtenditur. Lugd. Bat. 1769. 4. — *Walwyk* diſſert. ad *Cic.* orat. pro Archia. Lugd. Bat. 1776. 4. — *Bachii* hiſtor. iurisprud. rom. lib. II. cap. II. §. 43. pag. 246 ſqq. ed. Stockmanni.

Ad pag. 163. *lin.* 25.

Contra *Püttmanni* diſp. et aliorum ſententias M. *Chriſt. Aug. Schwarz*, Conrect. Görlit. ſcripſit progr. Inquiritur, an Cicero ob Milonem defenſum ſit reprehendendus. Görlitii 1789. 4.

Püttmanni programma de vtilitate e lectione ſcriptorum *M. T. Ciceronis*, praecipue orationum Tullianarum, in diſciplina iuris criminalis capienda. Lipſ. 1789. 4. — rec. in *Püttmanni* Miſcellaneorum libro ſingulari, ibid. 1793. 8. c. 19.

De iure ciuili a *M. T. Cicer.* in artem redacto ſcripſ. diſp. *Io. Gotthelf Hornemannus*, Lubena-Luſatus, praeſide *Hauboldo.* Lipſiae 1797. 4. Ciceronem de eiusmodi labore et opere cogitaſſe, dubitari nequit, atque colligi poteſt ex libr. I. de orat. 42. et quibusdam ſpeciminibus in Topicis, Gellii-

que et Chariſii teſtimoniis. *Hornemann* adſentitur Bynkershoekio, Ciceronem incepiſſe quidem opus, nec vero abſoluiſſe, ſecundum *Quinctil.* XII. 3, 10. *M. Tullius non modo inter agendum numquam eſt deſtitutus ſcientia iuris; ſed etiam componere aliqua de eo coeperat.* Cenſor tamen in ephemer. litter. Göttingenſ. a. 1798. plag. X. p. 96. locum Gellii intelligit de cogitatione et conſilio Ciceronis, aut illum a Gellio citatum librum Ciceronis, inſcriptum de iure ciuili in artem redigendo, egiſſe tantum videri de neceſſitate aut vtilitate iuris in artem redigendi, non contiuuiſſe quamdam illius ſciagraphiam.

Ad pag. 164. *lin.* 10.

Baden. proluſ. qua conſtantia Ciceronis in iudiciis de hominibus rebusque defenditur, et eiusdem proluſ. de poetica facultate M. T. C. recuſae ſunt in illius Opuſc. latinis. Hauniae 1793. mai. 8. nr. 19 et 22. — *Cicero relegatus* etc. Iis, quae in Introd. II. pag. 150. ſcripſi, adde nouam *Hallbaueri* edit. ſupra pag. 71 ſq. memoratam. — Praeterea alia pauca notanda ſunt ſcripta, quae huc pertinent:

Olai Brehmeri M. T. Cicero laudatus ciuis in bello ciuili diſſert. hiſtor. politica, praeſ. *Petro Lagerloof.* Holmiae 1695. min. 8. — *Acronis Dahleri*, Calmarienſis, diſſ. politico-moralis demonſtratura, Ciceronem

neque

neque Caeſari, neque Pompeio, ſed ſaluti patriae in bello ciuili fuiſſe addictum. Vpſal, 1773. 4.

Clauis eloquentiae *Ciceronianae*, ſiue Rhetorica ex *Ciceronis* operibus excerpta, ſuamque ipſius artem oratoriam exhibens. Editore *T. Turner*. Londini 1755. 8.

Hier. de Bono diſſ. de medica facultate in M. T. Cicerone comperta, in Nuova Raccolta d'Opuſc. ſcientif. tom. III. p. 129 ſqq.

Ioſ. Greatti in Saggi ſcientifici e letterarii dell' Academia di Padova, tom. III. part. II. Patauii 1796. 4. defendit Ciceronem a crimine mordacium dictorum, contra Plutarch. in vita Ciceronis.

Penſées de Cic. par *d'Olivet*. (v. Introd. II. p. 157.) — Idem fere liber, inſcriptus: *M. T. Ciceronis Eclogae:* Geſammelt vom Herrn Abbt *d'Olivet*, und zum Gebrauch der Zürcheriſchen Schule von Neuem mit Anmerkungen erläutert. Tiguri 1783. 8. Editor priſtinis notis ſubſtituit meliores, tam verba, quam res explicantes. — Obſſ. in Cic. de inuent. II. 7. de orat. I. 36. II. 24. 66. pro Roſcio Amer. c. 31. 35. in Braunſchw. Journal. 8. Stück. 4.

Verſuch einer praktiſchen Anleitung zu Cicero's Schreibart von *Karl Heinr. Sintenis*, Director des Zittauiſchen Gymnaſii. Lipſiae 1794. mai. 8.

Uebungen in der Ciceronianiſchen Schreibart, vorzüglich in Hinſicht auf Numerus und Periodenbau — von M. *Frid. Wilhelm Hagen.* II. partt. Erlangae 1795 ſq. 8. Tertia particula eſt inſcripta: Materialien zu Uebungen in der Ciceronianiſchen Schreibart für Gymnaſien und Schulen. ibid. 1798. 8.

I. F. Eckhardi prol. de legatione libera, cuius mentio fit in epiſtolis Ciceronis. Iſenaci 1789. 4. — *Erasm. Möller.* de eo, quod intereſt inter dicendi genus epiſtolare Ciceronis et Plinii Secundi. Hauniae 1790. 8.

Tanta denique eſt copia obſeruationum, emendationum atque animaduerſionum etc. in omnes aut ſingulos Ciceronis libros aut ſelecta loca, quae a viris doctis vel in peculiaribus libris ſcriptae ſunt, aut oblata occaſione per aliorum auctorum editt. aut per libros, *animaduerſiones, pericula, opiniones, emendationes,* etc. inſcriptos, aut alicubi ſparſae, vt vel plena earum enumeratio iuſtum impleret volumen, et vero meam vinceret induſtriam atque diligentiam. Atqui multorum V. D. labores partim iam in notitia et in his ſupplementis ſparſim indicaui, partim in Introd. II. pag. 158 ſqq. Haud paruum eiusmodi libellorum obſeruationumque in Ciceronis libros locaue numerum partim coegit auctor catalogi Bünauiani I. pag. 288 — 291. partim *Gruterus* in voluminibus, *Lampas*

pas etc. (v. ſupra pag. 40.) inſcriptis exhibuit. Quae cum ita ſint in colligendo, quamquam exiguo, ſpicilegio acquieſcam.

Fuluii Vrſini in omnia opera Ciceronis notae. Antwerp. ex offic. Chriſtoph. Plantini. 1581. 8.

In noua *Mureti* Opp. editione, curata a *Dau. Ruhnkenio*, Lugd. Bat. 1789. IV. voll. 8. infinita Cic. loca tum paſſim, oblata occaſione, emendantur aut illuſtrantur, tum ſingulari opera in tom. II. in permultis variarum lectionum capitibus. A pag. autem 521. eiusdem tomi eſt *Mur.* commentarius in Ciceronis Catilinarias; ibid. a pag. 973. ſcholia in Cic. Philippicas; ibid. pag. 779 ſq. ſcholia in primam Tuſcul. a pag. 800. ſcholia in Offic. a pag. 824. in V. libros de finibus et a pag. 858. in orat. pro Deiotaro.

Markland in epiſtola critica ad Fr. Hare, (Cantabrigiae 1723. 8.) pag. 23 ſqq. et pag. 26 ſq. duo loca Cic. de N. D. II. 16. ac III. 35. atque pag. 45 ſqq. Cic. II. de diuin. c. 21. et pag. 120. locum ap. Nonium face critica illuſtrat.

Io. Toup tam in ed. Dionyſii Longini, Oxon. 1778. p. 159 et 194. quam in Emendatt. in Suidam et Heſychium, Oxon. 1790. aliquot Ciceronis loca emendat aut vindicat. — *Petr. Paul. Iuſtus* in ſpecimine obſeruatt. criticarum, Viennae 1765. 4. pag. 5. 32. 68—74. quaedam Cic. loca aut defen-

 dit

dit ab aliorum criſi aut emendat illuſtratue. (conf. Klotzium in actis litter. vol. II. part. III. pag. 328 ſqq. vbi is inter alia de loco Ciceronis in Catilin. I. cap. 8. diſputat.) — *Imm. Io. Gerh. Scheller* in Obſſ. in priſcos ſcriptores quosdam. Lipſiae 1785. 8. pag. 1 — 248. Omnia Ciceronis ſcripta critice pertractat, et ſaepe rem habet cum Erneſti

Io. Hildebr. Withof in: *Kritiſche Anmerkungen über Horaz* etc. (v. ſupra p. 48.) *I — IV. Stück.* Düſſeldorf. 1791 — 1798. 8. praecipue in particula III. pag. 141 — 157. loca quaedam in oratt. Ciceronis tentat: *Grimm* vero in eadem particula ex codice mst. qui aliquot ſcripta Ciceronis continet, varias illius lectiones in paradoxis ac diſputatt. Tuſculanis excerpſit: in partic. autem IV. continuauit eas libri I. cap. 21 — 28. e duobusque codd. dedit V. L. in Salluſtii declamat. in Ciceronem, et Ciceronis in Salluſtium.

In Actis litterariis ſocietatis Rheno-Traiectinae, tom. I. 1793. et II. 1795. 8. plura *Cic.* loca paſſim emendantur aut illuſtrantur, et data opera in tom. I, pag. 150 ſqq. a *Io. Ad. Nodell* in notis criticis in Ciceronem, Iuſtinum et Horatium, vbi is in multis locis Erneſti refutat reiicitque lectiones aut animaduerſiones: — pag. 177 ſq. a *Io. Sterke* in ſuſpicionum criticarum ſpecimine I. cap. 3. duo

duo loca in Cic. de orat. II. cap. 23 et 78. tentantur.

Sed hactenus: et ego vereor, ne aliis iam oleas extrauagatus videar.

De filio etiam filiaque et matre Ciceronis diſputatum eſt a viris doctis.

Simonis Vallamberti hiſtoria de vita et rebus geſtis M. T. Ciceronis, M. filii, Pariſ. 1545 et 1587. 8. — quam propter vtriusque editionis raritatem recudi fecit Fabricius, et inſcripſit: *Sim. Vallamberti* vita M. T. C. filii. Acc. *Andr. Schotti* Cicero a calumniis vindicatus; cum praefat. *Io. Alb. Fabricii.* Hamburgi 1730. 8.

De *Casp. Sagittarii* hiſtoria vitae et mortis Tulliae etc. — et *Nic. Mongault* Remarques etc.: in Mem. de l'Acad. des Inſcript. tom. I. pag. 370 ſqq. Pariſ. v. Introduct. II. pag. 145.

Doctus et feſtiuus libellus eſt: *Frid. Dominici Ringii* de matris Ciceronum circa rem familiarem prouidentia, qua lagenas etiam inanes obſignaſſe legitur, commentatiuncula Francof. et Lipſiae. 1769. 8.

Ad pag. 164. *lin. antepen.*

Noua eaque cultior et ex ſchedis Schwarzianis locupletior editio prodiit: *Q. Ciceronis* commentariolum de petitione conſulatus ad M. T. fratrem. Accedunt aliae quaedam *Quincti* ſcriptorum reliquiae. Cum animad-

verſſ. *Chriſt. Gottlieb. Schwarzii*, Prof. quondam Altorf. ſuisque nonnullis edidit *Bernhard. Frideric. Hummel.* Norimbergae 1791. 8. Schwarzius ex antiquis editt. excerpſerat V. V. L. L. et codicis quoque Bernenſis V. L. *) ab Altmano habuerat ſubminiſtratas: tum ampliores reliquerat animaduerſiones, ſcholis ſcriptas. Hummelius igitur iis leuioribus, quae ſcholis tantum accommodate conſcripta videbantur, reſciſſis aut in compendium coartatis, in hac altera editione ea, quae ad faciliorem libelli intelligentiam aut emendationem locorum corruptorum facerent, ſuis paſſim adiectis obſſ. publici fecit iuris.

Q. Tullii Ciceronis commentariolum petitionis ad Marcum fratrem cum adnotationibus et *italica* interpretatione *Iacobi Facciolati.* Patauii 1732. 8.

Ad pag. 165. *lin.* 10.

In coenobio Gottwicenſi eſt cod. membran. vetus notarum *Tironis* et Senecae, qui cenſori libri: Verſuch einer Litteratur der Diplomatik, von *Frid. Aug. Huch*, Erlangae 1792. 8. in Ien. A. L. Zeit. a. 1793. nr. 1. pag. 4. melior et correctior eſſe videtur,

*) Quas a genero Schwarzii, cel. Weiſſio, acceptas in commercio epiſtolico, partic. III. pag. 89 — 91. antea iam euulgauerat cl. *Willius*.

detur, quam Alphabetum etc. a Grutero, Graeuio et Carpentiero editum. Codicis eiusmodi in Seminario Argentoratenſi meminit *Oberlin* in primis lineis artis diplom. p. 34. De *Tirone* v. quoque *Iagemann* l. c. I. pag. 229 ſq.

Ad pag. 165. *lin.* 23.

De *Nigidio Figulo* vide quoque *Plutarch.* in vita Caeſaris cap. XX. pag. 76. ed. Hutten. ibique notam, aut pag. 212. ed. Barton. huiusque adnotationem; tum *Iagemann* l. c. pag. 260 ſq. et de *Aſinio Pollione* pag. 232. 241 et 313. — De *M. Iunio Bruto, Seruio Sulpicio* et reliquis Ictis romanis, Ciceronis potiſſimum aequalibus aut aetate paullo ſuperioribus v. *Bachii* hiſtor. iurisprud. rom. lib. II. cap. 2. §. 32 — 53. et ibi citata V. V. D. D. ſcripta in ed. *Stockmanni,* Lipſ. 1796. 8. pag. 240 — 257.

Ad pag. 167. *lin.* 25.

De principe eaque rariſſima Caeſaris edit. Romae 1469. fol. v. quoque Dictionaire bibliographique, hiſtorique et critique des Livres rares etc. Pariſ. 1790. mai. 8. tom. I. pag. 221. vbi praeterea multae aliae rariores memorantur editiones; cum primis *Clement* Bibl. curieuſe etc. tom. VI. pag. 16. aliosque, quos citat cl. *Panzer* A. T. II. pag. 411. — De *Veneta* a. 1471. v. *Clement* l. c.

pag. 18. not. et *Panzer* III. p. 76. — De *Romana* a. 1472. in domo Petr. de Maximis (per Conr. Schweynheym et Arnold. Pannarz,) copioſus eſt *Clement* l. c. p. 17.

Ad pag. 168. *lin.* 2.

Editio *Romana* 1476. fol. a *Gottfr. Ephr. Müllero* male adtribuitur Schweynheimio, iam defuncto circ. a. 1474. obſeruante *Clement.* pag. 18. In catal. bibl. Graeuianae p. 119. nr. 30. ſic citatur *Iul. Caeſ.* de bello gallico, Romae 1476.

Ad pag. 168. *lin.* 9.

adde (Romae.) Aliam edit. etiam Romae probabiliter, charactere romano, ſine l. et a. in 4. min. vberius deſcripſit *Seemiller*, faſc. III. biblioth. Ingolſtadienſis etc. p. 190. v. praef. ad notit. breu. pag. XV.

Ad pag. 168. *lin.* 12.

Haec editio *Iulii Caeſaris* comm. de B. G. cum *Iulio Celſo*, excuſa eſt ſine loco quidem et typographo, ſed charact. gothic. minor. *Henr. Eggeſteyn*, *Argentorati:* docente aliosque V. D. laudante *Panzero* I. pag. 18. Amplam illius notitiam dedit *Clement* l. c. pag. 18 ſqq.

Maittaire A. T. IV. pag. 343. citat ex Beughemio, *Boni Accurſii Piſani* animadverſſ. in C. Iul. Caeſ. comment. Ferrariae 1474.

1474. 12. Sed dubia eſſe edit. videtur *Panzero* I. pag. 394.

Ad pag. 169. *lin.* 1 et 2.

De ed. *Taruiſiana* cum epiſt. Hier. Bonon. et Marliani indice, quam ipſe habeo, et de qua multus eſt *Clement* loc. cit. pag. 20 ſqq. haec notanda videntur: ſignaturam litterarum in infima folii pagina non ſemper eſſe aequalem, ita vt forma modo in 4. mai. modo in folio eſſe videatur: tum ante epiſtolam locum et an. 1480. indicari: nequis anni notam in vltima vltimi folii pagina quaerat. — In Dictionaire bibliograph. cit. pag. 222. nota eſt addita, reliquas poſt illam edd. ſaeculi XV, minoris aeſtimari, nec habere ac ceteras parem auctoritatem. Add. edd. *Venetas*, cum epiſt. *Hieronymi Bononii Taruiſini*, et cum *Raym. Marliani* indice vrbium, per M. Theodor. de Regazeonibus, 1490. fol. (v. *Panzer* III. p. 290.) — et cum *Marliani* indice etc. per Phil. de Pinciis Mantuanum. 1494. fol. (*Panzer* III. p. 359.) — Edit. Venetam *Commentaria Caeſaris*, cum epiſt. *Hier. Bononii* et *Marliani* indice: in cuius calce legitur: „*Impreſſum Venetiis ſumptibus Bened. Fontana,*" 1499. fol. ipſe habeo.

Ad pag. 169. *lin.* 6.

Editio a. 1508. cum commentariis *Philippi Beroaldi*, absque loci et typographi nota

nota in 8. prodiiſſe dicitur in *Pinelli* catal. tom. II. pag. 61.

Commentaria *Caeſaris*, recognoſcente *Luca Robia*, Florent. opera et impenſa Phil. Giuntae, 1508. 8. v. *Maittaire* II., p. 189. et *Bandin.* annal. Iuntarum typogr. II. pag. 26 ſq. — In Introd. II. p. 200. iam memoraui ed. *Venet.* 1511. fol. — Haec omiſſa eſt in Bibl. lat. Erneſt. Fabr. I. pag. 260. ſed ornata, aut deformata iam eſt, (teſte Goetzio in mem. bibl. Dresd. I. pag. 154 ſq.) figuris: poſtea recuſa eſſe aut vltimum tantum folium immutatum, videtur: habet enim eamdem in prima pagina epigraphen, eamdem *Lucae* Olchinenſis, qui curauit editionem, dedicationem: in calce vero eamdem quidem clauſulam, ſed paullulum in anni nota mutatam, n. „impreſſa mira diligentia *Venetiis per Auguſtin. de Zannis de Porteſio.* a. M. D. XVII. (1517.)" fol. cum epiſtola nuncupatoria *Lucae* Olchinenſis artium et legum profeſſoris et Canonici, qui quidem alias dicebatur *Lucas Panetius*, (v. *Quirini* ſpecimen variae litteraturae, quae in vrbe Brixia — — florebat, tom. I. p. 40.) in qua quidem is ſcribit, ſe collatis multis exemplaribus — Caeſarem mendoſum — claudum, corruptum in priſtinum candorem deduxiſſe. conf. *Clement* l. c. p. 24—27.

Ad

Ad pag. 169. lin. 13.

Edit. *Aldinae* a. 1518. nulla fit mentio in Serie dell' edizioni Aldine. In bibl. autem lat. Fabr. Erneſt. l. m. nude citatur ed. Veneta 1518. fol. in fine index Raymundi Marliani, ſed formam habet in 8. atque vberius deſcribitur, et de *Iucundo*, (*Giotondi*) plura narrantur a *Goetzio* in memor. bibl. Dresd. I. pag. 155 ſqq. Index Marliani habet notam a. 1519. — E contrario plures ex officina *Aldina* prodeuntes editiones in Serie etc. recenſentur, quam in Fabr. Ern. bibliotheca enumerantur: n. a. 1519. (Eſt quoque in catal. bibl. Pinelli, ſed videant alii, annon haec edit. eadem ſit, quam antea e Goetzio editam eſſe a. 1518. et indicem Marliani demum cum nota a. 1519. accepiſſe, cognouimus. Saltem inſcriptio eadem eſt:) — cum correctionibus P. Manutii. 1559. 1561. — cum ſcholiis *Io. Mich. Bruti.* 1564. 1565. — cum eiusdem ſcholiis, cum locorum inſignium pictura, et nominum explanatione: corrigente Aldo Manutio, Paulli F. 1566. (quam in notitia breviore pag. 170, et paullo vberius in Introd. II. pag. 203 ſq. indicaui.) — cum ſcholiis *Henr. Glareani*, in biblioth. Aldina. 1569. — vlla ſcholiorum dote non inſtructa, ſaltem non laudata, 1570. — cum ſcholiis Aldi Manutii, varr. lectt. et fragmentis a *Fuluio Vrſino* collectis, ex aedibus Manutianis, 1571.

(v.

(v. *Goetzii* memor. bibl. Dresd. I. p. 158.) — *Caeſ. commentarii* ab Aldo Manutio, Paulli F. emendati et ſcholiis illuſtrati ad D. Iac. Boncompagnum etc. 1575. — *Caeſ. commentaria*, 1576. — commentarii ab Aldo Manutio, Paulli F. emendati et ſcholiis illuſtrati, cum figg. 1588. Omnes et ſingulae editt. Aldinae in forma 8. excuſae, quatenus inter ſe differant, aut num quaedam in nonnullis tantum foliis exſectis nouisque, in quibus Manutius vel errores typographicos ſuſtulit, vel alias aut quae ipſi paullo poſt videbantur meliores, ſubſtituit lectiones, ſuffectis, ita vt illa exemplaria nouam quoque in fronte inſcriptionem aliamque anni notam acciperent, a ſemet inuicem discedant, definire nequeo. Ex ea quidem ratione, qua Manutius vti ſolebat, incredibilis editionum Aldinarum copia, et cur illae intra breue temporis ſpatium toties repetitae, interdum mutatae, videantur, intelligi poteſt. In editione I. *Iuntina* 1514 caſtigatius cura *Io. Iucundi* Veronenſis euulgata, quid praeſtitum ſit, patet ex inſcriptione longa, cuius initium repetemus ex *Bandini* Annal. Iunt. typogr. part. II. pag. 61 ſq.

Commentaria Caeſaris, prius a *Iocundo* impreſſioni data, poſterius a nobis diligentiſſime reuiſa et cum exemplaribus eiusdem collata reſtitutis omnibus locis — — etiam in meliorem formam redactis figuris Galliae,

et

Cl. *Panzer* in A. T. II. pag. 412 ſq. primum contendit cum Audiffredo, ed. roman. Schweynh. et Pannartzii ad a. 1469 eſſe referendam; et ante edit. roman. Vlrici Galli, (de qua pag. 414. agit, et quam Roſſi pag. 67. ad an. 1472 refert,) et ante *Venetam* Vindelini de Spira, a. 1470. (de qua multus eſt in vol. III. p. 64 ſq.) vidiſſe lucem: tum adnotat, principem et ſplendidam illam edit. exſtare in bibl. publ. Noriberg. tribus voluminibus compactam. — Tertia *romana* edit. apud Suuenheym (ſic) et Arn. Pann. prodiit nota anni 1473. expreſſa, fol. v. *Panzer*. II. pag. 430. — cui vero (III. p. 198.) edit. (*Venetiis*, aut opinante Drakenb. in ſyllabo edd. rec. in altera Erneſtina Liuii ed. tom. IV. *Taruiſii*) 1483. fol. et (II. pag. 286.) ed. Pariſ. 1485. fol. a Maittaire et Drakenb. memorata, eſſe videntur dubiae. — Miſſis aliis ſaeculi XV. edd. a Panzero, a me in Introd. II. pag. 419 ſq. aliisque excitatis, et verſionibus *italicis* illius ſaec. a Paitonio et Panzero commemoratis h. l. quoniam primae editionis *ital.* verſionis mentionem feceram, tantummodo addam, primam decadem *gallice* verſam prodiiſſe *Pariſ.* 1486. 4. *hispanice* autem, Las Decades de Tito Liuio, Romanzadas o traduzidas en lengua Caſtellana por D. *Pedro Lopez de Ayala*, Sala-

manticae. 1497. fol. v. *Panzer* II. p. 287. et III. pag. 2.

Ad pag. 195. *lin.* 14.

De ed. *Mogunt* conf. *Panzer* in lib. docto: *Ulrich von Hutten* in litterariſcher Hinſicht pag. 98 ſqq. —

Ad pag. 195. *lin.* 18.

Ex officina Aldina prodierunt 1520. in forma *octuplici*, *decas quarta*, m. Nou. *prima* autem, *tertia* et *quarta*, cuius tertio libro prima pars, quae deſiderabatur, et decimo quidquid fere non habebatur, additum eſt cum duplici epitome et Polybii libris quinque a Perotto latine verſis, m. Decemb. anno eodem 1520. fol. ſecundum Serie dell' ediz. Aldine pag. 51. contra a. 1521. in *fol. menſ. Febr.* editos eſſe *Liuii* libros, et *eodem anno* m. *Martio* Epitomen decadum cum Lucio Floro et Polybii hiſtor. lib. V. in forma *octuplici*, et hoc volumen eſſe quartum hiſtoriae Liuianae, ex eadem Serie etc. pag. 52. cognoſcimus; nam pag. 46. indicatur *primum* volumen a. 1518. in cuius titulo omnia, quae in quatuor tomis continentur, iam ſunt adnuntiata. *Secundus* vero tomus, qui continet *tertiam* decadem, m. Febr. 1519. ex illa officina exiit. *Quarto* denique tomo acceſſerunt *decadis quintae* lib. V. menſe Maio. 1533. 8. (v. Serie etc. p. 65.)

Ad

Ad pag. 196. *lin.* 3.

T. Liuii Patau. hiſtoriarum ab v. c. decadis quintae libri quinque nunc primum excuſi. Florent. in aedibus Bern. Iuntae. 1532. 8. cf. *Bandini* annal, Iuntarum typogr. II. pag. 227. et de edit. decadum I—IV. trib. voll. 8. atque epitomarium decadum XIV. 1532. 8. l. c. pag. 175. et 177—179. — *Liuius* Venetiis in offic. Lucae Antonii Iuntae 1532. fol. — *Italice* le Deche di Tito Liuio, cum hiſtoria belli punici etc. Venetiis 1493. fol. et Iac. Nardo interprete, Venet. 1547. fol. v. *Bandin.* l. c. I. pag. 6 et 19.

Ad pag. 196. *lin.* 20.

In Liuii edit. Heruagiana 1554. 8. (cuius exemplar habet bibl. publ. Noriberg.) legitur chronologia Liuiana *G. Haloandri*, a Glareano edita. — In Serie dell' ediz. Ald. *Tit. Liu.* cum ſcholiis *Sigonii* praeter memoratas edd. indicantur edd. a. 1558. 1571 et 1591. fol.

Ad pag. 197. *lin.* 3.

De edit. Francof. 1568. II. tom. multus eſt editor Liuii Bipontinus in notitia litter. de Tito Liuio pag. CXXVI. ſqq. ac praefuiſſe operis typogr. videtur *Ioach. Grellius*, chronologiae Liuianae auctor. Tum idem monet, nihil a *Franc. Modio*, qui anno demum

 1586.

1586. aduenit corrector typographiae Feyerabendinae, in hanc edit. eſſe collatum, eam igitur male inter edd. Modianae recenſionis vulgo referri, potiusque *Godeleuaei* poſſe ob recens adiunctas obſſ. dici. Denique oſtendit ex ipſa inſcriptione obſeruationum et ex Godeleuaei epiſtola, Midenae 1568. ſcripta, *Godelevaei* obſſ. in hac edit. primum lucem vidiſſe, ideoque illas mendoſe a Drakenb. in indice ad a. 1551. referri.

Ad pag. 197. *lin.* 10.

T. Liuii — libri — poſt varias doctorum virorum emendatt. et veterum et recentium exemplarium collatione ſumma fide ac diligentia recogniti. — Adiuncta eſt chronologia noua, accommodata ad tabulas capitolinas Verrii Flacci, annotatt. vtiliſſimis — illuſtrata. Londini 1589. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 632.

XVII. priora capita libri XXIII. primum ex cod. bibl. cathedralis Bambergenſis *Franciſc. Bartholinus* Vrbinas deſcripſit et Romam adtulit; vbi cum illius Bartholini et Anton. Quaerengi caſtigationibus primum iſta capita cum integro libro XXXIIImo ſeorſum euulgauit *Caspar Luſignanus.* Romae apud Barthol. Zannetum, 1616. 8. Poſtea ille liber aliquoties recuſus eſt, et ſupplementum ipſum aliis editionibus, vt Francof. 1619. 8. etc. inſertum.

Ad

Ad pag. 198. *lin.* 1.

Liu. ad edit. Gronouianam. Cantabrig. 1679. 8. II. voll. — Londini 1702. 8. II. voll. — ex gymnaſio Dodraceno, typis Bramiis. 1711. 8. — Patauii ap. Manfré. 1727. 8. tom. III. voll. IV.

Ad pag. 199. *lin.* 2.

Liu. — cum ſupplementis ſumtis ex Freinshemio, Creuierio, Sigonio et aliis. Londini. Tonſon et Watts. 1749. 12. VII. tom. — cum notis *Creuierii.* Lond. 1750. 12. VI. voll. — Creueriana ed. repetita eſt per *Remondinium*, cum variorum, praeſertim Io. Clerici adnotatt. additis chronologiis, rhetoricis exercitatt. vniuerſae rom. hiſtoriae epitomis et XVII. capp. Liuio adſcriptis. Venet. 1751. V. voll. — Libri quinque priores. Edinburgi 1761. et 1783. 12.

Ad pag. 199. *lin.* 9.

Ruddimanni ed. ad optimas editt. caſtigata, excuſa eſt Edinburgi, in aedibus T. et W. Ruddimanni, 1751. 12. IV. tom. Baſis eſt ed. Drakenborch. ſed quaedam mutata ſunt de coniectura Kennethi Mackenzie; alia ex aliorum emendatt. iam publicatis partim, partim ex variis codd. per ipſum Drakenb. notatis. — Rec. eſt Edinburgi in aedib. T. et W. Ruddimanni; proſtant autem Amſtelaed. ap. Iac. a Wettſtein. 1752. 12. tom. IV. —

tum Edinburgi 1764 et 1772. 12. IV. tom. v. *Brüggemann* pag. 633. — *T. Liuii opera* — obſcuriorum locorum interpretatione et ſelectis adnotatt. illuſtrata ab *I. B. L. Crevier*, cum eiusdem ſupplementis in poſtremos libros ex recenſ. Arn. Drakenb. Venetiis 1759. 8. (de qua ed. vide notit. litterar. Bipont. pag. CXLVI.) — Editio poſtrema, cui — — nunc primum accedit fragm. libri XCI. nuper inuentum in bibl. Vatic. et ſcholiis illuſtratum a *Vito M. Giovenazio*. Venet. 1791. 8. VI. tom. conf. Ien. A. L. Zeit. a. 1795. nr. 164, pag. 550 ſq. Num ed. *Patau*. a. 1751. in notitia litter. de Liuio Bipontina pag. CXLV. citata, eadem ſit cum binis modo memoratis, adeoque harum quaſi mater, equidem definire nequeo. — Libri V. priores. Edinburg. 1761 et 1783. 12. — Singularum, quae ſuperſunt, decadum liber prior, ex ed. Drakenb. cum notis eiusd. ſelectis. Londini 1789. 8. — Excerpta hiſtorica ex *C. Iul. Caeſare*, *T. Liuio* et *C. Corn. Tacito*. Londini 1790. 12.

Stroth alterum quoque volumen more ſuo euulgarat. Poſtea duo illa volumina iterum edidit ſuisque obſſ. eruditis auxit *Frid. Guil. Döring*. Gothae 1796. II. voll. 8. atque vt laborem profliget abſoluatque edit. vir doct. omnino eſt optandum. — Hiſtoriſches Leſebuch aus des *Liuius* Werken geſammlet für die obern Claſſen der Gymnaſien,

ſien, von *Chr. Wilhelm Snell*, Proreᴄt. des Gymnaſ. zu Idſtein. Gieſſae 1795. 8. Similia excerpta antea concinnauerant in vſum ſcholarum *Bauer* et *Soergel.* — *T. Liuii* hiſtoriarum libri. Tom. I, libri I—VII. ex ed. Erneſt. Vpſal. 1795. 8.

Ad pag. 200. *lin.* 13.

Liuii hiſtoria in multas recentiores linguas ſaepe eſt translata, ita vt omnium verſionum commemoratio fieret moleſta. Atqui plurimas enumerant Fabricius atque editor Bipontinus in notitia litter. In ſpecie *germanicas* recenſet *Degen* l. m. II. p. 61 ſqq. et de recentiſſimis *Groſſii atque Oſtertagii* verſionibus vide quoque Ien. A. L. Zeit. a. 1793. nr. 322 et 323. *Italicas* perſequitur *Paitoni* in Bibl. laudata tom. II. pag. 204—218. *Anglicas* autem *Brüggemann*, pag. 634 ſq. quibus add. *anglicam* Liuii verſionem a *G. Baker* factam et animaduerſionibus illuſtratam. Oxon. 1797. 8. VI. voll.

Ad pag. 200. *lin. vlt.*

Plura vide vna cum ſpecimine arabicae verſionis in: *Reiſe von Warſchau über Wien nach der Hauptſtadt von Sicilien.* Breslau. 1751. p. 195 – 206. Verſionem eſſe veteris epitomes et forſan epitomes Flori rhetorice amplificatae, fuerunt, qui

opina-

opinarentur. De verſionis *arabicae* ſpe illuſa disputat quoque Fabr. B. L. I. pag. 296 ſq.

Ad pag. 201. *ſect.* 5.

De veritate priorum hiſtoriae romanae ſaeculorum iam dubitarunt viri quidam docti, alii defenderunt illam. Nouiſſime *Nachtigall* in: Deutſche Monatsſchrift a. 1790. m. April. pag. 333 — 347. oſtendere conatus eſt ex ipſis quibusdam Liuii confeſſionibus, maximam partem hiſtoriae antiquiorum Romanorum non eſſe hiſtoriam veram, ſed hiſtoriam, quam dicunt, romanenſem, (*hiſtoriſcher Roman*,) et potiſſimum illam periodum temporis, quo Romani viri Romanaeque foeminae, ab Horatio, Lucretia, Brutoque vsque ad Cincinnatum, Curtium, Decios, Fabricios, Attilium Regulum (de quo nuper in vtramque partem eſt disputatum a Rooſio, Fikenſchero aliisque,) et Scipionem ſeniorem floruiſſe dicuntur, et vsque ad bella punica nihil certi poſſe cerni atque exſpectari; vel ipſo ſaeculo VI. ab v. c. hiſtoriam rom. parum eſſe cognitam, certam atque exploratam; e contrario fontes, e quibus Liuius aliique ſeriores ſcriptores hauſerunt, fuiſſe ſaepe turbidos, in publicis et familiarum documentis multas ineſſe fictiones et iactationes, etymologias vocabulorum haud paucas procreaſſe et aluiſſe fabulas, poetas multa finxiſſe, ideoque curatam fidamque anti-

antiquiorum Romanorum cum aliis populis comparationem non poſſe inſtitui. Enimvero in examinanda improbandaque antiquae hiſtoriae romanae fide id quoque valet; ne quid nimis. Verum eſt, Romanos ſcriptores, vti alii quoque, etiam recentiſſimi ſuae nationis praecones facere ſolent, in extollendis populi ſui aut hominum, virtute, ingenio et fortitudine in primis conſpicuorum laudibus, aeque ac in reticendis aut imminuendis hoſtium aliorumque populorum virtutibus modum haud raro exceſſiſſe. Neque tamen, credo, ex eo ſtatim colligi poteſt, omnia, quae de illis Romanis narrantur, eſſe falſa, aut vniuerſam antiquiorem populi romani hiſtoriam eſſe incertam et fabuloſam. Atque pro *Liuio* iam in Introduct. l. m. paucis dixi: quibus addes disput. M. *C. I. Eſchenbachii:* defenſio fidei Liuii aduerſus loecher. Lipſiae 1777. 4.

Ad pag, 201. *ſect.* 6.

Pauca addere liceat. *Chriſtoph. Schraderi* Liuianarum orationum XVIII. analyſis rhetoric. it. hypotheſes orat. ad Sleidanum. Helmſtadt. 1669 et 1676. 4. — *Ant. Cicarelli* Diſcorſi ſopra Liuio. Romae ap. St. Paolin. 1598. 4. — *Io. Saxonis Hatteſtedi* commentarii II. ad Liuii hiſtoriarum librum 21 et 22. Baſil. ap. Io. Oporin. 1547. 8. — Liuii ſententioſe dicta ex libris hiſtoriarum

eius

eius excerpta a *Nic. Kragio;* adiectae ſunt ſententiae Liuii. Haun. 1582. 12. — *Tite Live*, reduit en maximes. Pariſ. 1694. 12. — Eſſai de Rhetorique dans la traduction de IV harangues de *Tite Live*, avec des notes par Mr. *de Crouſaz*. Gröningae 1725. 8. — Storia della republ. e dell' imperio Romano, nelle quale, con quelle degli altri ſcrittori Greci e Latini, ſi monſtrano i vizi et gli errori di quelle di *Tito Liuio* etc. Opera del fu relig. Cappuc. *F. Felice Maria da Napoli*, oggi Prete ſecolare *D. Gasp. Garzia:* cuius operis tom. XVI. et XVII. Neapoli 1778. 8. lucem viderunt. Poſt auctoris mortem Don Santo *Capaſſo* editionem atque continuationem ſuscepiſſe dicitur. — M. *Chr. Gottfried Müller*, Rector Cizenſis, edidit *obſeruationum Liuianarum* ſpecimen etc. Cizae 1789. 4. In hoc ille programmate, collatis pluribus edd. veteribus, praecipue Aſcenſiana a. 1516. plura loca libri I. et vnum libri III. cap. 62. critice acuteque pertractauit.

Georg. Chriſtiani Brendel, Rect. ſcholae Eiſenberg. progr. quartum proponuntur obſſ. in quaedam Liuii loca, (lib. III. et IV.) Eiſenberg. 1790. 4. A Strothii opinionibus loca quaedam vindicantur. — *Io. Chriſt. Henr. Krauſe*, Prof. et Rect. ſcholae Ieuer. progr. Erläuterung einer Rede des Camillus beym *Liuius* V. 44. als Probe einer Methode, die Alten mit der Iugend zu leſen. Ieuer. 1789. 8.

rec.

rec. in Magazin für öffentl. Schulen, vol. I. pag. 57 ſqq. — Obſeruatt. *Bredenkampii* criticae in Liu. IX. 18. X. 6. X. 7. XXII. 10. ibid. part. II. p. 444 ſqq. coll. vol. II. part. I. pag. 189 ſq. — *I. H. Voſſii* emendatt. nonnullorum *Liuii* locor. in *Wiedeburg.* humaniſt. Magaz. III. 4. — M. *I. Ge. Car. Klotzſch* disp. de diligentia Liuii in enarrandis prodigiis recte aeſtimanda. Witteberg. 1789. 4. Non adeo credulum fuiſſe Liuium, nec omnibus, quae narrabantur, fidem adhibuiſſe, neque vero potuiſſe ab omni ſuperſtitione liberum eſſe docet. Illorum tamen commemoratio neceſſaria fuiſſe videtur ob conditionem imperii rom. et quia Liuius omnem imperii hiſtoriam voluit perſequi, iſtaque prodigia etiam amore antiquitatis et patriae religionis ductus enarrauit. Adde *Schwabii* vindicias credulitatis Liuii. Buttſtädt. 1773. 4. et *Heynii* Opuſcula, tom. III. p. 203 ſqq.

De legione Manliana, quaeſtio ex *Liuio* (VIII. 8.) deſumta, et rei militaris rom. ſtudioſis propoſita; auctore *Guil. Vincent* (ſcholae regiae Weſtmonaſter. praefecto.) Lond. 1792. 4. v. ephem. litter. Gotting. a. 1794. nr. 39. pag. 387 ſqq. — *Io. Chſtph. Macheri*, Prof. quondam Gymnaſii Gerani, (mortui 1754.) proluſio de conuentu Graecorum pylaico, ad *Liuium* XXXIII. 35. in eius Opuſculis varii argumenti, a M. *F. A.* *Toep-*

Toepfero collectis et editis, Ratisbonae 1790. 8. nr. 4.

A *Brüggemanno* in View etc. memorantur p. 635 ſq. *Macchiavel's* Diſcourſes upon the firſt Decade of *Titus Liuius*. Translated out of the Italian. (addito eius Principe, et animaduerſſ. in margine poſitis, in quibus illius errores notantur atque culpantur.) Per *E. D.* Lond. 1674. 8. — Alia eiusdem *ſermonum* (Diſcourſes) etc. verſio anglica. Londini 1681. fol. — Comparatio Thucydidis et Liuii, a Rapinio inſtituta, et anglice verſa a *Thoma Taylour*. Lond. 1694. 8. — Comparatio Liuii cum Tacito, auctore *Thoma Hunter* in huius parte II. Obſeruatt. in Tacitum. Londini 1752. 8. (anglice.) — Herodoti comparatio cum Liuio, auctore *Roberto Alves*, in huius Sketches of Literature. Edinburgh. 1795. 8. — *Henr. Dodwelli* diſſ. de fragmento Liuii, in membranis Laudinis reperto, in *Th. Hearne* ed. Livii. Oxon. 1708. 8. vol. I. pag. 210 ſqq. — Adpendix *Liuiana*, continens I. ſelectas codd. et editionum antiquarum lectiones praecipuas, variorum emendatt. et ſupplementa lacunarum in iis T. Liuii, qui ſuperſunt, libris. II. Io. Freinshemii ſupplementorum libros X. in locum decadis ſecundae Liuianae deperditae, in vſum iuuentutis academicae. Oxon. 1746. 1768. 12. — De codd. msstis *Liuii* in bibl. Eſcorial. in Hiſpaniis,

niis, per *Iac. Harris*, in huius philological Enquiries, III. partt. Londini 1781. 8. II. voll. — Disputatio breuis de ponderibus, pecunia, menſuris a Liuio identidem memoratis, in libro inſcripto: Tractatus varii latini a *Crevier*, *Brotier*, *Auger* aliisque clariſſ. viris conſcripti, et ad rem, cum criticam, tum antiquariam pertinentes. Londini 1788. 8. part. I. art. I. — The Courſe of Hannibal over the Alps aſcertained. By *John Whitaker* + II. voll. Londini 1794. 8. — *Ioſ. Toaldi* comm. ad Liuium XLII. 2. de itinere Hannibalis per paludem, quam fluuius Arnus per eos dies ſolito magis inundauerat, in: Saggi ſcientifici e letterarii dell' Accademia di Padova, tom. III. part. II. Patau. 1796. 4. claſſ. hiſtor. *Toald.* vindicat lectionem vulgarem *Arnus* et paludes ſunt inter Piſam et Liburnum, (Livorno.) — *Fried. Heinr. Emil. Schnaur*, (Prof. Rintel.) Verſuch einer richtigen Erklärung der Stelle im *Livius* B. IX. cap. 19. mit Rückſicht auf den critiſchen Verſuch des Herrn Halbkart über eben dieſe Stelle im Schleswig. Journal. Sept. 1792. fin. in libro menſtruo, der Genius der Zeit — — von Aug. Hennings. m. Mart. 1794. Altonae. Auctor nihil mutat, et vocc. *grauis armis miles* non intelligit de legione grauibus armis armata, ſed vniuerſim de milite grauiter armato. — *Godofr. Guil. Leonhardi* epiſt. de lectione

 Liuii,

Liuii, duci militari perutili. Dresdae 1794. 8. — *Meierotto* progr. de candore Liuii. Berol. 1796. fol. et alia. v. Kiel nou. bibl. vniuerſ. vol. XXXVIII. Intellig. Blatt, nr. 30. a. 1798. p. 245. — *F. C. Matthiae* progr. Einige Anmerkungen zum 21ſten Buch des *Liuius* vom 1—38. Cap. Worms 1793. 8. Auctor primum adhuc deſiderat Liuii editionem cum commentario ſcholis idoneo, nec Strothiana editio rectum illis vſum praeſtare iure exiſtimat. Ipſe vero egregium commentarii dat exemplum, atque tam criticis quam hiſtoricis obſeruatt. Polybio in primis comparato, illuſtrat illam Liuii particulam. conf. Ien. A. L. Z. a. 1793. nr. 211. m. Iul. — Alia ſcripta haud pauca, in quibus Liuiana loca ſiue critice ſiue hiſtorice et grammatice pertractantur aut illuſtrantur, vide memorata in Catal. Bünau. I. pag. 298—300. add. *Meuſel.* biblioth. hiſtor. vol. IV. part. I. pag. 153—168.

Ad pag. 205. *lin. vlt.*

Adde *Panzeri* A. T. II. pag. 245.

Ad pag. 206. *lin.* 9.

Tres *Iocundi*, Veronenſis, docti viri ex ordine Dominicanorum peritique architecti, editt. habuerat interpres hispanus. De edd. Iuntinis a. 1513 et 1522. v. quoque *Bandini* Iuntar. typograph. annal. II. pag. 48 et 186.

186. Exemplari quod in bibl. Leidenſi exſtat, a. 1522. multa adſcripſit *Scaliger.* v. catal. bibl. Leidenſ. pag. 171. — In catal. bibl. Valler. I. pag. 577 ſq. copioſe deſcribitur edit. princeps, quam, de Bure quoque contendit, prelo exiiſſe intra ann 1484 — 1492. — pag. autem 579. memoratur editio:

M. Vitruuii de architectura libri X. ſumma diligentia recogniti. Additis *Iulii Frontini* de aquaeductibus libris, ex recenſ. *Io. Iocundi.* 1523. 8. cum figg. ſine loci et typographi nota, eamque Bure ſcribit in adnotat. probabiliter exiiſſe ex officina Iuntina, Florentiae. Atque ego in Introd. II. pag. 342. quoque ita ſenſeram. Contra Abb. *de Saint-Leger* in l'Eſprit de Journ. tom. IX. Pariſ. 1790. pag. 249 ſq. in not. adſeuerat, ſimilitudine typorum aliorumque characterum typographicorum cum edit. Lucani a. 1521. motus, illam Vitruuii edit. certiſſime deſcriptam eſſe *Lugduni Gall.* formulis *Guil. Huyon* typographicis.

Ad pag. 206. *lin.* 20.

Corrige: *Lugduni apud Io. Tornaeſium.* 1552. 4. v. *Maittaire* A. T. ind. ſ. tom. V. part. II. pag. 332. et catal. bibl. Thott. IV. pag. 115. vbi adnotatur, in illa editione non exſtare *Iul. Frontinum* et *Nic. Cuſanum.* In eodem catal. l. c. laudatur *Vitruu* cum caſtigationibus *Guil. Philandri Caſtilionii*, et

 indice

indice graec. ac lat. Argentor. 1550. 4. — In bibl. publ. Leidenſi eſt exemplar ed. 1552. in quo liber quintus et ſequentes ab Iſaaco Voſſio collati ſunt et emendationes quoque msstae adſcriptae. v. catal. mem. pag. 171. Illam edit. Lugdun. in primis commendat Polenus. — *Vitruuii* epitome, edente *Guil. Poſtello.* Pariſ. ap. Vaſcoſan. 1540. 4.

Ad pag. 207. *lin.* 4.

Alias verſiones *anglicas* refert *Brüggemann* in View etc. pag. 573 ſq. n. The Theory and Practice of Architecture, or *Vitruuius* abridg'd by Mr. *Perrault,* and translated into English. Lond. 1692. 1703. 8. cum tabulis aeneis. — The Architecture of M. *Vitruuius Pollio,* translated from the Original Latin, by *W. Newton*, Architect. London. Dodsley. 1771. form. max. — contin. ad complendum volumen. ibid. Taylor etc. 1791. et ſeparatim 1792. fol. II. voll. In compendium redactum eſt opus et inſcriptum: The Rudiments of ancient Architecture, in two Parts. Containing an hiſtorical Account of the five Orders, with their Proportions and Examples of each, from the Antiques. Alſo *Vitruuius* on the Temples and Intercolumniations of the Ancients. With a Dictionary of Terms. Illuſtrated with ten Plates. London. Taylor. 1789. max. 8. — ed. II. auct. ib. 1794. 8. max. —

Prae-

Praeter memoratas verſiones *italicas Paitonius* in Bibl. citata, IV. pag. 225 ſqq. et *Polenus* in exercitatt. Vitruuianis primis, in Introd. II. pag. 345 ſq. iam laudatis, multo plures recenſent copioſe. — *Vitruuii* architectura, a *Perralto* in compendium redacta, ex lingua gallico-francica in italicam a *Iac. Campello* translata eſt, addito *textu latino* et *Barbari* commentario etc. Venet. apud Io. Bapt. Albrizzium. 1747. 8. — In linguam *gallicam* conuerſi ſunt *Vitruuii* libri, Pariſ. 1547. fol. — cum notis *Claud. Perralti*, Pariſ. 1673. et emendat. ibid. 1684. fol. — Epitomen fecerunt anonymus inſcriptam, Raiſon d'Architecture, extr. de Vitruve et autres anc. Architecteurs, Pariſ. 1542. 4. — tum, *Io. Gardet* et *Dom. Bertin* (Epitomé ou Extrait abrégé des X. Livr. d'Architect.). Toloſae 1559. 4. — et *Perrault* (Archit. générale de *Vitruve*, reduite en Abrégé,) Pariſ. 1674. 12. 1768. 8. Amſtel. 1681. 12. (al. 8.) cum tabb. aen. atque Perralti epitome translata eſt in linguas, italicam, anglicam, et Pragae 1757. 8. in germanicam. — *Germanicas* verſſ. recenſet *Degen* l. c. tom. II. pag. 635—639. — In primis commendanda eſt verſio *Aug. Rode* german. Lipſ. 1796. mai. 4. II. voll. Prius volumen incipit a vita Vitruuii. Vtrique autem volumini adiecta ſunt varia, germanice verſa, veterum auctorum loca ad illuſtran-

dum aut ſupplendum Vitruuium, n. ex Iul. Polluce, cap. 19. libr. IV. de theatro eiusque partibus, cum obſſ. Böttigeri; *Plinii* deſcriptiones villarum ſuarum Laurent. et Tuſcull. tum cap. V. libri tertii ex *Terentio Varrone* de eius villa, et capp. 11 — 15. libri I. denique ex *Columella* cap. 2. libri I. Additum eſt Lexicon Vitruuianum, plenius eo, quod Baldus concinnarat, cum indice generali. In notis vberioribus textus latinus critice tractatur. conf. ephem. litt. Götting. a. 1796. plag. 189. p. 188 ſqq. et Kilon. nou. bibl. vniuerſ. etc. vol. XXXVIII. part. I. faſc. V. pag. 229 ſqq. vbi quoque editt. et verſiones memorantur.

Ad pag. 207. *lin. vlt.*

Lege *Eſcor.* loco *Excor.* — *Ortiz* quoque ſcripſiſſe dicitur *Abaton reſeratum*, ſ. genuinam declarat. duorum locorum cap. vlt. lib. III. Architecturae M. Vitruu. P. — — ſcil. de adiect. ad Stylobatas cum podio, ſ. ad podium ipſum, per Scamillos impares et it. de ſecunda adiect. in Epiſtyliis facienda R. 1787. 8. cum tabb. aen. v. *Frid. von Blankenburg* Litterariſche Zuſ. zu I. G. Sulzers allg. Theorie der ſchön. K. tom. I. (Lipſiae 1796. mai. 8.) voc. *Baukunſt*, pag. 177. vbi praeterea nonnullorum V. V. D. D. libri ad illuſtrandum Vitruuium pertinentes excitantur, quibus addi poſſunt: *Io. Huteonis* Logiſtica,

giſtica, quae et arithmetica vulgo dicitur, in libros quinque digeſta: quorum index ſummatim habetur in tergo. Eiusdem ad locum *Vitruuii* corruptum reſtitutio, qui eſt de proportione lapidum mittendorum ad baliſtae foramen libro decimo. Lugduni apud Guil. Romillum ſub ſcuto Veneto. 1559. 8. Commentatio ad locum Vitruuii eſt pagina 387—396. v. *Scheibel* Einleitung zur mathemat. Bücherkenntniſs, part. XI. pag. 355. qui Montuclae notitiam in Hiſtor. matheſ. tom. I. pag. 488. 501. emendat. — *Io. Ant. Ruſconi* in libro: Della Architettura — — ſecondo i precetti di Vitruuio. Venet. 1590. fol. cum 160 figg. ligno inciſis, et 1660, (ſed prior ed. venuſtate multo praeſtat poſteriori;) Vitruuium ſequitur et ſaepius illuſtrat; perperam vero ille liber habetur pro verſione Vitruuiani operis. — *Scamillos impares* Vitruuianos a viris doctis haud pari ratione ac fortuna fuiſſe explicitos, in Introd. l. c. iam monui: quibus addes Galliani, inprimis Ortiz y Sanz vberiores melioresque expoſitiones; aliam D. *Petri Marquez Meſſicani* in libro: Delle Ville di Plinio il Giovani — con un' appendice ſu gli *Scamilli impari di Vitruuio.* Romae 1796. 8. quae vero minus probatur cenſori in ephem. litter. Götting. 1798. nr. 90. adde ead. acta litter. a. 1791. plag. 199. pag. 1993 ſqq.

Ad pag. 209. *ſect.* 4. *lin.* 3.

Ed. *Veneta*, ex bibl. *Ant. Auguſtini*, in catal. bibl. Thott. IV. pag. 323. adſeritur a. 1559. 8. — *M. Verrii Flacci quae extant. Sex. Pompeii Feſti* de verborum ſignificatione libri XX. et in eos *Ioſ. Scaligeri*, Iul. Caeſaris filii, caſtigationes nunc *primum* publicatae. Apud Petrum Santandreanum 1575. 8. Epiſtola *Scaligeri* nuncupatoria ſcripta eſt Abenni in agro Iuliodunenſi XI. Kal. Nou. 1574. In hac is ſuccenſet veteribus epitomarum concinnatoribus, in primis *Feſto*, qui Verrii Flacci libros breuiaſſet, et *Paullo Diacono* Longobardo, quem hominem vocat confidentiſſimum atque ineptiſſimum, quod ſe magnam et a victore Deſiderii regis, Carolo M. et a poſteritate ſe initurum gratiam putaſſet, ſi S. Pomp. Feſtum mutilaret, et tanto poſteritatis damno ſe a victo redimeret. Scaligeri caſtigatt. peculiarem habent inſcriptionem, illisque adiunctae ſunt *doctiſſimorum virorum ex Venetiano codice adnotationes*; hae autem adnotatt. ſuum quoque habent titulum, ſed cum nota a. 1574. et peculiarem eamque doctam praef. de fatis diuerſisque exemplaribus illarum reliquiarum. Haec editio, quae penes me eſt, rarior eſſe et anteceſſiſſe videtur edit. Pariſ. apud Patiſſon. in offic. Rob. Stephani a. 1575. quoniam in hac Scaligeri caſtigatt. dicuntur *recognitae et auctae*. — Aliam *Verrii Flacci* ac *Sexti Pomp. Feſti*

Feſti ed. cum notis variorum, apud Petrum Santandreanum a. 1593. 8. memorat catal. bibl. Thott. IV. pag. 323.

Ad pag. 210. *§.* 10 *nr.* 2.

Feneſtella de magiſtratibus rom. Mediolani 1477. 4. — Pariſ. 1544. 8. — in linguam italic. translatus. Venet. 1547. 8. — *Feneſtella* et *Pompon. Laetus* per Io. Anton. Brixianum. 1510. 4. — Pariſ. 1530 — 1550. nouies. v. *Maittaire* A. T. indic. ſ. tom. V. part. I. pag. 394. — Iidem et *Valerius Probus* de litteris antiquis. Pariſ. ap. Wechel. 1529. 8. Baſil. apud Thom. Volf. cum epiſtola *Valentini Curionis* ad lectorem. 1532. 8. (de qua ed. v. *Maittaire* A. T. II. pag. 771 ſq.) — ib. cum Curionis epiſtola. 1535. 8. — ibid. cum indice per Ioan. de Buſſi, Sabaudum. 1546. 12. — *Feneſtella* et *Pompon. Laetus* cum Raph. Volaterrani et Henr. Bebelii libellis eiusdem argumenti. Pariſ. apud Libert. 1631. 12. — Sub vero *Dominici Flocci*, Florentini, nomine, ſtudio *Egidii Wittſii.* Antwerp. 1561. 8.

Ad pag. 211. *lin.* 2.

Ruhnken in praef. de aetate Rutilii copioſe diſſerit et confutat aliorum de ea coniecturas.

Rutilius confunditur cum *Tutilio*, (qui nobilis rhetor fuit tempore Quintiliani; v.

Martial. V. 56.) apud *Quintilian.* inſtitutt. orat. III. 1. pag. 219. ed. *Burm.* qui quidem *Rutilium* in textu retinuit; alteram tamen aliquot codd. et edd. lectionem, *Tutilium*, non plane ſpernit: nec improbat *Geſner.* id voc. pag. 120 ſuae edit. at nomen, *Tutilium* vnice verum ibi eſſe iudicat *Ruhnken.* praefat. pag. XIII. cuius auctoritate et codd. fide motus *Spalding* in ſua Quintiliani editione tom. I. pag. 437 ſq. et voc. illud reſcripſit, et in notis defendit atque de *Tutilio* plura adnotat.

Ad pag. 211. *§.* 11. *nr.* 1.

Ad finem ſaeculi quinti reiicit *Aethici* aetatem *St. Croix* in Mem. ſiue notitia minor. gr. geographic. nr. 43. adde de auctore Coſmographiae, a Gronouio ſub *Iulii Honorii* nomine editae, *Wernsdorf* ad Poetas lat. minor. tom. V. part. II. pag. 606 ſqq. not. *a*.

Ad pag. 212. *§.* 13. *lin.* 8.

Lege *Bianconi* loco *Brianconi.* conf. Introd. II. p. 352 ſqq. quibus add. *Crellii* lib. (p. 354. memor.) recuſum eſſe in *Opuſculis ad medicinae hiſtoriam pertinentibus*, collegit — *I. C. Gottl. Ackermann.* Noribergae 1797. 8. nr. 6. Illi diſp. oppoſita eſt *Chr. Roſe* diſſ. de Auguſto, contraria medicina curato. Halae 1741. recuſ. ibid. nr. 7. pag.

pag. 383—432. *Roſe* morbum habet pro ſebri hectica etc.

Paragr. 13 ſubiici poteſt *M. Valerius Meſſala Coruinus*, nobili genere ortus et a. Chr. 59. natus: orator et hiſtoricus. In bello ciuili primum contra triumuiros ſtetit; poſtea ſe dedidit Auguſto, quem a. v 723. habuit collegam in conſulatu, et primus adpellauit patrem patriae. A. C. 26. a. v. c. 726. (al. 727.) triumphum egit de Aquitanis. Anno aetatis 70. memoriam, qua antea maxime valebat, adeo amiſit, vt nominis ſui obliuiſceretur. Huius calamitatis ſenſu, quem acrior vlceris dolor adauxit, abreptus, biennio poſt, a. poſt. Chr. n. 14. a. aetat. 72. inedia mortem ſibi adcelerauit. Scripſit *libros de auſpiciis*, ex quibus aliqua adtulerunt fragmenta Feſtus, Macrobius, A Gellius, *orationes*, quae laudantur a Quintiliano, et alia, quae perierunt: ſub nomine eius circumfertur libellus de *progenie Auguſti Caeſaris*, qui vero foetus eſt ſpurius m dii aeui. Primus illum in lucem produxit *Iac. Bedrotus*, philologus Argentor. et Floro adiecit. *Sylburgius* locum illi dedit inter ſcriptores hiſtoriae romanae, tom. I. pag. 373. et varias addidit lectiones. Eumdem libell. poſt alios Bipontini hiſt. rom. ſcriptoribus, 1789. *Hearnius* vero, qui libell. cum codice Lincolnienſi contulit notisque illuſtrauit, atque *Hauerkamp* edit. *Eutropii*, (v. in noti-

notitia pag. 598.) adiunxerunt. Separatim, (ita tamen vt etiam pars eſſet *auctorum latinorum minorum*, tom. III. part. II.) libellum edidit in vſum ſcholarum, ſubiectis notis, ex rec. Hearnii, *C. H. Tſchucke*, Lipſiae 1793. 12.

Conf. *Scaliger*, *Broukhuſium*, in primis *Heyne* ad Tibull. I. el. 3. init. — *Dan. Guil. Molleri* disp. de M. Valer. Coru. Meſſala. Altdorf. 1689. 4. *Saxium* in Onom. I. pag. 183. et alios, qui ab illo et a me in Introd. II. pag. 348 ſq. laudantur. *De Burigny* in Memoir. ſur M. Valerius Meſſala, ami d'Auguſte, homme de Lettres, et Protecteur des Savans, in Hiſt. de l'Acad. des Inſcript. tom. XXXIV. pag. 99 ſqq.

Ad pag. 214. *not.* *. *lin.* 9.

Corrige *pag.* 310 *ſqq. tom.* I. — Editiones ſiue Catulli ſolius, ſiue cum aliis poetis iuncti, quae ſaec. XV. prelo exierunt, diligenter recenſet cel. *Panzer* in A. T.

Principem edit. *Catullus, Tibullus, Propertius* et *P. Papinii Statii* Syluae, 1472, ſine loco, non *Romae*, vt Laire opinabatur, ſed *Venetiis*, typis Vindel. de Spira, in mai. 4. eſſe excuſam, cum Audiffredo ſtatuit quoque *Panzer* III. pag. 87. Conf. in Notit. pag. 35. *Quirini* epiſtol. Saxii hiſt. typogr. Mediol. ſubiunctam, pag. 17 ſqq. — Edit. *Veneta*, quae penes me eſt, habet in fine Pro-

Propertii notam a. 1475. Vitium igitur eſt typogr. in Notitia pag. 36. lin. 1. in nota a. 1745. — Editio *Cat. Tib.* et *Propert.* Mediolan. 1480. fol. ſuſpecta eſt *Panzero* II. pag. 40.

Ad pag. 215. *lin.* 7.

De edit. *Brixienſi* v. quoque *Panzer* I. pag. 246. et *Clement* in bibl. curieuſe etc. VII. pag. 460 ſq. vbi etiam edit. trium illorum poetarum, cum notis *Antonii Parthenii* et aliorum, Venetiis per Mag. Andream de Patascichis, (ſic apud Clement.) Catarenſem, 1488. fol. et multae aliae editiones ſaeculi potiſſimum XV. indicantur. Sed illius editionis exemplaria, ſaltem aliqua, tres peculiares habuiſſe videntur inſcriptiones. Nam in catal. bibl. Schwarz. II. pag. 206. citatur *Tibullus* cum commentario *Bernardi Veronenſis*. In calce: Impreſſum Venetiis per Mag. *Andr. de Palthaſcichis*, (ſic) Catarenſem. 1487. tum *Catullus* cum commentario *Antonii Parthenii Laciſii* Veronenſis. fol. ſine typographi et anni nota: — pag. autem 210. *Propertius* cum Antonii Volſci interpretationibus, ad Iulian. Honoratis. — In fine: Impreſſum hoc opus Venetiis per magiſtrum *Andream de Pataſcichis* (ſic) *Catarenſem*. 1488. fol. Schwarz. vero ad Catullum haec adnotauit ibid. pag. 206. „ſine dubio idem typographus, eodem anno, aut certe

certe proximo, Catullum hunc impreſſit, qui impreſſerat editionem praecedentem Tibulli et ſequentem Propertii. Idem enim prorſus typus, eadem charta, forcipe inſignita, conſpicitur, et eodem volumine hi tres poetae compacti ſunt: etc." adde *Panzer* III. pag. 240 nr. 987. et pag. 492. vbi inter libros, nota anni deſtitutos, ex Maittaire IV. pag. 748. refert *Catullum,* Venetiis per Andr. de Paltaſichis Catarenſem, fol. ſed bene adnotat, eſſe forte an. 1488. per eumdem. — *Parthenius* autem primus fuit, qui corruptum Catulli textum perſpiceret, codd. et edd. vett. conſuleret, atque textum poetae emendare conaretur. Hinc editio: *Tibullus* cum commentariis Cyllaenii Veron. *Catullus* cum comm. *Parthenii* Veron. et *Palladii* Patauini. Emendatt. Catullianae per *Hieron. Auancium* Veron. et eiusdem in Priapeias caſtigatt. *Propertius* cum comment. *Beroaldi.* Annotatt. in Propertium: tum per Domin. Calderinum; tum per Io. Cottam Veronenſ. Haec omnia ſunt ex exemplaribus emendatis Domini *Hieron. Auancii.* Venet. per Io. de Tridino de Cereto, al. Tacuinum. 1500. fol. (v. *Panzer* III. p. 473. et *Schwarz.* catal. II. pag. 256.) illa igitur editio et plures Venetae Catulli cum comment. Parthenii paſſae ſunt interpolationes et arbitrarias mutationes Parthenii. Neque vero ex illa nata eſſe ed. *Aldina* a. 1502. quae frequenter variat, et discrepat ab

ab iſta, contra habere correctiones atque interpolationes Auantii videtur cenſori edit. *Catulli* Doeringianae, in Ien. A.-L. Zeit. a. 1790. menſ. Iun. pag. 651. ſed conf. quae cl. Heyne in prolegg. ad Tibullum ed. III. de illa edit. erudite obſeruat.

Ad pag. 216. *lin.* 1.

Val. Catullus per *Baptiſtam Guarinum* emendatus, cum *Alexandri Guarini*, Ferrarienſis, Baptiſtae Guarini F. expoſitionibus. Venetiis per Georg. de Ruſconibus. 1521. 4. — Editio trium poetarum cum *Cn. Cornelii Galli* fragmentis, Baſileae exc. Henric. Petri 1530. 8. eſt quoque interpolata. conf. *Goetz* Mem. bibl. Dresd. I. pag. 425. vbi a pag. 424. haud paucae commemorantur editiones.

Ad pag. 216. *not. lin. vlt.*

Haec edit. ſ. l. et a. eſt *Lugdunenſis* ex offic. *Guil. Hyon*, qui Aldinas trium illorum poetarum, nec non Terentii, Virgilii, Lucani et aliorum edd. at vitioſe recudi fecit, vt ipſe conqueſtus eſt Aldus Manutius et docte oſtendit Abb. *Saint-Leger* m. Mart. 1790. in Journ. des Sav. iterumque in L'Eſprit des Journaux, m. Sept. 1790. Pariſ. p. 242 ſqq.

Ad pag. 217. *lin.* 1—3.

Locum illum ita legas velim: — Lutetiae, apud Mamertum Patiſſonium, in offic. Rob.

Rob. Stephani. 1577. 8. — *Catulli, Tibulli, Propertii.* Noua editio. *Ioſ. Scaliger*, Iul. Caeſaris F. recenſuit. Eiusdem in eosdem caſtigationum liber. Antwerp. (cum *Mureti* commentario in Catullum, et ſcholiis in Tibullum et Propertium ſeparatim excuſis, ſuisque paginis notatis.) apud Aegid. Rudaeum. 1582. 8. Non eſt mera ſuperioris editionis repetitio, a librariis facta. Scaliger enim hinc inde discedit ab interpretatione ſua priore. In bibl. Dresdenſi ſunt, teſte *Goetzio* l. m. p. 425. duo vtriusque editionis exemplaria cum Taubmanni aliorumque notis, margini adſcriptis. — *Cat. Tib. Propertii.* Noua editio. *Ioſ. Scaliger* — recenſuit. Eiusdem in eosdem caſtigationum liber auctus et recognitus ab ipſo auctore. In bibliopolio Commeliano. 1600. 8. cum praef. Scaligeri 1576. ſcripta.

Ad pag. 217. *lin.* 12.

Eodem anno 1608. prodierunt *Cat. Tib.* et *Prop.* cum poemat. *Corn. Galli* etc. et indice Horatii Tuſcanellae. Hanou. typis Wechel. 8. Enimuero non eſt repetitio ed. Baſil. 1530. Ex Wechel. autem et expreſſa ſunt poetar. verba in ed. Gebhard. De edd. *Gebhardi*, Hanou. 1618. 8. et Francofurti 1621. 8. (quam cum priore plane, vel in ipſis paginis conuenire ait Barth.; praeterea tamen illa continet *Linineii* notas in tres

poe-

poetas amatorios,) atque de illius animadverſſ. cum Meleagri in Catullum ſpicilegio, Hanou. 1618. v. *Barth* praef. p. XLIII. ſq. Quod poſterior ed. cum Gebh. animadu. et Meleagri ſpicilegio penes me eſt, de ſubſidiis, quibus vtebatur Gebhardus, et ipſa editione pauca addere licebit: quae quidem num in omnibus partibus, an in textus tantum verbis cum priore conſpiret, neſcio. Illa igitur edit. conſtat tribus partibus, quarum ſingulae peculiarem habent titulum, forſan librarii tantummodo conſilio. Prima cum longiore inſcriptione continet textum poetarum, cum *indice Horatii Tuſcanellae*, qui quidem in praemiſſa praefatione operam ſuam atque indicis vtilitatem ampliſſimis verbis celebrat, parum tamen erudite confecit eum. Altera pars eodem anno 1621 edita, exhibet *Liuineii* notas, ab Andrea Schotto transmiſſas. Tertia quidem (Hanou. 1618.) in fronte promittit *Gebhardi* animaduerſſ. in *Catullum*, Tibullum, Propertium cum Iani Meleagri in C. Val. Catullum ſpicilegio; ſed in *Catullum* nullas reliquit Gebhardus obſſ. E contrario in praefatione collectioni praefixa, (nam notis ſuis in Tibullum epiſtolam ad Gruterum, iis autem in Propertium epiſt. ad Remum, vtramque Heidelbergae 1600 ſcriptam, praemiſit,) ipſe fatetur, Meleagrum, ne Albium et Aurelium nouis togis curioſius intectos Catullus diſpretus ac nudus

 anteam-

anteambulo inuidioſe reſpiceret, precibus Gebhardi notum, ſpicilegium e Gruteri libro ad msstos codd. comparato concinnatum donaſſe Catullo. Ipſe Gebhard ſex *Tibulli* et duo *Propertii* codd. Palatinos contendit; praeter ea a Grutero accepit collationem cod. Commeliani et lectiones duorum codd. Palatin. Scaligerianae editioni adſcriptas; ſe vero in eadem praefatione confitetur, ea, quae ante ſeſquiannum infelici auſpicio amiſiſſet, in altera eaque noua hac edit. ad manus et nouam incudem reuocaſſe, multaque, quae peccaſſet, melioribus ſubſidiisvlum, correxiſſe.

Ad pag. 218. *lin.* 6.

Catulli opp. in *Mich. Maittaire* corpore poetarum latin. Londin. 1713. vol. I. pag. 342. — Minor *Maitt.* edit. trium poetar. Lond. 1715. 12. (v. Introd. I. pag. 323.) et ibid. 1776. 12. — *Döring* ad a. 1738 refert: *Cat. opp.* ex caſtigatt. obſeruationibusque Graeuii, Voſſii et Vulpii emendat. ſ. a et l. 12. acc. *Peruigilium Veneris* ex caſtigatt. et obſſ. Sanadoni emendatum.

Ad pag. 218. *lin* 18.

Cat. Tib. Prop. Londini typis Brindley 1749. form. min. et (cura Harwood.) ibid 1774. 12. (*Bruggem.* View etc. p. 476.)

Catulli

Catulli, Tibulli, Propertii Opera. Parmae ap. Bondon. 1794. mai. fol. Splendiſſima editio: Contextus Tib. recuſus eſt ex edit. II. Heynii; et Propertius ex edit. Burmann. Santen. Catulli autem carmina editor anonymus ipſe recenſuit, vſus tribus codd. romanis, tum duobus aliis, quos Ant. Angelius, qui saec. XVI. vixit, poſſederat, item lectionibus cod. Guarnerieri; praeterea habuit duas vett. editiones cum lectionibus atque emendatt. virorum doctorum, atque duas principes edd. ſine loco, quarum priorem excuſam putat Venet. 1472. et alteram Parmae 1473.

Ad pag. 219. *lin.* 2 *et* 3.

Alia exemplaria Voſſianae edit. a. 1691. in fronte gerere notam vrbis *Vltraiecti;* alia vrbis *Lugduni Bat.* iam in Introd. I. pag. 325. obſeruaui. add. *Clement* l. m. p. 463 ſq. qui varia narrat de illis editt. At cl. *Seybold* in progr. pag. 2. habuit tantum notitiam exemplaris cum nota vrbis *Vltraiecti.*

Ad pag. 219. *lin.* 13.

In primis confer de illo *Santen.* ſpecimine eruditum cenſorem, haud raro ſecus ſentientem, et ſana editori dantem praecepta, in Annal. litterar. Helmſtadt. m. Maio. 1789. pag. 448 ſqq. — De ed. *Eglini,* (qui praeter

ter rem *Cirin* tribuit Catullo,) v. *Clement.* l. c. pag. 465 ſq.

Ad pag. 219. *lin. penult.*

Epithalamium etc. ſiue *carmen* argonauticum Pelei et Thetidis nuptias cantans, cum praef. *Iac. Baryni.* Lipſ 1493. 4. v. *Panzer* I. pag. 480. inprimis de hac et ſequenti ed. Lipſ. cl. *Seybold* in: Magazin für öffentl. Schulen etc. tom. II. part. I. (Bremae 1791. 8.) pag. 177 ſqq. qui exemplar ſuum cum ed. Döring. contulit, variasque illius lectiones complures excerptas dedit. — *Catulli* carmen Pelei et Thetidis nuptias complectens. ſ. l. et a. (Lipſiae ap. Thanner, litteris gothicis. 4. ſaeculo ſiue XV. exeunte, ſiue XVI. ineunte,) edit. M. *Chriſtoph. Suchtenio,* Gedanen. Textus ex antiqua editione Veneta 1475. eſſe videtur. — Duplex enim in antiquioribus et recentioribus edd. circumfertur huius carminis inſcriptio. Antiquior, at a plerisque iam diu fere repudiata, eſt, *Argonautica,* ab exordio carminis haud dubie efficta: altera, eaque vulgo nunc recepta, *Epithalamium Pelei et Thetidos.* v. Döring. V. Cl. not. ad hoc carm. pag. 251 — 258. vbi non ſolum de argumento, ſenſuque carminis et fontibus, e quibus hauſerit doctus poeta, ſed etiam de interpretibus verſionibusque illius diligenter diſſeritur.

Ad

Ad pag. 220. *lin.* 9.

Baſis ed. Doering. erat textus Scaligero-Voſſianus, ſed ita, vt V. D. vtramque recenſionem, praecipue Voſſianam ſaepe deſereret, et correctiones Faerni, Victorii, Mureti, Statii aliorumque retineret aut reciperet confirmaretue. Longa doctaque prioris voluminis cenſura, quae multas praebet emendationes ideoque a futuro editore atque interprete carminum Catull. haud omnino praetermittenda eſt, exſtat in Ien. A. L. Zeit. a. 1790. nr. 172. m. Iun. nr. 175. et 180. Neque vero cl. *Doeringio* ſatisfecit cenſor Ille enim in praef. ad *tomum Cat. carminum poſteriorem*, (Lipſ. 1792. 8. cum indicibus,) modeſte reſpondit, vereque et ex mea ſententia „quod, aiebat, recte ab aequo iudice monetur et reprehenditur, id a quolibet, qui non ſui amore obcaecatus eſt, grato animo agnoſcitur, et tacite in vſum conuertitur; quod vero a cenſore ſupercilioſo, nil niſi vitia rimante, ficta ſubinde crepante, et de iis, quae a ſenſu cuiuslibet pendent, magna cum fiducia pronunciante et praeter modum carpitur et ſugillatur, id, cum nemo ſine praeuaricationis ſuſpicione in cauſſa ſua iudex ſedeat, rectius eorum, qui ipſi in his rebus vident, relinquitur arbitrio." — Idem V. D. in *Eclogis vett. poetarum*, cum adnotat. (Gothae 1793. 8.) dedit et expoſuit carm. Catulli LXV. et LXVIII.

Aliquot *Catulli* carmina recepta ſunt in Encyclopaed. poetar. lat. part. VI. ſiue Auserleſene Stücke der Elegien-Dichter und Lyriker zum Gebrauch der Schulen, cum adnotatt. *C. G. Lenz.* Brunſuici 1794. 8. conf. Kil. nou. bibl. vniuerſal. vol. XXXIII. part. I. faſc. VI. pag. 388 ſqq. — *Koeleri* ed. Epithalamii prodiit Lemgou. 1788. 8. in parte I. illius collectionis.

Ad pag. 220. *§.* 4. *lin. vlt.*

Cl. *Degen* in: *Deutſche Anthologie der römiſchen Elegiker*, Norib. 1784. 8. aliquot carmina vertit, et de ſuo ipſius labore, ceterisque verſionibus Catullianorum german. iudicauit in Verſuch einer vollſtänd. Litteratur etc. tom. II. pag. 20 ſqq. quibus addes *Naſſeri*, Profeſſ. Kilonienſ. verſionem XII. carminum Catulli, XXX. odar. Horat. et Peruigilii Veneris, in eius *Lyriſchen Gedichten aus dem Lateiniſchen* etc. Kilon. 1795. 8. — De *italicis* verſſ. v. *Paitonum* in bibl. ſaepius mem. tom. I. p. 202. et add. Endecaſillabi di *C. Valerio Catullo*, Veron. con alcune altre Poeſie di lui e di altri Poeti latini nuovamente meſſi in volgare, col *teſto latino* in fronte ed al ſuo autore Catullo, dal traduttore dedicato. Maſſa 1791. 8. — De verſione Le Opere di *Cajo Val. Catullo* tradotte da Parmindo Ibichenſe, (h. e. *Franc. Maria Biacca,*) in Raccolta di tutti Poeti Latini,

tini, tom. XXI. Mediol. 1740. v. *Mazzuchelli* ſcritt. d' Italia, tom. II. part. II. pag. 1118. et Paiton. l. c. *Epithalam.* verſſ. ital. reddidit *Oſt. Nerucci.* Sienae 1751. 8. item *Ioſ. Torelli.* Veronae 1781. mai. 8. — De *anglicis* quorumdam carminum verſionibus v. *Brüggemann* View etc. pag. 476 ſq. — De *Catullo* et verſionibus *gallicis*, *de Marolles*. (in proſa 1653.) *de la Chapelle*, (qui plurima Catulli carmina, nullo ordine ſervato, gallice vertit et illuſtrauit aeſthetice in: Amours de Catulle, Pariſ. 1680. 8. melius in: *Oeuvres du Sieur de la Chapelle*, tom. I. Pariſ. 1700. 8.) *le Gendre*, (qui vertit et explicuit Epithalamium, Lugduni 1701. 12.) et de Peruigilio Veneris copiaſe diſſerit *Goujet* in Biblioth. françoiſe, tom. V. ed. II. p. 26 ſqq. Add. (*Pezay*) verſionem proſaicam Catulli, Tibulli et Galli, (II. tom. Amſtel. 1771. 8.) in tom. I. qui complectitur textum lat. cum verſione et notis.

Ad pag. 220. *§.* 5. *init.*

Voc. *poeta*, add. *lectione et ſtudio graecorum poetarum formatus.*

Ad pag. 221. *lin.* 17.

Adr. Baillet in Jugemens des Savans, tom. III. p. 182 ſqq. et *Menagii* Anti-Baillet ſ. tom. VII ed. in 4. p. 200. — Abb. *Clemens Sibiliati* de loco carm. LXIII. 124 ſqq.

et Vulpiana illius interpretatione, in: Saggi ſcientifici e letterarie dell' Accademia di Padova, tom. III. part. II. Patau. 1796. 4. — *Catullus* ſ. de ſtylo et ſapore Catulliano, diatr. auct. *C. Michaeler.* Aug. Vindel. 1776. 8. et in eius Collect. poet. elegiac. tom. II. Vindobonae 1784. 8. II. voll. — *Jortin* obſſ. crit. in Catullum, in eius opuſc. philolog. criticis et miſcellaneis, Lond. 1790. 8. vol. II. pag. 147 ſqq. Add. edit. *Bipont*, et *Döring* in notit. litt. edd.

Ad pag. 223. *lin.* 1.

Bouhier diuidendum cenſebat in Nouvelles litteraires. Amſtel. tom. XI. part. II. art. 5. 1720. carmen in duo poematia, ratus priores 22. verſus elegantes et ſaeculo Auguſteo dignos eſſe; reliquos ſequioris latinitatis habere indicia. Atque ita edidit in priore ed. a. 1737. in altera a. 1738. plura addidit; in his plurimas *Menagii* obſſ. (ex Menagianis depromtas,) et latinas obſſ. Abb. *de Longuerue.* Plura dabit *Goujet* l. c. — In ed. Clerici primum eſt editum cum Pithoei et Lipſii notis, pag. 1—17. deinde e recenſione Scriueriana repetitum cum ipſius Scriverii, Weitzii ſelectis et Salmaſii omnibus animaduerſſ. pag. 18—42. Tum ſequuntur Riuini notae, pag. 43—166. — *Wernsdorf* cum Scriuerio et Bouhierio. l. c. pag. 452. *Annaeum Florum*, vel *Senecam* poetam,

tam, qui ſub Hadriano vixit, pro auctore Peruigilii habet, et vero cum Voſſio ac Salmaſio arbitratur, eumdem hunc Florum poetam et Florum hiſtoricum eſſe, eumque videri adoptione nomen geminum geſſiſſe, vt et *L. Annaeus Seneca* et *L. Annaeus Florus* diceretur pluraque de illo adnotauit. (*Flori eclogas* vel *excerpta trochaica* de qualitate vitae idem *Wernsdorf.* l. c. pag. 483, recudi fecit doctisque illuſtrauit animaduerſionibus.) Idem *Wernsdorf.* in tomo V. part. III. poet. lat. min. p. 1466 ſq. quod *Barth* nomen *Senecae* Peruigilio reperit praefixum, obſeruat, Grammaticos vel librarios recentiores Senecam aliquem, ſiue antiquum philoſophum, ſiue alium recentiorem, paſſim nominare, quem putent veteres poetas ſubinde correxiſſe, interpolaſſe, excerpſiſſe. Tum refert id, quod *Iſ. Voſſius* in obſſ. ad Catullum pag. 282. de eo Seneca memorat. Aliam de illo *Seneca* notitiam et narrationem v. paullo ad Tibullum ſect. 4. adlatam. — Liberius vertit *Bürgerus* carmen, et in tres odas ſeu partes diuiſit, atque inſcripſit *die Nachtfeier der Venus, nach dem Lateiniſchen,* poſuitque primo loco in ſuis carminibus theotiſcis, Gottingae 1778. emend. Gotting. 1789. conf. *Wernsdorf.* ad tom. III. poet. lat. min. pag. 540 ſqq. et *Degen* Verſuch etc. II. pag. 36.

Ad pag. 224 *ſect* 1. *lin.* 6. *poſt voc. pag.* 59.

In edit. III. Heyniana pag. LXXVI. in ſynopſi chronologica: et pag. LXV ſqq. legitur vita Tibulli, a Vulpio conſcripta cum notis Heynii.

Ad pag. 224. *ſect.* 3.

Carmen primum libri quarti an Tibullum habeat parentem, inquirit et cum pluribus viris doctis dubitat Heyne. Quae vero huius libri quarti alia poemata ille abiudicat Tibullo, ea *Mund* in *Wielandi* deutſchem Merkur. a. 1 9+. part. III. pag. 257 ſqq. putauit et euincere ſtuduit, iuueniles fuiſſe Tibulli primitias, atque metricae illorum verſionis germanicae fecit periculum. — Stirpem ac propaginem edd. *Heyne* in prolegg. ad III. edit. diligenter indagauit, et familias ſcite curateque diſtinxit ac deſignauit. — De *Senecae* nomine, quod praefixum quoque fuiſſe Peruigilio Veneris ſupra retulimus, ibidem Wernsdorfii ac Voſſii indicauimus opiniones. Eiusdem *Senecae* nomen in cod, Tibulli Dresdenſi ſaec. XV. exarato, verſibus quibusdam interpolatis, cum hac nota *Seneca ſuppleuit ſic,* fuiſſe adpictum, animaduertit cl. *Heyne* in prolegg. pag XXI. ed. ſecundae, aut pag. XXVIII. ed. tertiae, et faſſus eſt, quis ille Seneca fuerit, nondum ſibi liquido conſtare: fuiſſe tamen aliquem vete-

rum

rum interpolatorem ex illo ſaeculo hoc nomine, collegit ex Voſſii obſeruatione ad Catull. pag. 284. Is enim librum mstum viderat Aeneidos, in quo *Seneca* priorum quatuor verſuum, qui Aeneidi praemitti ſolent, auctor edebatur. Forſan tamen certiora, ſaltem probabiliora de eo dicere licet, vt iam monui in Introd. I. pag. 346. Medio enim ſaeculo XV. floruit quidam *Thomas Seneca Camers*, non latinis modo, ſed etiam etruſcis litteris commendatus et poeta; cuius latina habentur inter carmina illuſtrium poetarum Ital. Florent. 1721. tom. IX. pag. 39. Is, qui Aeſii, Arimini, Bononiae et Florentiae docebat, vna cum *Porcello*, ſeu *Porcellio*, (de quo multus eſt *Zenus* in Diſſertazioni Voſſiane, tom. I. pag. 15 — 21.) ſtudium litterarum graecarum, quas ignorabat, ſtulte ſpreuit. Quod igitur vterque homini latino graecis non opus eſſe litteris temere praedicabat, imo potius odio iraque in *Baſſinium* Parmenſem, graecarum litter. amantiſſimum inflammatus, hunc omne tempus, in litteris graecis conſumtum, omnino perdidiſſe, clamitabat: *Baſſinium* grauem nactus eſt aduerſarium, qui quidem in binis epiſtolis, altera proſa oratione exarata, altera poetica, in qua oſtendit, *poetas latinos ſine litteris graecis nihil poſſe*, contra vtrumque ſtilum acuit, in vtraque autem epiſtola

ſtola *) *Thomam Senecam Camertem*, nomine tantum *Senecae* adpellauit. Hic igitur Seneca forſan fuit, qui interpolaret Tibullum, Virgilium aliosque poetas, et cuius nomen adpingeretur verſibus interpolatis.

Ad pag. 226. *lin.* 3.

Cel. *Heyne* in prolegg. ad tertiam edit. pag. XVI. edd. progeniem hanc eſſe iudicat; ex ed. principe, a. 1472. nondum ſatis accurate excuſſa, probabiliter expreſſam eſſe Venetam 1475. ex hac autem ductas eſſe Regienſem 1481. Vicentinam 1482. Lipſienſem ſ. a. ſed, aliam aliter, in nonnullis locis correctas; e contrario *Romanam*, ſubiectis Cyllenii commentariis, a. 1475. ex cod. minus emendato ductam, pro altera quaſi principe habendam, et matrem fuiſſe Brixienſis a. 1486. Venetarum 1487. 1491. 1493. 1500 et 1520. et Aldinae primae, 1502. **) ſed paſſim et varie ex Cyllenii commentariis

*) Vtramque epiſtolam ex cod. ſaec. XVI. primus in lucem edidit *Hieron. Ferrius Longianenſis*, Prof. in academia Ferrarienſi in *Amadutii* anecdot. litter. vol. II. pag. 300 ſqq. et pag. 401 ſqq. vbi pag. 407. in not. *a* de *Seneca* illo quaedam traduntur.

**) De hac edit. memor. v. *Heyne* prolegg. pag. LII. neque in meo exemplo exſtant, quae Manut. in praefatione promiſerat, ſe, quae aſteriſco notaſſet loca, ea *in fine operis aliter atque aliter legi excudenda curaſſe.*

riis forte et aliis edd. interpolatarum: his ſucceſſiſſe Aldinam ſecundam a. 1515 a doctiſſimo viro curatam et magno eruditionis adparatu correctam: alterutram vero ex Aldinis ſequutas eſſe varia fortuna et ratione ſequentes omnes edd. vsque ad Muretum, cui Tibullus non parum debeat. Aeque ſubtiliter curateque hiſtoriam reliquarum editionum et recenſionum, ex quibus aliae manaſſent, criticam contexuit cel. Heyne, et ea, quae Scaliger, Achilles Statius, Ianus Douſa pater, Brouckhuſ. aliique bene maleue praeſtiterint, copioſe explicuit: in primis de audacioribus *Scaligeri* et *Henley* transpoſitionibus iudicauit, acuteque pag. XX. docuit, ex eo, quod nos in multis poetae partibus tantum lacinias et fragmenta habeamus, exemplo illo, vnde codd. noſtri ducti eſſent, lacero et mutilo, aut excerpta tantum ex pleniore codice a viro quodam facta continente, ortas eſſe illas lacunas, illas hiantes ſententias, diſtichis comprehenſas. Sed totus ille locus, ſubtiliter ingenioſeque formam hodiernam fataque contextus Tibulliani et venuſtatem artemque elegiarum poetae noſtri explicans, dignus eſt omnino, qui legatur. — De editionis Venetae 1475 exemplo meo *), cuius

*) In primo folio hanc *Cortius* ſcripſit adnotationem. „Primae etiam ſignaturae, vt vocant, in his libris viſuntur, extremis paginarum

cuius margini Cortius lectiones cod. Guelferb. adſcripſerat, v. quae ſcripſi in Notitia etc. pag. 36. — Mox, de *Andrea de Palthſcichis* v. ad Catullum notata, et *Heyne* in prolegg. pag. XLIX. ed. tertiae.

Ad pag. 225. *lin.* 20.

Cl. *Panzer* in vol. I. A. T. pag. 499. citat ed. Lipſienſ. ſine a. nota: deeſt tamen exemplo, quod in manibus habuit, folium primum, ſed cenſor in ephemer. litter. Gothanis a. 1793. nr. 52. pag 462. deprehendit, id nullum alium eſſe exemplar, ac id, quod *Iac. Thanner* 1500. 4. prelo exire iuſſerat. — De edit. cura Conr. Celtis vide *Schnizer* de bibl. Neoſtad. ad Aiſſum, part. II. pag. 23 ſq.

Ad pag. 225. *lin.* 24.

Brouckh. edit. a. 1727 neque ab Heynio, neque in aliis, quos conſului, libris memoratam reperi. Edit. autem a. 1708. exemplar cum notis P. Burmanni msst. exſtabat in bibl. Burm. II. v. cat. pag. 31. inter auctores vett. collatos, et ibid. plura Catulli exempla cum notis msstis: nr. autem

2727.

narum oris adpictae: e. g. in Catullo *a. b.* minori forma. v. in Catullo ſtatim pag. 5. in reliquis *A. B.* maiuſculae, quae tamen non ita in Tibullo, vt in Propertio et Statio agnoſcuntur."

2727. notatur, edit. L. B. 1691. inſertas eſſe ex *N. Heinſii* autographo ad Catullum, Tibullum et Propertium emendatt. ex variis vett. codd. msst. item excerpta ex Mureto ad Catullum et Tibullum edit. apud Aldum 1558, ad calcem libri huius inueniri ſpecimen nouae editionis Verburgianae.

Ad pag. 226. *lin.* 8.

Tertia editio *Heyniana* multo emendatior et auctior prodiit, inſcripta: *Albi Tibulli* carmina libri tres cum libro quarto *Sulpiciae et aliorum:* nouis curis caſtigauit *Chr. G. Heyne.* Lipſiae 1798. mai. 8. Adhibuit plura ſubſidia, in his quatuor codd. msst. Guelferb.

Ad pag. 227. *lin.* 12.

De verſionibus *germanicis* v. *Degen* (II. pag. 495 ſqq.) de *anglicis* v. *Brüggemann* l. c. pag. 575 ſqq. de *italicis*, *Paiton.* (IV. pag. 120 ſq.) de *franco-gallicis*, *Goujet*, (tom. VI. pag. 104 ſqq. vbi quoque de Tibulli ingenio et poeſi iudicatur,) et *Heyne* fin. prolegomenor. ac ſupra ad Catullum. Add. Elégies de *Tibulle*, traduction nouvelle. à Paris, de l'imprimerie de Pierres. 1784. (per *Paſtoret.*) In Journal Encyclopédique, à Bouillon a. 1784 tom. II. part. III. laudatur verſio illa et comparatur cum verſionibus, quas *de Pezac* et de *Longchamps* fecerunt. — Elégies de *Tibulle*, enrichies de

de Notes et Recherches, de Mythologie, d'Hiſtoire et de Philoſophie; ſuivies des baiſers de *Jean Second* — Contes et Nouvelles Ouvrages poſthumes de *Mirabeau* etc. Tours, III. voll. 1796. 12. cum XIV. figg. et II. voll. cum XV. figg. Tibulli quidem verſio primum parentem habuiſſe dicitur *la Chabauſſiere*, Mirabauii amicum; ſed poſtea reuiſa a Mirab. qui, ſuo ingenio duce liberaliorem et Tibulli et Secundi feciſſet verſionem, e carcere amaſiae ſuae Ruffey dedicatam. Nec tamen integra dedicatio ab ipſo profecta eſſe perhibetur, notae tamen ab eo ſunt conſcriptae. — *Tibulli* eleg. 13. libr. I. verſio germanica, verſibus hexametris, in opere menſtruo: *Horen*, part. V. a. 1796. pag. 87 ſq. — De audacioribus *Samuelis Henley*, verbi diuini praeconis Rendlesham prope Ipswich, translationibus iam paucula notauimus. Is vero edidit: An Eſſay towards a new Edition of the Elegies of Tibullus: with a Translation and Notes. London apud Io. Johnſon. 1792. mai. 8. atque elegias libri primi aliter ordinandas eſſe cenſuit et vero tentauit. In illo enim futurae editionis ſpecimine dedit elegiae primae libri primi et I. 7. verſ. 29 ſqq. textum latinum cum verſione anglica notisque, in quibus varias lectiones, a Brouckhuſio Heynioque repudiatas, recepit ac defendit: exemplo autem Scaligeri verſus transpoſuit. Laudatur qui-

quidem Henley in Critical Review et Monthly Review etc. teſte Brüggemanno p. 576. ſed vide doctam cenſuram in ephemeridibus litterar. Gotting. a. 1792. plag. 163. Ab eodem *Brüggem.* memorantur poetica verſio Tibulli et carm. Sulpiciae *anglica*, auctore *Iac. Grainger*, cum huius notis criticis atque exegeticis, et cum textu latino, Londini 1759. 12. nec non: A Letter to *Tobias Smollet*, M. D. occaſioned by his criticiſm on a late translation of Tibullus, by Dr. *Grainger*. Lond. 1759. 8. — tum *Thomas Harmar.* obſſ. in Tibullum; aliosque in eius Obſſ. on divers paſſages of Scripture etc. Lond. 1787. 8. vol. III. et IV. — denique *I. Iortin* critic. animaduerſſ. in Tibullum, in eius Tracts philological, critical and miſcellaneous. Lond. 1790. 8. vol. II. pag. 448 — 457. — *Imm. Gottlieb Huſchke* comment. *Tibulli* et *Propertii* quaedam loca e graecis fontibus deriuata. Ienae 1783.

Ad pag. 228. *nr.* 4.

De editt. in quibus *Propertius* vna cum Catullo et Tibullo comparet, v. ad Catullum, item *Heynium* in prolegg. ad Tibullum, edit. III. in primis quae ib. pag. XLIX, et a me ſupra ad Catullum et Tibullum de ed. Propertii, cum anni nota 1487. cum duobus poetis amator. per Mag. Andr. de Paltaſchichis, disputata ſunt.

Ad pag. 228. *ſect.* 4. *lin.* 5.

Monobiblos Propertii Aurelii. Brixiae. ſ. a. nota, char. Thomae Ferrandi. 4. (*Panzer* A. T. IV. pag. 263. ex *Boni* lettere II. p. LXXVIII. ſq. — Quod Propertius cum comment. *Beroaldi* ante ann. 1487. (de qua edit. vid. *Panzer* I. pag. 218. nr. 105.) non prodiit, ed. a. 1483. ſine loci indicio, fol. cum *Ber.* comm. (quam *Maittaire* pag. 778. ex bibl. Bigot. adfert,) ſuſpecta eſt *Panzero* IV. pag. 31 n. 233. — Eidem, tom. I. pag. 223 n. 136. valde dubia eſt edit. cum *Beroaldi* comm. Bonon. 1490. a Deniſio pag. 295. ex bibl. Gottw. excitata. — Editio *Lipſienſis* a. 1495. a Deniſio et Zeunio memorata, prodiit ex offic. Mart. Lantzpergenſis, Herbipol. 4. cui addenda eſt edit. *Propertii* Lipſ. per Wolfg. Landsperg. Monac. 1497. 4. v. *Panzer* I. pag. 484 et 488.

Ad pag. 229. *lin.* 15.

Ex *Propertio* I. 17. II. 10. III. 1. 7. IV. 1. 11. cum *Lenzii* notis in Encyclopaedia lat. poetar. ad Catullum ſupra citata. — Ibid. iam laudaui *Mitſcherlichii* lectt. in Catullum et Propertium. — In bibl. Burmanni II. teſte catal. pag. 30. fuerunt edit. *Propert.* c. not. Broukhuſ. 1702. cum notis msst. *H. Relandi*, et edd. Siluii in vſum Delphini, Pariſ. 1685. 4. cum msst. adnotatt.

Ad

Ad pag. 229. *ſect.* 5.

Quem ſenſum amoris erga ſexum ſequiorem vel veri et nobilioris, vel falſi et abiecti Tibullus, Propertius, Ouidius, Horatius et Virgilius ac Seneca habuerint verbisque expreſſerint, et quomodo ſinguli in illo declarando inter ſe differant, oſtendit *von Ramdohr* in parte III. operis, inſcripti: *Venus Vrania,* Lipſiae 1798. m. 8. libr. XVII. *Denkungsart der Römer über Geſchlechts-Verbindung und Liebe bis auf die Zeiten des Septimius Seuerus.* — De ingenio arteque poetica *Propertii, Tibulli*, et *Ouidii Manſo* ſubtiliter intelligenterque iudicat, Propertium Tibullumque ſobrie acuteque comparat, et nonnullas elegias, praecipue Propertianas verſibus germ. reddidit, in: *Charaktere der vornehmſten Dichter aller Nationen* etc. ſ. *Nachträge zu Sulzers allgem. Theorie* etc. vol. II. part. I. pag. 190 ſqq. et in ſpecie de Propertio, vbi quoque de eius aetate agit, vol. III. part. I. pag. 6 ſqq. de *Ouidio* autem vol. III. part. II. p. 325 ſqq. — add. *C.* comment. de poëtis elegiacis rom. vbi etiam Tibullus, Propertius atque Ouidius comparantur, et Tibullo primae tribuuntur partes, in *Schirachi* Magazin der deutſchen Critik. tom. II. part. I. p. 12 ſqq. Halae Sax. 1773. mai. 8.

Ad pag. 230. *lin. vlt.*

De verſionibus *germanicis*, *italicis*, *gallofrancicis* et *anglicis* v. Degen, Paiton, Goujet et Brüggemann ll. citt. — *Harmar* et *Iortin* ſcripſerunt obſſ. in Propertium, in libris ſupra ad Tibullum et a *Brüggem.* pag. 580. memoratis. — *Imm. Gottlieb Huſchke* epiſt. critica in Propertium. — acc. nonnulla in Catullum et Tibullum. Amſtelod. 1792. mai. 8. conf. Ien. Allg. Litt. Zeit. a. 1792. m. Dec. nr. 321. vbi multae adſperguntur coniecturae. — *Io. Ern. Chriſtiani Schmidt*, paedagogii collegae, progr. Obſeruata in Sexti Aur. Propertii quaedam loca. Gieſſae Haſſor. 1794. 4. Emendare et explicare ſtuduit libri IV. el. 11. ſed cenſor in ephem. litter. Erfurt. 1795. plag. 19. pag. 155 ſq. interdum declarauit diſſenſum. — *Io. Schraderus* in libro Emendationum, (Leovard. 1776. 4.) cap. V. — IX. incl. pag. 87 — 185. permulta tentat et docte illuſtrat Propertii loca ſecundum ordinem IV. librorum, inſuper Hemſterhuſii aliorumque criticorum opiniones modo laudat probatque, modo vituperat et reiicit, imitationes aliorum comparat, nec pauca aliorum, praecipue poetarum latinorum loca face illuſtrat critica. (Excerpta plura dedit cenſor in: Neue philolog. Biblioth. vol. IV. pag. 27 ſqq. Lipſiae 1778. 8.) Non deprimit quidem laudem meritaque Broekhuſii; at culpat tamen pro-

probatque exemplis eius negligentiam in variis editorum et ſcriptorum librorum lectionibus coniecturisque et correctionibus criticorum atque interpretum notandis: tum quod aliorum ſibi tribuit inuenta, et incertas falſasue multorum coniecturas in textum carminum Propertii recepit, et prauas verſuum traiectiones, a Scaligero factas, admiſit. Idem laudat *Tib. Hemſterhuſ.* qui et in Obſeruatt. I. 3. plura ſanauit et in Obſeruatis, miſſis ad Vlamingium, quum hic Broekhuſianam editionem repetere pararet, antiquas lectiones a Broekhuſio ſine iuſta cauſſa reiectas defendit, magnamque illarum lectionum cateruam producit, ſuo interpoſito iudicio. — Idem *Schrader* in libro Obſeruatt. Franeck. 1761. 4. pag. 28. et 79 ſq. duobus Propertii locis medelam adfert criticam. — In biblioth. philolog. germanice ſcripta, vol. III. part. I. a. 1775. 8. p. 364 ſq. de Barthianis recitationibus. (Vorleſungen über einige Elegien des Properz etc. Dresdae 1775. 8.) et in eadem noua bibl. philolog. III. vol. (Lipſiae 1778.) p. 243 ſqq. de ed. Barthiana Propertii iudicatur.

Ad pag. 231. *lin. vlt.*

Illa elegia cum tribus epigrammatibus et reliquis ſex elegiis addita eſt Catullo, Tib. et Propertio. Hanou. typis Wechel. 1608. 8. vbi pag. 336. haec notata leguntur. „Librum

brum ego ſcriptum habeo, in quo *Galli Maximiani* nomine ea leguntur."

Ad pag. 232. *ſect.* 6.

A *Brüggemanno* View etc. pag. 575. citatur: The impotent Lover, accurately deſcribed in ſix Elegies upon old age; with the old doting Letchers Reſentiments on the paſt Pleaſures and vigorous performances of Youth. Made English from the Latin of *Cn. Cornelius Gallus*, by *Hovenden Walker*. Gent. Lond. 1689. 8. et 1693. 8.

Ad pag. 233. *lin.* 7.

Add. *Ramdohr,* ſupra ad pag. 229. ſect. 5. de Propertio laudatum.

Ad pag. 212. *lin. vlt.*

Fauſtinus Areuallus in ed. ſua *Coelii Sedulii*, (Romae 1794. mai. 4.) inſeruit prolegg. pag. 71. disput. de *Aſterio*, i. e. Turcio Rufio Aproniano, coſ. a. 449. In adp. leguntur *Turcii Rufii Aſterii* epigr. et Beliſarii ac Liberii acroſticha, nec non agitur de controuerſia, num *Aſterius* fuerit Apronianus. conf. ephemer. litter. Gotting. 1795. m. Mart. nr. 51. add. cel. *Heyne* prolegg. ad Virg. ed. II. pag. XLI. ſqq. de codice Mediceo. et de cod. illo *Bandin.* praef. ad catal. codd. gr. Laurent. Medic. tom. I. pag. XVIII. — De *Pomponii Sabini,* ſ. *Pomponii Laeti*

Laeti comm. v. *Heyne* l. c. pag. LXXXII. ſqq. qui illius opus in Virgilium, ſcribit, primum eſſe editum per Dan. Gaietanum. Cremonae 1486. fol. At enim ed. *Cremonenſ.* a. 1486. non exſtat, ex vrbe autem Cremona a. 1486. ſcripta eſt epiſtola Gaietani. — *Panzer* quidem in A. T. I. pag. 159. ex cat. Iſendoorn. ap. *Maittaire* pag. 479. citat *Iul. Pompon. Sabini* (*Laeti*) comment. in Virgilium. Baſileae 1486. ſed editio, caute ait, *ſi adeſt*, rariſſima: pag. autem 249. n. 46. ex Deniſii ſupplem. p. 243. *Iul. Pomp. Sab. commentum in Virgilium. Dan. Gaitanus dicat Petro Mannae* etc. *Brixiae* per Bonin. de Boninis de Raguſio. 1487. fol. Aliam tamen et, credo, veram illius editionis inſcriptionem refert *Audiffred.* in ſpecim. edd. italic. pag. 157. (et ex eo *Panzer* I. pag. 257. qui non exſtare, ait, ed. Cremonenſ. a. 1486. certo certius eſt:) *Pomponii doctiſſimi viri interpretatio in Aeneide Virgilii.* In calce: *Inpreſſum. Brixie per Boninus* (ſic) *de Bouinis* (ſic) *de Raguſia.* Anno X. M. CCCC. XLXXX. *) (ſic) *die V. menſ. Febr.* Acc. *Pomponii Grammatici eruditiſſimi in culicem commentarium. Quod ſequuntur*

*) Signa illa ſeu litteras rom. anni *Foſſ.* in catal. codd. impr. ſaec. XV. in bibl. Magliab. tom. III. p. 95 ſq. (vbi recenſet illam edit.) interpretatur, M. CCCC. LXXXX. h. e. 1490.

tur commentaria in alia eiuſmodi Poematia, Virgilio tributa, cum comment. in opus Bucolicorum, ac poſtremo in opus Georgicorum; in calce: *Impreſſum Brixiae per Boninum de boninis de Raguſiae* (ſic.) M. CCCC. LXXX. VII. (1487.) fol. Hosce commentarios edidit *Dan. Gaitanus;* et in epiſtola praefixa (quae, vt ſupra monui, data eſt *ex vrbe Cremona, prid. Kal. Ian.* 1486.) ſub finem haec de Pomponio ſcribit: „ſed ad *Sabinum meum* redeo. Is eſt vnus, qui in praeclariſſima illa et feliciſſima beatiſſimi Pii Pontificis ſecundi academia optimas et ſcitu dignas literas in lucem coepit afferre, et mirifica illa veterum annalium apophthegmata miro ingenio dilatauit, *nec adhuc parcit* antiquorum Graecorum vti conſuetudine, etc.“ Add. Introd. II. pag. 295. — In bibl. acad. Erlang. ſunt duo codd. chartacei, quorum alter continet excerpta *Virgilii*, Ouidii, Terentii et Perſii, tum *Virg.* Bucolica atque Georgica et minora quaedam carmina, de vino et Venere etc. — alter comprehendit Aeneidos partem, Bucolica et Georgica.

Ad pag. 234. *lin. antepen.*

Quanta copia editt. ſaeculo XV. ab a. 1469. ex officinis typographicis, praecipue in Italia, prodierint, vel ex *Panzeri* A. T. cognoſcere licet. Vide indicia et nomina illarum in indice ſ. vol. V. p. 446—449.

Ad

Ad pag. 225. *lin.* 21.

P. Virgilii Maronis opera cum opuſculis et Priapeiis. 1472. fol. Mediolani, vulgo ab *Ant. Zarotto* confecta creditur: a *Lairio* tamen in Indice etc. I. pag. 291. (vbi curatius de illa agitur edit. et Debure deſcriptio emendatur,) adſeritur *Philippo Lauagnia.* conf. *Panzer* II. pag. 13. — Idem *Laire* ibid. pag. 292. ſe Florentiae vidiſſe, ſcribit, exemplar edit. eiusdem anni penitus ignotum in fol. in cuius fine quod legitur: *Sculpſerunt docti — — Iacobus exiſtens primus: Baptiſta ſacerdos Atque Alexander comites in amore benigni Qui* Fiuizani *viuunt ſuper oppida digni.* M. CCCC. LXXII. opinabatur, excuſam eſſe edit. *Venetiis a Iacobo de Fivizano,* qui Venetiis Iuuenalis ſatyras circa an. 1472. formulis deſcripſit typographicis: eumque ſequutus *Panzer* in A. T. III. pag. 94. illam edit. inter libros Venetiis excuſos receperat, admonitione tamen caute addita: *prelum fortaſſe etiam in patria habuit?* Atque id verum eſſe, docuit *Foſſius* V. C. in catal. laud. II. pag. 797 ſqq. qui et curatiorem dedit illius edit. notitiam, et oſtendit ex verſibus mem. intelligendum eſſe *Fiuizanum* oppidum Etruriae, in Lunenſi prouincia ſitum, et Iacobum, Baptiſtam atque Alexandrum ibi artem exercuiſſe typographicam, ipſamque Iuuenalis editionem, ad quam Laire prouocauit, adſerendam eſſe

illi oppido, non, Venetiis. His rationibus motus cl. *Panzer* IIII. pag. 296 ſq. de Virgilii aeque ac Iuuenalis edd. mutauit ſententiam, et Fiuizano oppido reddidit honorem. — Eodem anno 1472. *Virgilii* Opp. Venetiis per Leonard. Achatem. fol. (*Panzer* III. pag. 91.)

Ad pag. 236. *lin.* 10.

Virg. Opp. cum ſpuriis et incertis. Mutinae per Mag. Ioan. Vurſter de campidona. 1475. 4. de qua edit. copioſe diligenterque diſſerit *Foſſius* l. c. II. pag. 800—803. — vbi ed. Operum genuinorum ſpuriorumque ac dubiorum, cum Seruii commentariis, Venetiis ſ. a. fol. — tum *Veneta*, cum iisdem commentariis, per Antonium Bartholomaei, 1486. fol. aliaeque fuſius recenſetur *). — De edit. *Virgilii* Opp. cum min. poematibus, *Copa* etc. per Andream Portilia. Parmae 1479. fol. v. *Affò* Saggio di Memorie ſu la Tipogr. Parmenſe, de ſecolo XV. pag. XXIII. inprimis pag. LXVII. ſq.

Ad pag. 236. *lin. antepen.*

Loco 1481. legendum eſt 1491. Delenda igitur ſunt verba vltimae lineae: *in hac*

*) *Venetam* ed. a. 1486. curatius et multo copioſius deſcribit *Io. Fr. Eckhard* in Nachrichten von einigen ſeltenen Büchern der Bibl. zu Eiſenach aus dem XV. Jahrhundert. Iſenaci 1775. 8. pag. 144 ſqq.

hac etc. vsque ad verba, *rec.* 1491. *fol.* in lin. 3. ſeq. paginae. Contra in prima huius paginae linea eſt ſic corrigendum: Iudice cl. *Heynio* pag. LXXXI. ſq. in ed. *Virgil.* cum comm. Seruii, et eiusdem Opuſc. cum enarrationibus *Domitii Calderini; Virg.* ad Priapum et Priapeia cum aliis, Venet. per Baptiſtam de Tortis, 1483. fol. (aut in *Matthaei* indice edd. quas ille conſuluit carminis cauſſa *de Aetna*, 1484.) *). Domitii enarratio primo occurrit, in opuſc. min. ſcil. ad *Culicem*, *Cirin* et alia. — In eodem *Matthaei* indice, (de quo paullo poſt ſermo erit,) aliae praeterea nominantur editiones.

Virgilii opp. cum quinque commentariis, ſcil. Seruii, Donati, Landini, Calderini et Mancinelli Venetiis ab a. 1491 — 1500. decies exierunt prelo, indice *Panzero.* In his eſt edit. a. 1493. quam *Foſſius* l. c. vberius deſcribit. — Edit. valde raram et antea incognitam, *Virg. Buc.*, *Georg.* et *Aen.* Heidelbergae per Henr. Knoblotzer. 1495. 4. primus reperit *Strauſs* in bibl. Rebdorf. v. Opera rariora, quae latitant in bibl. canon. reg.

*) Editioni *Venetae*, per Thomam de Alexandria 1484. fol. (quae ſeruatur in bibl. acad. Erlang.) ſubiecta ſunt carmina minora; deſtituta vero commentariis. — In eadem bibl. eſt quoque exempl. ed. *Venet.* 1487. fol. per Bapt. de Tortis.

reg. — Rebdorf. etc. Eichſtadii 1790. 4. pag. 276.

In Introduct. II. pag. 299. ſcripſeram, exemplum edit. Venetae 1492. exſtare in bibl. Erlang. Cel. vero *Panzer.* in A. T. III. pag. 307. nr. 1425. dubitare de illa videtur. Nam poſt plenam edit. Venetae, *Virgil.* cum quinque commentariis, per Phil. Pintium 1491. fol. commemorationem, *eſt*, ait, *ſine dubio editio illa, quae extat in bibl. Erlangenſi academ.* ideoque ad a. 1492 noſtrae editionis mentionem omiſit. Verum quidem eſt, in noſtro exemplo, fol. 121. b. eamdem eſſe ſubſcriptionem, quam *Panz.* ex ed. 1491. enotavit, *P. Vergel. Mar. Bucol. et Georg. libri* — — *Venetiis per Philippum Pintium impreſſi* anno — MCCCCXCI. *die* XXVIII. *Dec.* Sed id quoque certum eſt, ad calcem totius operis in edit. cuius exemplar habet noſtra acad. bibl. poſt regiſtrum chartarum diſerte ſcriptum eſſe: *Impreſſum Venetiis Anno domini* MCCCCXCII. *Die Decimo Octobr.* Atque hoc verius exaratum videtur, quia Bucolica et Georgica menſe *Decembri* 1491. iam prelo exiiſſe dicuntur. Eadem igitur editio eſſe poteſt, quamquam exemplaria in nota anni ad calcem operis diſferunt. In noſtro exemplo numerantur 371. folia. Cum noſtro exemplo conuenit id, quod *Seemiller* in bibl. Ingolſt. incunab. typogr. IV. p. 27. nr. 22. deſcripſit. Atque priorem

rem partem cum nota 1491 ſeparatim fuiſſe editam patet ex exemplo apud Seemiller pag. 23. nr. 41.

Ad pag. 235. *not.* *.

Seorſum Bucolica, aut alia aliquoties hoc et ſequenti ſaeculo prodiere. *Bucolica* igitur vel ſeparatim vel cum Georgicis, et cum comment. et Aeneis praeter edd. a me tum in Notitia h. l. quam in Introduct. II. pag. 300 ſq. memoratas, quoties Dauentriae, Lipſiae, Argentorati, Baſileae; in primis Coloniae et alibi prelo exierint, curate indicarunt *Panzer* et *Maittaire* earumque commemoratio ſuperuacanea eſſe videtur: de plurimis etiam iudicauit cel. *Heyne*. Qui quoque pag. XC. ex Ameſio, Old English Printers, pag. 130 refert edit. *Bucolic.* ſ. a. per Rich. *Pynſonum*, qui intra a. 1493 et 1528 typographiam Londini exercuit. Forte eadem eſt editio, cuius pleniorem dat notitiam *Brüggemann* View etc. pag. 535. ex *Herberts* typogr. antiq. vol. I. pag. 288. *Virgiliana poeſis, que latinitatis eſt* — *Virg. bucolicum decem eclogarum* etc. Lond. cum dedicatione Io. Ferrandi, charact. Rich. Pynſoni, ſ. a. 8. — *Bucolica Virgilii* cum commento (Herm. Torrentini.) Londini 1512. 1514. 1516. 1533. 4. vid. *Brüggem.* p. 536. et *Maittaire* A. T. V. part II. p. 330.

Pag. 238. *lin. pen.* leg. *Vindonaeus.*

Ad

Ad pag. 239. *lin.* 20.

Repetita ex ſuperiore quadam eſſe videtur editio haud admodum frequens nec ſatis nota, cuius inſcriptio haec eſt: *P. Virg. Mar.* — Opera omnia innumeris pene locis ad veterum Petri Bembi Cardinalis, et Andreae Naugerii exemplarium fidem, poſtrema hac editione caſtigata, cum XI. commentariis, Seruii praeſertim ac Donati, ad ſuam integritatem reſtitutis, et aliis omnibus, quorum nomina verſa pagina monſtrantur *). Vita ipſi authoris a Donato perquam copioſiſſime deſcripta. Copioſiſſimusque index adiectus eſt. Denuo poſt omnes omniumque editiones perquam diligentiſſime caſtigata atque elaborata. *Venetiis* apud Hieron. Scotum. 1555. fol. Additum eſt *Maphaei* ſupple-

*) In pag. auerſa primum ita ſcriptum eſt: „Interpretantur *Seruius* Bucolica, Georgica et Aeneida: *Donatus*, ad integritatem reſtitutus, Aeneida: *Probus* et *Mancinellus* Bucolica et Georgica: *Aſcenſius* Buc. et Georg. Aeneida et opuſcula: *Auguſtinus Dathus* quaedam in Aeneide: *Iacob. Conſtantius Phanenſis* quaedam in Georgicis: *Domitius Calderinus* Opuſcula: cum adnotatt. *Phil. Beroaldi* et *Angeli Politiani*. His acc. *Io. Pierii Valeriani* caſtigatt. et varietates Virgilianae lectionis.“ Tum ſequitur elenchus opuſculorum (XXV.) quam maxima fieri potuit diligentia emendatorum. n. Culex, Dirae in Battarum etc. Vltimum eſt, in Priapum luſus.

ſupplementum. A quo autem curata ſit editio, quum nulla praefatio aut dedicatio, ſaltem meo exemplo, ſit praefixa, dicere nequeo. Contextus autem eſt in multas minores diſſectus partes, et ſingulis ſtatim adiectae ſunt interpretum adnotationes varii generis pretiique. Ex ea ducta eſſe videtur editio Veneta, variis acceſſionibus locupletata, cuius exemplar, praefationis etiam dote deſtitutum, quondam habui in manibus et, quod rarius occurrere mihi videbatur, ſequentem notaui inſcriptionem:

P. Virgilii Mar. — vniuerſum poema, cum abſoluta Seruii Honorati Mauri, Grammatici, et Badii Aſcenſii interpretatione: Probi et Io. Viuis in eclogas allegoriis, Iodocique eruditis ſuper Georgica commentariis. Quibus acceſſ. Ludouici Coelii Rhodogini, Io. Scoppae Parthenopaei, Iac. Conſtantii Fanenſis, Franciſci Campani Colenſis, Iac. Crucii Bononienſis, nec non alterius docti hominis lucubrationes et annotationes in loca difficiliora. Elegantiſſimae praeterea librorum omnium figurae, argumenta, lectionum denique varietates, quas et Io. Pierius et alii doctiſſimi viri hactenus obſeruarunt. Quae non, vt antea, plurimis foedata mendis, ſed acri ſtudio emendata, atque omni, quantum licuit, ex parte expolita emiſimus, quod alios libros cum noſtro conferentibus patebit. Venetiis ap. Io. Mariam Bonellum. MDLXII.

MDLXII. (1562.) fol. In calce adiecta ſunt poemata minora, quae vulgo tribuuntur Virgilio, et alia, quorum vltimum eſt, diverſorum veterum poetarum in Priapum luſus. Si laudi in titulo iactatae, at ſuperioribus ſaeculis ſollemni, fides eſt habenda nec ea ludit exſpectationem, illa editio bonis et emendatis eſt adnumeranda.

Ad pag. 239. *lin.* 24.

Editt. Aldinae a. 1558 et 1560. (in quibus Manutius pleraque ex Seruio hauſiſſe et alia haud magni momenti admiſcuiſſe fertur,) ab *Heynio* memoratae, latuerunt auctorem libelli, Serie dell' Edizioni Aldine; ſed reliquarum *Aldinarum* a. 1563. 1576. doctorum virorum notationibus illuſtratarum, opera et induſtria *Io. a Meyen Bergizonii Belgae;* — rec. 1580. et ed. a. 1585. 8. (expreſſarum ex editione a. 1558 aut 1560.) fit ibi mentio.

Ad pag. 239. *lin. vlt.*

Lamberti Hortenſii enarrationes in ſex priores libros Aeneidos Vergilianae. His acceſſerunt illuſtres annotatt. in ſex eiusdem poetae poſteriores libros, eodem *Lamb. Hortenſio autore.* Item rerum et verborum — copioſus index. Baſileae per Henricum Petrum et Io. Oporin. 1559. fol. Commentarii in ſex priores libros ſunt ampliſſimi, ſaepe eruditi, in quibus res, ſententiae verbaque

que et vis vocabulorum tam grammatica quam poetica bene at more iſtius aeui iuſto fuſius explicantur: ſaepe tamen multa, quae ad poetam nihil faciunt, moleſta obſcuraque diligentia congeruntur et difficiliora vel praue vel plane non exponuntur. Eo breuiores et leuiores ſunt adnotationes in ſex reliquos libros a pag. 429 — 546. In fine ait typographus, propter nundinas imminentes non potuiſſe indicem copioſiſſimum abſolui; promittit autem ad proximas nundinas alterum tomum, qui contineat et indicem, et *Iodoci Wilichii* in omnia Virgilii opp. omniumque, quotquot habere licuerit, recentiorum commentarios. Id num factum ſit, et an illi ſint additi edd. ab Heynio memoratis, Baſileae 1577. (cui acceſſiſſe dicitur Naſcimbaenii in priorem P. V. epopoeae partem explanatio etc.) et 1596 cum Naſcimbaenii explanationibus in Aen. libros V. priores, equidem ignoro; ego enim edit. a. 1559. tantum poſſideo.

Ad pag 240. *lin.* 14.

Editionis *Ald.* a. 1583. ab Heynio laudatae, nulla fit mentio in: Serie d' ed. Ald.

Virgilii opp. omnia, culex, dirae etc. Londin. 1570. 8. — *Virg. opp.* ibid. 1577. 8. et 1591. 4. *Brüggem.* View etc. pag. 536. ex Herberti et Ameſ antiqq. typogr. — *Virg.* opp. Coloniae 1582. 8. — *Nicoali Grimoaldi* — in P. V. Maronis IV. libros

 Geor-

Georgicorum in orat. ſoluta paraphraſis. Oxonii in aede Chriſti, anno ſereniſſ. regis Edouardi VI. ſecundo confecta, cum notis *W. Haydock.* Londini 1591. 8. v. *Brüggemann* pag. 536.

Ad pag. 241. *lin.* 6.

Virg. opera indubitata 1605. 8. cuius memoriam reperi in catal. quodam librorum venalium; ſed quae fides ſit interdum catalogis habenda, conſtat. — *Virg.* opp. cum notis *Paulli Manutii* et *G. Fabricii.* Lond. 1617. 8. — cum *Phil. Melanchthonis* et aliorum ſcholiis; figg. ligno inciſis etc. Wittebergae 1623. 8.

Ad pag. 241. *lin.* 20.

Ruaei ed. eſt Londini ſaepius recuſa: n. teſte *Brüggemanno,* 1686. 1687. 8. 1695. 4. — ſecundum ed. Amſtel. 1692. et Londini 1696. 1707. 1712. 1718. 1722. 1727. 1740. 1753. 1765. 1776. 1777. 1781. 1787. 8. — *Virg.* Opp. ex ed. Elzeuiriana: e rec. Nic. Heinſii. Londini 1695. — Edit. *Henr. Laughton* recuſa eſt Cantabrigiae 1707 et 1711. 8. — *Virg. Opp.* inter opera et fragmenta veterum poetar. latin. a *Mich. Maittaire* edit. Londin. 1713. fol. vol. I. pag. 359 ſqq.

Ad

Ad pag. 243. *lin.* 3.

Bucolica in ordinem proſaicum diſpoſita, vna cum vocabulario explicatiuo etc. in vſum iuuentutis edidit *Io. Stirling.* Londini 1733. 8. — Item *Stirling* edidit opp. *Virgilii* in vſum iuuentutis. Lond. 1741. rec. 1771. 8.

Ad pag. 243. *lin.* 17.

De ſplendida illa ed. cum praef. *Bottarii* v. ephem. Lipſ. litter. a. 1743. nr. VII. vbi quoque memoratur liber: *Iconicae figurae, quae in vetuſtiſſimo cod. Virgiliano bibliothecae Vaticanae, anno ſupra milleſimum ſcripto et depicto, viſuntur Romae:* quae forſan eſt editio, cuius exemplum eſſe in bibl. Gottingenſi, teſtatur Heyne in praef. ad Virgil. pag. XXXVI. vbi fuſe ac diligenter agit de cod. et edit. rom. Idem ibid. tradit, ſe vidiſſe aliud exemplum a. 1725. aliud a. 1677. 4. in Goetzii Memor. bibl. Dresd. tom. II. n. 317. *Goetz* autem notat, non additum eſſe contextum, ſed tantum comprehendere LV tabulas, ad priſcam (vti in titulo, manu exarato, proditur,) imaginum, quae ſuperſunt in codice Vaticano, (aut, vti manu adſcriptum legitur, in duobus codd. Vatic.) formam inciſas a Petro Sancte Bartoli in bibl. Camilli Maximi Cardinalis. 1677. 4. — Ipſam ed. cum Bottarii praef. *Goetz* ibid. pag. 262. paucis deſcribit.

Virg. latin. cum gallica *Guyot des Fontaines* verſ. Pariſ. 1743. 8. IV. voll. — The works of *Virgil* in Latin and a proſe Translation with notes by Mr. *Davidſon.* Londini 1745. 1748. 1754. 1763. 1785. 1790. 8. II. voll.

Ad pag. 244. *lin.* 23.

De verſione et edit. *Martyni* a. 1741. conf. noua acta erud. a. 1741. nr. 4. pag. 145 ſqq. — Editionem tertiam prodiiſſe 1755. 8. narrat *Brüggemann* pag. 539. — *Duſchius* ita repetiit Martyni edit. vt textum latin. ab eo conſtitutum, et ex Heinſiana recenſione maxime ductum retineret, Martyni notas verteret germanice, et ſuam ipſius verſionem calci adiiceret teutonicam doctisque illuſtraret animaduerſionibus, et criticis et exegeticis, in quibus ſaepe disceſſit a lectione et interpretatione Martyni; nec longa doctaque praefatio eſt omittenda. Hamburgi et Lipſiae 1759. mai. 8.

Ad pag. 244. *lin. penult.*

Martyni ed. Bucol. *iterum* prodiit ibid. eodem anno 1749. in m. 8. cum tabulis, et *tertium* ib. 1750. mai. 8. Martyn quoque ſpem fecerat ed. Aeneidos; ſed illa fuiſſe videtur inanis. Ab eo tamen publicatae ſunt *Diſſertations and critical Remarks upon the Aeneid of Virg.* Lond. 1770. 8.

Ad

Ad pag. 245. *lin.* 5.

Poſt not. a. 1753. *adde* in 8. et conf. iudicia Anglorum ap. *Brüggem.* p. 540 ſq.

Ad pag. 245. *lin.* 13.

De edit. *Philippi* Pariſ. 1745. 12. III. voll. cum XVII. figg. aeneis, ex ed. Heinſiana expreſſa, coll. lectionibus cod. Florent. et cum V. L. v. Lipſienſ. ephem. litterar. a. 1746. pag. 51.

Virg. Bucolicorum eclogae decem: cum accentibus et verſione anglica litterali etc. Londini 1763. 8. v. *Brüggem.* pag. 541 ſq.

— Bucolica, Georgica et Aeneis, ex ed. *P. Burmanni.* Glasguae, exc. Andr. Foulis. 1778. fol. II. voll. — 1784. 12. — Opera, (ex edit. Heinſii cum notis Ruaei,) Bernae 1782. 12. III. voll. — Kehl. 1784. 8. — *Virg.* X. eclogae. Aroſ. 1786. 8.

Ad pag. 247. *lin.* 10.

Brunck adhibuit cod. Medic. typis euulgatum et cod. ſeminarii epiſcopalis Argentor. Omnes vero lectiones, ab Heynio probatas, reſcripſit; in orthographia veterem reduxit ſcribendi rationem; item verſus ſpurios, aut valde ſuſpectos, nec in antiquiſſimis repertos codd. aut qui aperte ab hominibus imperitis conſarcinati in textum irrepſiſſent, deleuit et expunxit, et multa alia mutauit, de quibus in notis admonuit lectores. Conf.

Mainzer Anzeigen von gelehrten Sachen, plag. XXXV. a. 1786. — Brunckii recenſio repetita eſt in ſplendida editione: *P. Virg. Mar.* Bucolica, Georgica et Aeneis. Argentorati typis Phil. Iac. Dannbach. 1789. mai. 4. — *Virg. Opera*, in tres tomos diſtributa, Holmiae. tom. I. 1789. — tom. II. 1790. — tom. III. 1791. 8.

— Georgicon liber primus et ſecundus. The firſt and ſecond Georgic, attempted in blank Verſe. Accedit Ode hebraea, cum verſionibus metrica proſaicaque, (per *Capel Lofft.*) Londini 1784. 8.

Ad pag. 248. *lin.* 1.

De ed. *Georgicorum* Wakefieldiana vide Monthly Review etc. a *Brüggemann* cit. et Ien. A. L. Z. a. 1789. m. Oct. pag. 116 ſq.

Ad pag. 248. *lin.* 9.

Pari modo *Eug. de Bulgaris* edidit *Virg.* Aeneidis libros XII. graeco carmine heroico redditos notisque perpetuis illuſtratos — qui typis nunc primum ad vſum Helleno-Roſſicae iuuentutis Graec. in roſſiaco imperio coloniarum educandae, ſunt excuſi iuſſu — Aekaterinae (Catharinae) II. tom. I. qui continet libros I—IV. Petroburgi 1791. fol. v. ephemer. litterar. Lipſ. a. 1792. ſcid. 38. pag. 102 ſq. Num et quando reliqui libri et tomi lucem adſpexerint, equidem ignoro.

Maior

Maior Heynii edit. in Anglia eſt recuſa, multisque nouis emendatt. et additamentis ac nonnullis virorum doctorum coniecturis, ab editore collectis, aucta atque inſcripta: *Virg. Opera*, varietate lectionis et perpetua adnotatione illuſtrata a *Chr. G. Heyne.* — acc. index vberrimus. Editio tertia auctior et emendatior. Londini, typis Richaby, impenſis T. Payne. 1793. 4. VIII. voll. cum figg. aen. — Eadem editio: IV. voll. 8. cum figg. aen. — Eadem editio, ſine figg. aen. IV. voll. 8. conf. ephem. litter. Gotting. a. 1794. nr. 47. pag. 46 ſq.

Virgil. in vſum ſcholarum ad Londinenſem Heynii edit. exactus: exciſis disquiſition. excurſibus et notarum iis, quae ad iuniorum commoditatem minus pertinere videbantur. Londini. Payne. 1793. 8.

Virg. opera, tom. I. et II. Parmae, in aedibus Palatinis, typis Bodonianis. 1793. imper. fol. curante *D'Azara.* Quae peculiaria habet ſplendida illa editio, ea adnotantur in ephem. litterar. Gotting. a. 1794. nr. 203. m. Dec.

Virg. Opera, locis parallelis ex antiquis ſcriptoribus et annotatt. delectu illuſtrata, in vſum iuuentutis. Acced. tabb. geographicae et index Maittairianus. Oxon. e typographeo Clarendoniano. 1795. II. voll. 8. Textus eſt is, quem conſtituit Heyne; ex cuius quoque ed. notae ſunt excerptae. Ipſe vero

Heyne V. C. nouam eamque ſplendido veſtitu ornatam parat editionem, quae Lipſiae iam ſub prelo ſudare dicitur.

Virgil. opera emendabat et not. illuſtrabat *Gilbertus Wakefield.* Londini 1796. 8. II. voll. Noua eſt quodammodo textus recognitio: quaedam ſunt ingenioſe et feliciter reſtituta emendataque; multa vero temere infeliciterque tentata. Quae propria viderentur huius editionis, ea fere omnia diligenter excerpta ſunt et comparata in Monthly Review, a. 1797. m. Mart. pag. 272 ſqq. et m. Maio pag. 48—51.

Encyclopaediae latinorum poetarum pars IV. continet: *Virgils Aeneis*, herausgegeben von *Georg Heinr. Noehden.* Brunſwici 1793. 8. Et contextus et notarum fundus eſt ed. Heyniana.

P. Virg. Mar. opera. Locis parallelis illuſtrauit *I. Georg. Madlinger*, ciuis Alſatenſis. Berol. ſumt. Himburgi. 1798. mai. 8. Correcta eſt et venuſta editio; at loca parallela ſub textu tantum citantur; notae autem tam criticae quam exegeticae deſunt: neque tulit opera plauſum cenſoris in Ien. A. L. Z. a. 1798. nr. 323. m. Oct. col. 270 ſq.

P. Virg. Mar. Georgicon libri IV. *des P. Virgil. Maro Landbau, vier Geſänge.* Ueberſetzt und erklärt von *Io. Heinr. Voſs.* Eutin et Hamburg 1789. mai. 8. In textu latino

latino conſtituendo maxime ſequutus eſt rec. Heinſianam; haud pauca tamen mutauit, quinque codd. vſus. Verſio germanica verſibus hexam. celebratur: et animaduerſſ. germanice ſcriptae ſunt eruditae atque copioſae. Conf. Ien. A. L. Z. a. 1790. m. Oct. nr. 313. et *Degen* Verſuch etc. II. pag. 580 ſqq. — Idem Voſſ. pari ratione edidit et vertit Eclogas Virgilii. Hamburg. 1797. mai. 8.

P. Virg. Maro, (mai. fol. et venuſtiſſima editio,) imprimé au Louvre par P. Didot l'ainé, au nombre de 250 exemplaires ſeulement, (tous numerotés et ſignés,) ornées de XXIII. eſtampes d'après les deſſeins de Gerard et Girodet, peintres. Faſcic. I. continet Bucolica et Georgica, menſe Sept. 1797. — faſc. II. libros VI. priores Aeneidos, m. Dec. faſcic. autem III. libros VI. poſteriores Aen. poſt tres menſes in lucem eſſe prodituram, nuntiarunt ephem. litterar. Noriberg. a. 1797. nr. 77. — *Virg.* latin. cum noua verſione *gallica,* notisque et diſſert. praeliminari. Pariſ. (1797.) 12. III. voll. per *le Blond.* — *Blondii* Traduct. des Oeuvres de Virgile cum notis et diſſ. iam Paris lucem adſpexerat 1783. conf. Journal encyclopédique a. 1783. tom. III. part. III. pag. 460 ſqq.

Virgilii carmina et omnia et vero ſingula toties in varias linguas ſunt translata, vt omnium enumeratione fines, huic opus-

 culo

culo praefixos, longe transgrederer. Atque inſignem earum nubem excitarunt editores *Bipontini* in notitia, in primis *de Blankenburg* in litterar. Zuſätzen zu Sulzers Theorie etc. tom. I. pag. 10 — 20. voc. *Aeneis*, vbi praeterea permultas editt. Virgilii, addito interdum iudicio, refert, et eos indicat, qui vel ſimile Virgilianae Aeneidos argumentum vel hiſtoriam belli Troiani expoſuerunt, vel Virgilium varia ratione ſunt imitati, aut Virgilium illuſtrarunt. Pari modo verſiones atque interpretationes *Eclogarum*, tom. II. pag. 97 ſq. et *Georgicorum*, ibid. pag. 230 ſq. enarrat. — Copioſius tamen recenſuerunt verſiones *germanicas* cl. *Degen* in Verſuch einer vollſt. Litteratur der deutſchen Ueberſetzungen der Römer, tom. II. pag. 545 — 634. — *italicas*, *Iuſt. Fontanini* in Eloquenza italiana, (Venet. 1737. 4.) p. 384 ſq. *Quadrio* in Stor. e rag. d'ogni Poeſia, vol. IV. Mil. 1749. 4. p. 694 ſqq. cum primis *Paitoni* in Bibl. ſaepius citata, tom. IV. pag. 149 — 225. — *anglicas*, *Brüggemann* in View etc. pag. 544 — 561. — *hiſpanicas*, *Lud. Ioſ. Velazquez* in hiſtoria poeſeos hiſpanicae, ex lingua hiſpanica in germanicam translata a *I. Andr. Dieze*. (Gotting. 1769. 8.) pag. 198 ſq. et pag. 459 ſqq. Atque de verſionibus *Guzmani*, (*Georgic.* Salamant. 1586. 12.) et *Lopez* (opp. Virgil. Madrit 1641. 4.) v. Specimen biblioth. Hiſpano-Maian-

Maianſianae — ex muſeo *Dau. Clementis* pag. 133. 141. — *Ibid.* pag. 37. *Virg. opp. poſt omnes omnium editiones nunc demum reuiſa et emaculatiora reddita*, cum *Ael. Anton. Nebriſſenſis* ecphraſibus apud inclytam Granatam, 1546. 4. et pag. 96. Bucolica, ſerio emendata, cum ſcholiis *Franc. Sanctii* Brocenſis, Salmanticae 1591. 8. (repet. in *Sanctii* Opp. tom. II. p. 151.) paullo vberius indicantur. — De carminibus Virgilii et maioribus et minoribus, variorumque de minoribus poematibus iudiciis, de *gallicis* verſionibus tam metricis, quam proſaicis, nec non iis, quae ludicra imitatione (*en vers burlesques*,) ſunt expreſſae, denique de auctoribus *gallicis*, qui vel in genere de Virgilio vel de ſingulis eius carminibus aut locis verſibusque in vtramque partem disputarunt, docte copioſeque agit iudicatque *Goujet* in Bibliotheque françoiſe tom. V. capp. VI — X. pag. 47 — 296. et tom. VI. pag. 371 — 404. Quare quia ego quoque nonnullarum verſionum et in Notitia hisque ſupplementis et in Introd. feci mentionem, in paucarum commemoratione acquieſcam, et potius ab aliis omiſſas addam.

Virgils IV. Bücher von der Landwirthſchaft, aus dem Lateiniſchen überſetzt und mit Anmerkungen begleitet von *Joh. Heinr. Jacobi*, Regimentsquartiermeiſter etc. *Zweite verbeſſerte Auflage.* Berol. 1797. min. 8.

Prior

Prior edit. Halae. 1781. 8. non probabatur criticis.

Editionem rariſſimam: *P. Mar. Virg. liber Eneidos feliciter incipit:* in calce: — impreſſa ne la famoſa citade de *Vicentia* per Herm. Leuilapide, 1476. 4. ſ. *L'Eneida,* ridotta in proſa per *Atanagio* Greco, et tradotta anticamente in volgare. (v. Pinelli catal. IV. pag. 302. vbi plures, praecipue *Hann. Cari,* verſiones italicae ſignificantur,) copioſe deſcribit *Paitoni* l. c. pag. 158 ſqq. et *Atanagii*, (quem ſe neſcire fatetur *Maittaire* pag. 370. not. 3.) nomen fictum eſſe ſuſpicatur, corrigitque aliorum errores. Adde *Panzer* III. pag. 509. et *Paiton.* l. mem. pag. 162 et 163

L' Eneida di Virgilio, volgare. Bologna 1491. 4. Hanc non eſſe verſionem Aeneidos, ſed carmen ignoti hominis, qui ab Aeneide Virgiliana tantum ſumſit argumentum, monuit *Morelli* ad catal. Pinell. tom. IV. pag. 284. adde *Panzer* I. pag. 223. — L'Eneide tradotta in verſi Italiani da *Clem. Bondi.* Parmae 1790.

P. Perrin verſio Aen. gallica cum textu *latino* et notis. Pariſ. 1658. 4. II. partt. — *Eclogae*, gallicis verſibus expreſſae. Pariſ. 1793. 8. Parum laudatur verſio in: Neue Bibl. der ſchön. Wiſſenſch. vol. LII. tom. II. pag. 365 ſqq.

Abb.

Abb. *Delille* verſio metrica *Virgil. Georgicorum gallica*, quae mire placuiſſe dicitur *) Voltario et Friderico II. regi Boruſſorum, et ſaepiſſime typis renouata, in omnibus formis (duodecies in 18.) cum prolegomenis et copioſis adnotatt. ex prima editione in 8. recuſa fertur in 4. litteris Didoti. Huic ſplendidae editioni additur tamquam adpendix et pars ſecunda moralis Virgilii Georgicorum, L'Homme des Champs, ou les Georgiques Françaiſes, poëme en IV. chants par M. *Jacq. Delille*, quod opus ſub prelo ſudabat, (et forſan reliquit prelum,) Argentorati. Illius autem notitiam debeo cl. Boettichero, qui ſpecimen dedit in *Wielandi* neuem teutſchen Merkur a. 1797. part. 8. pag. 339 ſq.

In linguam *Luſitanicam* transtulit Eclogas et Georgica, *Leonet de Coſta.* Lisboae, 1624.

*) At enim criticis, linguae latinae peritioribus, *Delille* haud aeque ſuam probauit interpretationem, quamquam venuſtam. Cenſor enim editionis tertiae (cum notis et figg. Pariſ. 1770. m. 8.) in biblioth. philol. vol. I. part. IV. Gottingae 1770. 8. pag. 138—159. multa culpauit. Acrius tamen et ſeuerius de ea tulit iudicium *Clement* in: Obſervations critiques ſur la nouvelle traduction en Vers François de Georgiques de Virgile etc. Geneu. 1771. 8. nec vero hic eiusdem cenſoris (in bibl. phil. loc. cit. pag. 159—166. illas Obſeruatt. copioſe perſequuti) omnino ſatisfecit exſpectationi.

1624. fol. — Aeneidos libr. *Io. Franc. Baretto,* ibid. 1759. 8. (teſte *Blankenb.* l. c. I. pag. 14.) et 1761. 12.

Aeneidos libros carmine *anglico* reddidit *Iac. Beresford.* Oxon. 1795. 4. — *John Philips* in carmine: *On Cider* (edit. 1706. rec. cum eiusdem operibus poeticis in vol. VI. Operis inſcripti: A complete Edition of the Poets of Great Britain. Londin. 1794.) feliciter imitatus dicitur Virgilii Georgica. — *Io. Morriſon*, annos XII. natus, libros II. et IV. Aen. in *anglicos* verſus transtulit 1787. 8. eiusque labor a criticis popularibus laudatur.

Belgice verſus eſt Virg. Aen. a *I. v. Vondel.* Amſterd. 1646. 4. et 8. et 1737. 4. — In linguam *Suecicam* translata eſt Aeneis ab *A. Nicandro*, Holmiae 1751. 4. — *Eclogae,* verſibus Suecicis, ibid. 1740. et 1752. 4. — *Bucolica Danico* carmine reddidit *Petr. Iau. Roiskilde*, 1680. 8. et *Andr. Trane* ſub titulo: *comoediae Bucolicae Mantuanae.* Hafniae 1709. 8. — *Georgica* carmine *Danico, Mich. Chr. Raun*, ſ. *Coruinus*, Hafniae 1680. 8. — *Bucolica* et *Georgica*, *danico*-metrice, edidit *Petrus Barous*, Ripenſ. Hafniae 1680. 8. v. *Alberti Thura* idea hiſtoriae litterar. Danorum, (Hamburgi 1723. 8.) p. 320 ſq. — Add. verſ. *Danicam* per *F. Ch. Schoenau.* Hauniae 1753. 8. — Bucolica, *danice*, cum textu latino, ita vt ſinguli

guli poetae verſus ſingulis verſibus dan. exprimantur, per *S. H. Wold.* Hauniae 1781. 8. — In linguam *Hungaricam* metrice convertit Virgil. Eclogas *Ioſeph. Rajnis*, Presburg. 1790. (1789.) 8.

Pag. 250. *lin.* 7. loco *denegauit* leg. *abiudicauit.*

Ad pag. 251. *lin.* 2 *et* 3.

De libro *Critical* etc. (in quo Warburtoni ſententia atque interpretatio paullo acrius perſtringitur,) v. Philolog. Biblioth. vol. I. part. III. Gotting. 1771. 8. pag. 81. *Warburtoni* autem diſſert. inſerta eſt eius libro: Divine Legation of Moſes etc. tom I. libr. II. ſect. IV. et nonnullis additionibus locupletata *Wartoni* ed. Virg. lat. et anglice, Lond. 1753. 8. vol. III. pag. 1 — 76. praefixa. Warburton autem contendit, a Virg. Aen. VI. 664 ſq. deſcenſu ad inferos repraeſentari initiat. Aeneae et deſcriptionem pompae Eleuſiniae eorum, qui initiarentur, oculis exhiberi ſolitae: quae tamen noua atque ingenioſa expoſitio neque *Heynio* in Excurſu X. ad Virgilii locum (pag. 803 ſq. tom. II.) placuit, neque *Ed. Gibbon*, in: Critical Obſervations on the Deſign of the Sixth Book of the Aeneid. Lond. ap. Ehusly. 1770. 8. quae diſſertatio, quod pauca tantum illius exemplaria formulis deſcripta erant typographicis, recuſa eſt in: *Miſcellaneous Works of Ed. Gibbon*, (cum

(cum eius vita ab ipſo ſcripta et notis etc. *Io. Sheffield,*) Londini. II. voll. 1796. 4. tom. II. nr. IV.

Ad pag. 251. *lin.* 4.

Poſt vocc. *on Virgil,* inſere: *with ſome other claſſical Obſervations* etc. Pars notarum *Holdsworthi*, (denati 1746.) et *Spencii* iam publicata erat in ed. Warton. Holdsworthum tamen, vtut multa Virgilii loca praeclare explicaret illuſtraretque, haud pauca vel perperam interpretatum eſſe, vel multa adtuliſſe, quae ad meliorem Virgilii intelligentiam parum facerent, pluribus oſtendit vir doctus in Bibl. philol. cit. pag. 406 ſqq. et, quod Holdsw. ex cod. quodam Stoſchiano, qui Seruii opera, et ab initio vitam Virgilii, *Donato* vulgo tributam, at nomine eius ſuppreſſo, ab editaque mire diſcrepantem, continet, illam vitam euulgauit pag. 410 ſqq. cenſor eam contulit cum editione Heyniana, et omnes lectiones, valde diuerſas, enotauit.

Ad pag. 251. *lin.* 11.

De illo Henleii libro v. ephem. litterar. Gotting. a. 1789. p. 639 ſqq. *Henley* autem disputat contra *Rob. Lowth* ſententiam, de ecloga IV. in Praelectionibus de ſacra poeſi Hebraeorum, praelect. XXI. propoſitam. Alius quoque anonymus ſcripſit Obſervations on the

the Sentiments of Biſhop Lowth etc. 8. ſine anni nota. (*Brüggemann* pag 566.) Atque plurium ingenium et diligentiam ſaepe inaniter torſit illius eclogae interpretatio. Vide, quos citaui in Introduct. II. pag. 321 ſq. et *Heyne* in argumento illius eclog. Sibyllae vaticinationem, a Virgilio ingenioſe ad natales nobilis pueri translatam, de Chriſti natalibus eſſe intelligendam, cum aliis ſtatuit *Cudworth* in ſyſtem. intellect. cap. IV. §. 16. pag. 412 ſqq. tom. I. ex interpret. lat. Moshemii, iure diſſentientis, ed. Leidenſ. 1773. 4. — In *Iſ. Voſſii* variarum obſeruationum libro, (Londini 1684. 4.): eſt pag. 234 ſqq. interpretatio eclogae IV. — De eadem agit *I. Iortin* in ſuis Remarks on eccleſiaſtical Hiſtory, vol. I. pag. 294 ſqq. — item anonymus in prima epiſtola libri: Letters to a Friend. Concerning the LXX Translation and the Heathen Mythologie. Edinb. 1759. 8. — In Georgica et IV. eclogam in: Town and Country Magazine, menſ. April. pag. 186. et Mai. pag. 246. a. 1783. atque in ſupplementis illius a. 1787. p. 580. — *Dan. Wolleb*, phil. et med. D. delectus notarum ad Virg. eclog. IV. Baſileae 1789. 4. Ille putat, nec vero aliis perſuadebit, Virgilium vaticinationes de Meſſia, quas tamquam fundum carminis ſui poſuiſſet, vel accepiſſe a Iudaeis, vel in ipſis LXX interpretibus legiſſe. — *I. Lundblad*, eloq. et poeſ. Prof.

in diſſ. de argumento vaticinii Virgiliani, in Ecl. IV. Lund. 1790. ſex diuerſas indicat examinatque interpretationes. — Pollio, Virgilii ecloga IV. germanice vertit notisque illuſtrauit *Lud. Chriſtph. a Burgsdorf.* Dresdae 1789. 4. Notetur denique: Virg. ecloga IV. graecis verſibus expreſſa ab *Euſebio Pamphilo.* Lutet. Frid. Morel. 1583. 4. — rec. in *Maittaire* miſcell. carmin. pag. 139. et in *Heynii* edit. Virgil. excurſu I. ad hanc ecl. addita criſi, et nota litteraria.

Ad pag. 252. *lin.* 11.

Franc. Campani quaeſtio Virgiliana prodiit quoque Bononiae 1526. 4. — Eadem adiuncta eſt *Iani Parrhaſii* libro, de rebus per epiſtolam quaeſitis, ab H. Stephano edito 1567 et 1573. 8. conf. Introd. II. p. 328. *Freytag* analecta litter. pag. 196 ſq. et *Clement* Bibl. curieuſe etc. tom. VI. pag. 176. Inquiritur autem, num verſus illi XXII. in Aen. II. v. 567 — 574. (vbi v. Burmanni et Heynii notas,) qui a nonnullis codd. et paucis antiq. editt. exſularunt, et quos a Tucca et Vario in Virgilii codice detractos eſſe ferunt, aduerſentur illis, qui libro VI. 509. leguntur. — De Turcio Rufio, Aproniano Aſterio, aliisque, qui codd. a ſe emendatis nomen ſuum ſubſcribere ſolebant, v. *H. Valeſ.* de critica, ibique Burmann. p. 180 ſqq.

Ad

Ad pag. 252. *lin.* 25.

Huc pertinent quoque: *H. Meibomii* imperatorum ac Caeſarum rom. ex familia auſtriaca oriundorum deſcriptiones Vergiliano carmine. Helmſtad. 1589. 4. — Eiusdem Cento Vergilianus de monomachia Dauidis et Goliathi. ibid. eod. anno. — *Probae Falconiae* cento Virgilian. eſt quoque in *Laur. Olai Wallii* ſcriptis latinis. Vpſal. 1635. 4. v. Fant hiſtor. litter. graecae in Suecia, pag. 59 ſqq. — *Alex. Roſaei*, Aberdonenſis, S. I. Pſychomachia Virgiliana, et libri XII. Chriſtiados, ſub titulo Virgilii Chriſtiani ſiue euangeliſantis editi. Londini 1638. 8.

Ad pag. 253. *lin.* 12.

Valde augeri poteſt catalogus ſcriptorum, in quibus Virgilius varia ratione et fortuna explicatur, aut illuſtratur, aut defenditur. Atque praeter Fabricium et Brüggemannum, *de Blankenburg* ll. citt. nubem eiusmodi librorum libellorumque excitauit, et tamen, quod quidem neque mirandum eſt, neque culpandum, aliis reliquit ſpicilegium. Ego vero, quoniam et metuo, ne inanem ingratamque operam in conquirendis et enumerandis, non dicam omnibus, ſed quam plurimis ſcriptis poſuiſſe videar, et vero me ſentio imparem pleno catalogo contexendo; iis, quae in Notitia et Introductione memoraui, nonnullorum addam notitiam.

Primum igitur quaedam enarrabo ſcripta, in quibus generatim de Virgilio aut pluribus carminum locis diſputatum eſt.

Iac. Pontani Symbolarum libri XVII. quibus P. Virg. Maronis Bucolica, Georgica, Aeneis ex probatiſſimis auctoribus declarantur, comparantur, illuſtrantur. Auguſtae Vindel. 1599. fol. — Lugduni 1604. fol.

Alberici Gentilis lectiones Virgilianae variae. Hanou. apud G. Anton. 1603. 8. — *Nathan. Chytraei* prolegg. in Virgil. Roſtoch. 1589. 8.

Tarq. Gallutii Virgilianae vindicationes et commentarii de tragoedia, comoedia et elegia. Romae 1621. 4.

Virgilium, Horatium et Arioſtum comparat *Hieron. Cardanus* de hominum antiquorum illuſtrium iudicio, in tomo X. nr. 16. *Cardani* operum omnium, a *Carolo Sponio*, Lugduni 1663. fol. editorum. (de qua editione pluribus agitur in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. XI. pag. 502 — 525.) — Alia comparatio inſtituta eſt a *Benio* in Comparazione di *Homero, Virgilio* e *Taſſo;* ed a chi di loro ſi debba la palma nell' Eroico poema, del quale ſi vanno anche riconoſcendo i precetti, con dar largo conto de' Poemi eroici, tanto Greci, quanto Latini ed Italiani, ed in particolare ſi fa giudizio dell' *Arioſto.* Patauii

tauii ap. Laur. Paſquatum. 1607. 4. et mutatis primo folio, praefatione et dedicatione, ſed additis tribus ſermonibus, Patauii per Bapt. Martin. 1612. 4. v. *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia II. part. II. pag. 845 ſq.

Sam. Bocharti diſſ. de quaeſtione, num Aeneas vnquam fuerit in Italia, ex gallico in ſermonem latinum verſa a *Io. Scheffero.* Hamburgi 1672. 8. — Eamdem quaeſtionem examinat, et obſſ. in Virgilium addit *Car. Lamotte* in Hiſtory of the works of the Learned etc. Londini 1737. 8. vol. II. pag. 1 ſq. de quo aliisque libris aut commentationibus, v. *Brüggemann.*

Flores philoſophici, ex Virgilii poematis collecti a *Ioach. Tellero.* Lipſiae 1682. 8. — Apparatus Virgilii poeticus per *Laur. Brun.* Colon. Agrip. 1703. 8. II. voll.

In Introd. II. pag. 321. quaedam notaui de *Vergerii inuectiua.* Hic addam, *Zenum* in Diſſertaz. Voſſiane, tom. I. vbi pag. 51 ſqq. multus eſt de Vergerio, pag. 56 ſq. non ſolum ei adſeruiſſe *Inuectiuam,* ſed etiam indicaſſe primam editionem, a *Mich. Ang. Blondo,* (Biondo) Venetiis ſine anni nota, (probabiliter autem 1540.) 8. publicatam.

Virgilius a calumniis vindicatus, autore *Guil. Modico,* Monteferratenſi etc. Peruſiae 1575. 8. v. *Goetz.* Mem. biblioth. Dresd. tom. II. p. 551 ſq. et *Freytag* analecta litt.

 pag.

pag. 602. — Remarques ſur Virg. et ſur Homere. Pariſ. 1705. 8.

De conditione animi poſt mortem ſecundum Homerum et Virgilium diſſerit *Io. Whiſton* in ſexta disput. pag. 205 ſqq. operis: Six diſſertations upon different ſubjects. Londini 1755. med. 8. Auctor Virgilium ſectatum eſſe putat in hac doctrina Epicuri ſomnia. — *Io. Car. Volborth* ſuper fructu, quem interpres e Homeri e Virgilii lectione capere poſſit. Göttingae 1777. 4. — *Io. Dan. van Hoven* in Campenſibus ſiue ſpicilegiis critico-antiquariis etc. Amſtel. et Campis. 1779. 4. nr. 5. curas Virgilianas, ſiue ſpecimen hebraismorum Virgilii primum dedit. Sed quis illum ſequetur? *Io. Andr. Benign. Bergſträſſer* progr. über einige Stellen des Virgils zur Erläuterung der Wörter *Indigena* et *Indiges*. Hanou. 1798. 8. — De defenſoribus Virgilii cum Homero comparati, v. Hiſt. de l'Acad. des B. L. et I. vol. I. pag. 176 ſqq. — In Curioſities of Literature: conſiſting of Anecdotes, Characters, Sketches and Obſervat. literary, critical and hiſtorical. Lond. 1791. 8. — ed. III. auct. 1793. 8. Murray, Virgilius acriter notatur, argumentis nec nouis nec validis. — *Georg. Waddelii* animadu. criticae in loca quaedam Virgilii, Horatii, Ouidii et Lucani. Edinburg. 1734. 8. et Traiecti ad Rhen. 1738. 12. — Plura Virg. loca emendantur aut illuſtrantur a *Rich.*

a *Rich. Dawes* et *Thoma Burgeſs*, in Miſcellaneis criticis, (Oxon. 1781. 8.) paſſim, et a *Io. Toupio* quater in I. et II. volum. Emendationum in Suidam et Heſychium. (Oxon. 1790. 8.) — *Ian. Parrhaſ.* in libro de rebus per epiſtolam quaeſitis, p. 162 ſqq. (edit. Stephani, 1577.) haud pauca Virgilii loca emendat illuſtratque.

Ad interpretationem *Bucolicorum* pertinent *Fraguier* diſſ. ſur l'Eclogue, in Mem. de l'Academ. Pariſ. des B. L. etc. II. pag. 141 ſqq. — *Virgils* Ecloga I. cum *Engelii* obſſ. critico-aeſtheticis, in Magazin der Philoſ. und ſchönen Litteratur, faſc. III. nr. 1. Mogunt. 1785. 8. — *Voſſii* interpretatio Virgil. Ecl. III. 84—91. in *Henning's* libro menſtruo, *der Genius der Zeit*. Altonae m. April. a. 1796. 8. pag. 409 ſqq. — Ad Ecl. VII. 18. 19. criſticae Telleri atque Heynii commentatt. in Gedicke und Bieſter Berlin. Monatsſchrift m. Febr. et Iul. 1783. — *Io. Macpherſon* animaduerſſ. in Ecl. IX. 34. in eius Critical Diſſert. on the Caledonians, Picts etc. pag. 205.

Scholia in Virgilii Bucolica per *Iod. Villichium.* Baſil. 1540. 8. — *Mich. Barthii* commentarii in Virg. Bucol. Lipſiae 1570. 8. — Virgilii Bucol. explicatio, auct. *Ioach. Camerario.* Argentor. 1556. 8. — *Eobani Heſſi* annotatt. in Bucolica. Acced. ſcholia *Leonh. Kulmanni.* Argentorati 1540. 8. *H.*

 Ste-

Stephani obſſ. in Virgilianas et Naſ. imitationes Theocriti adnexae ſunt eius minori Theocriti edit. 1579. 12. — In *P. Virg. Mar.* bucolica *Ioach. Camerarii* poſt omnes aliorum non contemnenda explicatio. — *Io. Sturmii* in priores III. eclog. commentariolus. Argentor. 1568. 8.

In explicandis *Georgicorum* libris locisve multi V. D. ſunt verſati. E multis paucorum nominabo ſcripta.

A Diſſ. on Virgil's Deſcription of the ancient Roman Plough — To which is added, critical Objections againſt the Ploughs of Mſſrs Spence and Martyn, manifeſtly ſhewing them to be entirely erroneous. By *A. I. des Carrieres.* Lond. 1788. 8. Auctor ſibi videtur in pondere quodam vet. romano aratrum, prouti in Virgilii Georgicis deſcribitur, reperiſſe et ſingulas perſequitur partes. Sed in ephem. litter. Goetting. animaduertit cenſor, opinabile illud vnicum antiquitatis monimentum nihil aliud eſſe ac romanum aſſem cum prora nauis, et frequenter conſpici in collectionibus numismaticis.

Io. Stigelii commentarii ſuccincti in Virg. Georgica. Mulhuſii 1574. 8. — *H. Eobani Heſſi* adnotatt. in Virg. Georgica. Colon. 1582. 8. etc.

In *Caspar. Dornauii* amphitheatro ſapientiae Socraticae ioco-ſeriae etc. Hanou. 1619.

1619. fol. eſt tom. I. pag. 155. apum respublica Virgiliana, pag. 159. *Georgii Galli* Chrudimeni Bohemi de apibus ſynopſis Virgiliana poemation, et p. 785. vitae ruſticae enconium ex Virg. Georg. II.

Racine in recitatione de carminibus didacticis (in Hiſtoria acad. Pariſ. Inſcript. ex Gottſchediae germanica interpretat. tom. VI. pag. 131 ſqq.) inter alia comparat Virgilium cum Lucretio.

A Diſſertat. upon eight Verſes in the ſecond Book of *Virgil's Georgic, by Edw. Holdsworth.* London 1748. 4. Sed de hac diſſert. aliisque Addiſoni, Bradleii, Bentleii, Blackwelli, Dickſonii etc. Obſſ. in Virgil. Georgica v. *Brüggemann* pag. 562 ſqq.

Quatuor Georgic. loca (I. 113. II. 212. IV. 246. et I. 84.) explicat *Cartheuſer*, Prof. Gieſſenſ. in progr. quodam, Gieſae 1777. 4. cuius ſummam leges in *Volborthi* Neuen philologiſchen Bibl. vol. IV. (Lipſiae 1778.) pag. 122 ſqq.

I. H. L. Meierotto in libr. de rebus ad auctores quosdam claſſicos pertinentibus dubia, (Berol. 1785. 8.) pag. 1—68. permulta Georgicorum et Aeneidos loca perſequitur, in illorumque interpretatione haud raro ita discedit a ſententia atque expoſitione Heynii V. C. vt modeſtiae atque verecundiae exemplum aliis ad imitandum poſſit proponi.

Io. Lud. Vnme, Rect. ſcholae cathedralis Bremenſ. progr. de mari purpureo *Virg.* Georg. IV. 373. Bremae 1786. 4. — *Io. Heinr. Voſs* über des Virgiliſchen Landgedichts Ton und Auslegung. Hamburg 1791. min. 8. — M. *B. Fr. Schmiederi* progr. Eurydice, nach dem Virgil (Georg. IV. 453 ſqq.) und Ouid (Metamorph. X. initio) verglichen. Halae 1791. 8.

Vt ex iis, V. V. D. D. qui varia ratione commentati ſunt in *Virgilii Aeneida*, paucos producam in medium, tempus et inſtituti ratio me admonent.

C. S. Villanouae ſupplem. ad Aeneida ſiue librum decimum tertium, Pariſ. 1698. memoraui quidem in Introd. II. pag. 329. ſed curatius de eo diſſeruit *Freytag* in Analect. litter. p. 1054 ſq. vbi quoque pag. 1057 ſqq. quaedam antiquiores Virgilii editiones recenſentur.

Fraguier de ratione, qua Virgilius imitatus eſt Homerum, in Memoires de l'Acad. des Inſcript. II. pag. 141 ſqq. — *Boivin* de lite inter Homeri et Virgilii admiratores, in Hiſt. illius acad. ex verſione Gottſchediae I. pag. 200 ſqq.

Iod. Willichii chronologia in Aeneida Virg. Francof. V. 1551. 8. — *Seb. Corradi* commentarii in Virgil. librum I. Aen. Florent. 1555. 8. — *Mel. Laubani* archetyporum analyticorum ad integram Virgilii Aenei-

Aeneidem, libri VII. Lignic. Sil. 1610. 4. — *Seb. de Matienzo* commentatt. in Virgilii Aeneidem. Lugd. 1662. 4. — *Ioſ. Seizii* clavis Aeneidos, cum nott. et tabb. Hal. Sueuor. 1657. 4.

Virgilius reſtauratus: ſiue *Martini Scribleri* — caſtigationum in Aeneidem ſpecimen. Londini 1746. 8. et inſertum *Alex. Pope* Opp. Lond. 1752. 8. vol. VI. pag. 271 ſqq. Aliorum Anglorum obſſ. in Aeneid. refert *Brüggemann* l. c.

Io. Frid. Behrendt. commentat. Virgilii locorum vindex etc. Berol. 1746. 4. Examinat quasdam Aen. I. 591. IV. 90. V. 751. emendatt. ab Heumanno in bibl. Hamburg. propoſitas. conf. ephem. Lipſ. litt. a. 1746. nr. 46. — Idem loca plura Aen. I. explicat illuſtratque in progr. ſ. aduerſariis ad dubia auctorum loca. Serueſtae 1755. 4. cap. V.

A. G. Käſtner ſuper Aen. III. 513 ſqq. in Volborthi neuer philolog. Bibl. vol. II. Lipſiae 1777. pag. 3 ſqq.

Plan de l'Eneide de Virgile ou Expoſition raiſonnée de l'Economie de ce poeme, pour en faciliter l'intelligence etc. par M. *Vicaire*, Profeſſeur Emérite d'Eloquence et ancien Recteur de l'Univerſité de Paris. à Paris, chez Debure, 1788. 12. Eſt labor XXX annorum, et omnes ſcriptores, qui ad illuſtrandum poema conferrent, a ſe lectos eſſe adfirmauit.

M.

M. *Car. Aug. Böttiger* (tum Rect. ſcholae Guben.) progr. explicatio loci Virgil. Aen. VIII. 208 — 303. Guben. 1789. 12.

Diſſertazione ſull' Epiſodio degli Amori d'Enea e Didone introdotto da Virgilio nell' Eneide; detta in Mantoua dall' Abate D. *Giovanni Andres,* nell' Accademia di Scienze e belle Lettere. Ceſenae 1788. 4. Demonſtrare adnititur, Virgilium, dum fingit, Aeneam veniſſe ad Didonem, ſequutum eſſe hiſtoriam, et famam hiſtorice veram eſſe putat, Belum Sidonii, atque Teucrum Salaminis in Cypro conditorem eodem vixiſſe tempore, quod quidem adſumit Virgil. Aen. I. 619. Enimuero hiſtorice id demonſtrare non debuit Andres, nec prouocare ad Neutonii contortum temporis ordinem, initia Carthaginis et Troiae diſtare tantum XXI. ann. Sed id efficitur, ſi in tabulis poeticis dicuntur Belus ac Teucer ſimul vixiſſe, inde ſequi, Pygmalionem, Beli filium, Didonem atque Annam potuiſſe ſecundum fabulas poeticas eodem fuiſſe tempore. Virgilius, vt poeta, amplexus eſt partim falſas veteres temporis rationes de Didonis aduentu in Africam, partim veterem quamdam famam. Hanc igitur ſequi aut ſibi conuenientia fingere potuit poeta. Reliqua diluit argumenta cenſor libri in Gotting. ephem. litt. a. 1789. plag. 116. adde *Heyne* ad Virg. Aen. I. 619. in nota et in excurſu XXIII.

Ueber

Ueber die Beſchreibung der Fama beym Virgil. Aen. IV. 173 ſqq. in *Schirach* Magazin der deutſchen Critik. vol. II. part. I. Halae 1773. mai. 8. pag. 47 ſqq. — Ibid. pag. 245 ſqq. eſt ſpecimen nouae verſionis Aeneidos.

Eckhardi progr. de ritu antiquiſſimo per ignes et carbones incedendi ad loc. Virgil. Aen. XI. 758 ſq. Iſenaci 1791. 4. Praemiſit quaedam de epiſodio de Camilla, et Virgilii fictionem, quo modo illa a patre fuerit ab interitu ſeruata, a culpa improbabilitatis vindicat: tota autem actio de luſtratione intelligenda videtur etc.

Henr. Crede tria loca emendat illuſtratve, et Aeneida germanice vertere coepit in Animaduerſionum in loca quaedam veterum poetarum eorumque vertendorum periculo. Marburgi 1792. 8.

In *Iani* obſſ. criticis part. I. 1784. de loco Aen. II. 471. agitur.

In *Car. Phil. Conz Muſeum für die griechiſche und röm. Litteratur*, Tiguri et Lipſ. 1794. 8. part. I. ſunt 1) ſuper Virgilio et Aen. e Bodmeri msto: nr. 4. pag. 83—103. Bodmer acute quaedam monet contra ordinem ſ. conſilium Virgil. in Aeneide, atque epicum poetae ingenium; idem ſuſpiciones quaſdam addit, cur Virgilius, vt opus ſuum ad poſteros perueniret, noluerit; ſed nr. 5. aeque acute Bodmerum refutat Hottingerus; deni-

denique nr. 7. eſt M. Neufferi ſpecimen verſionis epiſodii de Niſo et Euryalo, in Aen. IX. verſſ. hexametr.

Benedict. Mariani explicat locum Aen. I. 246—253. de ſitu vrbis Patauii, in Saggi ſcientifici e letterarii dell' Accademia di Padova. tom. III. part. II. Patau. 1796. 4. claſſ. hiſtor.

Ad pag. 253. *ſect.* 7. *lin.* 3.

De *Culice* vid. Introd. II. pag. 277 ſqq. et, quae ibi de *Bembi* ed. ſcripſi, iis adde *Mazzuchelli* Scritt. d'Italia II. part. II. pag. 766. qui, et *Niceron* in Mem. eruditor. tom. IX. pag. 446. ex verſ. Baumgart. memorant quoque edd. Lugduni apud Seb. Gryphium 1532. 8. et Florent. 1564. 8. et *Heyne* in IV. tom. Opp. Virgil. init. qui ſe in altera recenſione paullo licentius verſatum eſſe in lectione mutanda fatetur: *Culex* Virg. cum comm. Fr. Taubmanni. Wittebergae 1609. 8. — *Culex* exſtat quoque in *Dornauii* amphitheatro ſapientiae etc. tom. I. p. 113 ſqq. — Minorum Virgilii carminum, praecipue *Culicis*, multis locis criticam opem adtulit *F. Iacobs* in ſpecimine emendationum in autores vett. (Gothae 1786. 8.) cap. 17. pag. 89 ſqq. — Collectio minorum opuſculorum, quae editor a Virgilio iuuene ſcripta eſſe putat, eſt ſequens opus, inſcriptum:

P.

P. Virg. Maronis Opera, ab ipſo primum edita. Studioſis lucubrationibus *Octavii Scarlatini* nobilis Bononienſis examinata et expoſita cum commentariis et obſſ. ampliſſimis, nec non paraphraſe italico metro concinnata, in duos tomos diſtincta. — Bononiae 1697. fol. In tomo I. continentur Culex, Dirae in Battarum, Ciris, Moretum; reliqua carmina in tomo II. v. *Paitoni* Bibl. degli — volgarizzati, tom. IV. pag. 223 ſq. In Corpore poetarum lat. ſiue Raccolta di tutti i Poeti Lat. vol. VII. Mediol. 1734. 4. eſt verſio Culicis, Ciris et Moreti ital. a *Biacca* ſub nomine *Parmindo Ibichenſe* confecta. v. *Mazzuchell.* l. c. pag. 1117. inprimis *Paiton.* l. c. pag. 149 ſq. et p. 224. — *Culex* et *Ciris* in notis ad Anthol. vett. lat. epigr. etc. vol. I. ed. Burm. paſſim ſaepeque corriguntur et explicantur.

Cirin eſſe genuinum Virgilii poemation, contendit quoque *Thom. Warton* in Hiſtory of English Poetry, Lond. 1781. 4. vol. III. ſect. XL. pag. 406 — 409. — *Catullo* tribuit id carmen *Iconius* in libello inſcripto: *C. Valerii Catulli* caſta carmina, ad vſum ſtudioſae adoleſcentiae ſelecta, ab *Raphaele Eglino Iconio*, Tigurino. *Eiusdem aduerſus Ioſ. Scaligerum vindiciae Ciris Catullianae:* — Acceſſ. *Gaspar. Schoppii*, Franci, epitheta et ſynonyma poetica, cum notis eiusdem in Claudii Verderii cenſionem. E

typogr.

typogr. Wolfg. Richteri. ſ. l. CIϽIϽVI. 12. (ſed leg. CIϽIϽCVI. nam praef. ſcripta eſt Tiguri 1603.) refutat eum *Caſp. Barth* in praefat. commentarioli ſui in *Virgilii Cirin* ſcripti. Idem Cirin adſerit Virgilio in animadu. in Claudian. in Ruffin. II. 252. pag. 46. — De *Copa* eiusque auctore v. *Burmann* in Anthologia cit. vol. I. pag. 707 ſqq. vbi illud poemation recuſum et emendatum atque illuſtratum eſt.

Ad pag. 254. *lin.* 5.

Adde *Wernsdorf* poet. lat. min. tomi V. part. III. pag. 1452.

Ad pag. 254. *lin.* 11.

Add. *Wernsdorf.* in ſupplement. ſiue tomi V. part. III. pag. 1468 ſqq. et p. 1472. obſeruat, ab *Aimerichio* quoque in ſpecimine vet. rom. litteraturae deperditae, part. I. pag. 203. poema *de Aetna* tribui *Lucilio*, indice Seneca ep. 80. — Idem *Wernsdorf* tom. IV. pag 28 ſqq. copioſe docet, id carmen ſub *Cornelii Seueri* nomine aliquoties eſſe editum, praecipue a *Theodoro Gorallo*, h. e. *Clerico*, cum ſuis aliorumque notis, Amſtel. 1703. apud Henr. Schelte, et, innouato titulo, apud Dau. Mortier 1715. 8. tum *italice* a *Claudio Nic. Stampa* verſum cum textu latin. in Corpore poet. latin. cum verſione italica, Mediol. 1731. tom. X. pag. 177. et

in linguam *gallicam* conuerſum, cum ſententiis *Publii Syri*, et animaduerſionibus atque diſſertatt. criticis, hiſtoricis ac geograph. latine et gallo-francice. *P. I. Accarius de Serione.* Pariſ. 1736. 8. denique in linguam *germanicam* a *Conr. Arn. Schmidio*, Brunſuigae 1769. 8. Tum agit de commentatoribus atque interpretibus. Conf. meam Introduct. II. pag. 403 ſq. vbi de *Cornelio Seuero* egi, et *Menkenii* ac *de Rooy* obſſ. criticas in *Seueri* Aetnam iam laudaui, et in Notitia etc. pag. 293. — In Actis ſocietatis lat. Ienenſis, vol. V. pag. 3 ſqq. inſunt lectiones codicis *Florentini* in *Cornelii Seueri* Aetnam. Sed *Matthaei* ex biblioth. Kulenkampii habuit exemplar ed. *Pithoei* a. 1590. 12. cui plures lectt. et cum maiore cura ex codice illo Florent. adſcriptae ſunt probabiliter manu *Nic. Heinſii.* (v. *Burm.* ad Ouid. Metam. I. 85. et compara Burmann. II. praefat. ſ. dedicat. ad Antholog. latin. etc. I. pag. LIII.) *Matthaei* autem, id carmen, quod etiam *Lucilio* adſerit, ante Wernsdorf. ſeparatim editurus erat, et comparatat XI. vett. editt. in his duas Catalectorum Aldinas a. 1517 et 1534. 8. pluribus locis discrepantes, aliaque collegerat ſubſidia. Poſt carmen iſtud a Wernsdorfio editum abiecit quidem id conſilii; ſed in noua bibl. litterarum elegantiorum etc. tom. LIX. part. II. Lipſ. 1797. 8. pag. 511 ſqq. nr. XII. (vbi dedit ſupplementa

quaedam ad Wernsdorfianam Aetnae editionem,) primum de ſuo dixit adparatu. Nam praeter edd. et cod. Flor. V. L. memoratas acceperat ab Heeren collationem exigui fragmenti, XVI. verſuum ſcripti, et adiuncti vetuſtae cuidam Claudiani edit. in biblioth. Medicea, (v. *Bandini* catal. cod. bibl. Medic. tom. II. coll. 90. cod. 1.) et a Frieſemanno Pithoei exemplar, cui etiam eiusdem cod. Medic. V. L. ab Schradero margini cum variis Schraderi coniecturis erant adſcriptae. Quo facto pag. 316 ſqq. ad verſus 137—276. e fragmentis illis msst. varias lectiones curatius excerptas dedit, ſuo frequenter interpoſito iudicio ſuisque intextis emendationibus atque coniecturis.

Valerii Catonis dirae in Battarum cum animaduerſſ. Ioſ. Scaligeri et notis ineditis Nic. Heinſii, quibus et ſuas adiecit *P. Burmannus* II. agmen carminum vett. claudunt in collectione ſ. Anthologia Burmanniana p. 647 ſq. tom. II.

Frid. Iacobs in Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt etc. part. IX. (Gottingae 1792. 8.) *Diras* non plane abnegat quidem *Valerio Catoni:* ſed ingenioſe ſuſpicatur docetque acute, carmen, prouti hodie legitur, duabus iisque diuerſis conſtare partibus ſeu poematibus, quorum alterum a verſ. 1—103 contineat Diras; alterum vero, ſiue reliquos LXXVII verſus, eſſe ex Valer. Ca-

tonis

tonis carmine, (quod deperditum habebatur,) *Lydia* inſcript ; et ratione argumenti, conſilii et orationis a priore omnino diuerſum. Idem opinionem *Wernsdorfii*; carmen, quod in Catalectis Petronii ſeruatum legitur, *Lydia, bella puella candida* etc. a *Valerio Catone* fuiſſe compoſitum; infirmam et lubricam eſſe iudicat.

Ad pag. 254. *fin. de Priapeiis.*

Inſcriptio vera ed. Francofurt. haec eſt: *Priapeia* ſiue diuerſorum poetarum in Priapum luſus; illuſtrati commentariis *Gasperis Schopii* Franci. *L. Apuleii* Madaurenſis Ἀνεχόμενος, ab eodem illuſtratus. Adiunctae ſunt *Heraclii* imper. *Sophoclis* ſophiſtae, *C. Antonii, Q. Sorani* et *Cleopatrae* Reginae epiſtolae de propudioſa Cleopatrae Reginae libidine, nunc primum inuentae et editae. Francof. ad Moen. CIↃIↃVI. 12. ſed ſcribendum erat CIↃIↃCVI in titulo. Praef. enim ſeu epiſt. ſcripta eſt Ingolſtad. 1596. et Scioppius primum adſpexit lucem 1576. Scioppius tamen poſtea negauit, ſe eſſe impuriſſimi iſtius foetus parentem, ac Melchiori Goldaſto adtribuit, qui Scioppii nomine eſſet abuſus. v. *Oporinum Grubinium*, qui eſt ipſe Scioppius, in Amphotid. Scioppianis, pag. 102. et (*Groſcuff.*) in noua librorum rariorum conlectione, faſcic. I. Halae 1709. 8. pag. 151 ſqq.

Ad pag. 255. *lin.* 7.

Leſſing in Vermiſchten Schriften part. I. pag. 282 ſq. Berol. 1771. 8. aut p. 263 ſq. ed. ib. 1796. quaedam Priapeiorum loca ex cod. Guelferb. et c. Rhedinger. Breslau. corrigit. Idem animaduertit, Lindenbruchium nouam, eamque emendatiorem auctioremque Adpendicis Virg. editionem paene prelo paratam reliquiſſe, vt exemplo ſuo, quod in biblioth. Guelferb. ducali ſeruatur, multas adſcripſiſſe emendatt. ac ſupplementa, in eoque etiam e cod. mſsto Priapeiorum collato varias enotaſſe lectiones, quarum vero plurimas manifeſto eſſe vitioſas, Leſſingius ait.

Ad pag. 255. *fin.*

Eudocia in Ἰωνιᾳ pag. 69. tradit, Auguſtum ſcripſiſſe *tragoediam Aiacis et Achillis*, atque *de ſua ipſius vita rebusque geſtis libr. XIII. Petrarca* vero, (adnotante *Villoiſon* in Anecd. gr. tom. II. pag. 262. not.) narrat Rerum memorabil. lib. I. cap. 2. p. 395. tomi I. Auguſtum ſcripſiſſe *epigrammatum* librum et *epiſtolarum ad amicos*, conditum facetiſſima grauitate et luculentiſſima breuitate, quod, ait, opus inexplicatum, et carie obeſum adoleſcenti mihi in manus venit, multum poſtea fruſtraque quaeſitum. — *René d'Auber de Vertot* Diſſ. on the Characters of *Auguſtus*, *Horace* and *Agrippa*, with a compariſon between his two Miniſters *Agrip-*

Agrippa and *Maecenas*. To which is added ſome Reflections on the characters of *Auguſtus*, *Maecenas* and *Horace*, and on the Works of *Horace*, by the earl of *Shaftesbury*, with a print from an ancient painting, repreſenting *Auguſtus*, *Agrippa*, *Maecenas* and *Horace*. Londini 1740. 4.

Memoirs of the Court of *Auguſtus*. By *Thom. Blackwell*, I. V. D. — in the Univerſity of Aberdeen. vol. I. Edinburgh 1753. 4. — vol. II. ibid. 1755. — vol. III. continued and compleated from the original Papers of the late Thom. Blackwell, by *John Mills*, Eſq. Edinburgh. 1763. 4. vid. *Brüggemann* View etc. pag. 572 ſq.

Ad pag. 256. *lin.* 4.

The Life of *Maecenas*: with critical, hiſtorical and geographical Notes. Corrected and enlarged by *Ralph Schomberg*, M. D. Edit. II. Londini 1766. 8. Fundus eſt liber Meibomii de Maecenate, ſed multis expunctis, reſciſſis, aut correctis aliisque additis. v. *Brüggemann* pag. 573.

Inſerendus eſt *Domitius Marſus*, cuius vero ſcripta omnia interierunt. Floruit temporibus Auguſti, et habitus eſt epigrammatum ſcriptor inprimis nobilis atque excellens, et a Martiale pluribus locis inter primos poetas collocatus. *Ouidius* libr. IV. epiſtoll. e Ponto, epiſt. XVI. 5. numerat eum inter no-

 biles

biles carminis epici poetas. Eius epigramma ad Tibullum, inter carmina Tibulli, libr. IV. vltimum occupat locum: (receptum quoque in Anthol. lat. libr. II. epigr. 226. tom. I. pag. 416. edit. Burm.) De *Marſo* autem, eiusque carminibus, quorum nomina ſuperſunt, et fragmentis docte copioſeque disputat *Broukhuſ.* ad Tibull. pag. 407 ſq. Adde *Spaldingii* notam ad Quintil. (qui eius aliquoties meminit,) I. O. libr. III. 1. p. 433. vol. I.

Ad pag. 257. *not. lin.* 4.

Van Ommeren in libro inferius citando, in nota pag. 51. animaduertit, Capmartin de Chaupy non fuiſſe primum inuentorem; ſed Batauum quemdam *Heerkens* in Notabilibus libr. I. p. 29. illam villam primum deſcripſiſſe, hunc primum ſocietati Arcad. Romanae id aperuiſſe, et addidiſſe, ſuam ſe inuentionem cum abbate quodam gallico, quem ſaepius vidiſſet apud pictorem Peſciaeum, et qui probabiliter is fuerit, qui poſtea edidit Decouverte de la Maiſon etc. communicaſſe.

Ad pag. 258. *nr.* 4. *lin.* 7.

Aut pag. 14. ed. Steph.

Ad pag. 259. *lin.* 20.

Enimuero principem illam editionem ſine vlla nota anni, loci et typographi cel. *Morell.* ad Pinelli catal. II. pag. 324 ſq. negat,

gat, Mediolani a Zaroto factum eſſe, quoniam a Zarotti typis cum, quod ad characterem, (in hac ed. romanum,) tum quod ad chartae genus pertineat, liber haud leuiter diſſidere ipſi videatur.

Horatii odar. libri IV. Epod. liber I. carmen ſaeculare et ars poetica cum commentariis Acronis et Porphyrionis, curante *Io. Aloyſio Tuſcano* etc. ſ. l. et a. et typogr. fol. paru. ſed *Romae.* Deſunt igitur ſermones vel ſatyrae. In Catal. Ducis de la Valliere tom. II. p. 91. nr. 2466. *Bure* arbitratur, prodiiſſe opus ex officina *Georgii Laueri.* Contra *Audiffredus* in catal. rom. edd. ſaec. XV. pag. 413 ſq. ſtatuit, excuſum id eſſe typis Barthol. Guldinbeckii: cui adſentiuntur *Foſſius* catal. Magliabech. I. pag. 802 ſq. et *Bolongaro-Creuenna* in cat. bibl. (ed. min. in 8.) tom. III. nr. 3869. vbi circa a. 1475. e prelo exiiſſe opinatur doctus adnotator. — Rariſſimis edd. adnumeranda eſt ed. Odarum, ſatyrarum et epiſtolarum cum arte poetica, ſ. nota, *Neapoli* per Arnaldum de Bruxella. 1474. 4. (*Panzer* A. T. II. pag. 155. 11.)

Ad pag. 259. *lin.* 25.

Haec edit. *Acronis* comment. eſt princeps. v. *Clement* Bibl. curieuſe etc. I. pag. 42. et *Panzer* II. p. 16 ſq. qui plures citat

V. D. notatque, *de Bure* nr. 2716. perperam referre, Horatii textum cum Acrone eſſe impreſſum. — Idem *Panzer* l. c. pag. 15. dum ex pluribus catal. memorat edit. Hor. Opp. *Mediolanenſem* per Zarotum 1474. fol. addit, Saxium pag. 563. ex catalogo quodam excitare edit. a. 1475. per eumdem; at ſuſpicatur, hanc forte eſſe eamdem cum ed. a. 1474. et vbi pag. 21. nr. 49. illam edit. a. 1475. ex Saxio refert, adiicit, *eſt forte a. 1473?* (forſan per errorem typogr. pro a. 1474. nam a. 1473. ibi ex iſta officina Horatius non exiit.) In bibl. *Pinell.* exſtitit exempl. edit. Mediol. a. 1474. Zarot. cum notis msst. ſaec. XVI. v. catal. Pin. II. pag. 325. vbi plures edd. Horat. indicantur.

Ad pag. 260. *lin.* 1.

Edition. Mediol. a. 1486. cum Acrone et Porphyr. caſtigauit *Alex. Minutianus*, eiusque praefatio ſcripta eſt *in diali arce:* Gesner in prolegg. pag. XXI. (ed. Zeunii,) *an hoc eſt, ait, in palatio Epiſcopali?* At vir quidam doctus in Litterariſchen Wochenblatt (Noribergae 1770. 8.) tom. I. pag. 119 ſq. ſuſpicatur, intelligendum eſſe caſtellum Mediolanenſe, quod ciues Mediol. vocant *Castello di porta Zobia;* ſecundum autem dialectum Lombardicam voc. *Zobia* idem eſſe ac Iouialem, et *Zobe* vſurpari ac pronuntiari

tiari loco *Giove; arcem* igitur *dialem* eſſe *arcem Iouis*.

Ad pag. 260. *lin.* 4. *et not.* **.

Edit. an. 1481. ſine loci nota prodiit. Curatius illam deſcribit *Panzer* IV., p. 144. nr. 641. et pag. 478. nr. 998.

Ad pag. 260. *lin.* 12. *et not.* ****.

Edit. Grüninger. num iure dici poſſit *princeps* in Germania, quae omnia comprehendit *Horatii* carmina, dubitauit cel. *Seybold*. Hic enim primum in progr. quodam germanice ſcripto: (*Ueber die 3te Ode des 3ten Buchs von Horaz*. Grünſtadt 1778. 4.) pag. 13. not. tradidit, ſe habere volumen, quod omnia continet carmina Horatii, typis Gothicis: in calce autem Epodon legi: *Impreſſum in inclyta ciuitate Lipzgk per Baccalarium Martinum* Herbipolenſem a. ſal. 1492. Tum in progr. (*Ueber den Horaz*. ibid. 1779. 4.) ſuum exemplar curatius deſcripſit, et oſtendit, quo ordine, (per errorem bibliopegae confuſo,) carmina ibi eſſent poſita; et animaduertit, ſingula carmina peculiarem habere inſcriptionem et in fine: *finit foeliciter* aut *finis*, cum inſigni *Martini Landsberg Herbipol.* typographico, calci vero tantum Epodon *ann.* 1492. fuiſſe additum. (Hinc autem fieri potuit, vt ſingulae illius collectionis partes ſeparatim ederentur ac ven-

derentur, et reliquae, praeter epodon librum, iis adnumerarentur libris, qui anni nota carerent. v. *Panzer* paſſim vol. II. et IV. et in indice.) Praeterea ſuſpicatur Seybold, in catal. edd. a Iani primo tomo praemiſſo pag. XXVI. edit. *Epiſtolarum*, (non, *Epodon*, vti ſcripſerat Seybold,) Lipſiae 1482. 4. in bibl. Comitis Solmenſis, eſſe errorem typogr. et ſcribendum 1492. editionem autem Epodon. Liptzk. 1488. ibid. pag. XXVII. ex Douglas excitatam, habet ſuſpectam. Poſtea varias illius edit. collatae cum edd. Locher. et Bentleiana, ex quinque prioribus odis libri I. excerptas dedit lectiones. Denique plura loca in duobus prioribus odarum libris critice atque exegetice pertractat, et interdum disputat contra Iani interpretationem. Quod vero *Seybold* ſcripſit, ſuum exemplum carere praefatione propria aut vlla notitia, quid praeſtiterit editor, aut vnde duxerit textum; certo definire non auſim, num eadem ſit omnino editio, quam *Leich* de origine et incrementis typogr. Lipſ. pag. 66. ita citat: *Horatius* per Martin. Landsb. de Herbipoli 1492. 4. et in nota: *„edente Ioh. Cubitenſi*, qui Angeli Politiani Oden ad Horatium et Iac. Sentini, Ricimenſis, de lyricis quibusdam carminibus libellum adiecit." Quae eadem eſſe videtur, quam auctor Theſauri bibliothec. tom. I. pag. 326. citat: *Horatius* 1492. cum eadem, quam adnotauit Seybold, ſub-

ſubſcriptione; nec tamen addidit, vbi illa ſit adiecta. At tamen haud differre exempla, colligo ex pleniore notitia editionis; ſed *Epodon* tantummodo, quam dedit *Panzer* A. T. IIII. pag. 342. nr. 41. — De reliquis carminum Horat. editt. Lipſienſibus ſaec. XV. vide, quae notaui in Introd. II. pag. 375 ſq. adde Maittaire, Leich. inprimis *Panzer*, qui omnes fere edd. illius ſaeculi in opere ſuo praeclaro enumerauit. De quibusdam conſules *Goetzii* Memor. biblioth. Dresdenſ. I. pag. 515 ſqq.

Ad pag. 261. *lin.* 16 *et* 17.

Dele verba *Georg. Fabric.* — *1520. 8.* Nam *Georg. Fabricius* Chemnicii 1516 natus, illo anno de Horatio nondum cogitabat. Et tamen in indice edd. a Bipontino editore pag. 39. cum nota quadam laudatur ad h. a. ſed multo ſerius ab eo nouam editionem eſſe curatam, paullo poſt videbimus. Contra *Baſileae,* m. *Decembri,* 1520, 8. ex recenſione Aldina, cum *centimetro Marii Seruii* adnotatt. Aldi Manutii in Horat. et Nic. Perotti de metris odar. Horatii etc. in aedibus Andr. Cratandri prelum reliquit *Horatius.* v. *Panzer* VI. pag. 222. nr. 360. qui pag. 227. nr. 400. aliam Cratandr. memorat edit. 1521. 8. cui praecedit epiſtola Nic. Mich. Araelanenſis ad ſtudioſos, Baſileae *decimo Calend. Febr.* M D XXI. ſed cum ſuperiore

periore eadem eſſe, et vel, vltimo folio m. Decembr. e manibus typographi iam emiſſo, omnibus, vel quibusdam exemplaribus aliquot diebus poſt praefixa eſſe videtur illa epiſtola. — In eodem vol. cel. *Panzer* vberius indicat octo editt. *Argerotanſes*, nempe 1503. fol. cum notis Tib. Claudii Donati. — epiſtolarum liber, et de arte poetica. Multa praeterea hic ſunt correcta vel mutata ad exemplar Aldi. 1514. 4. ex aedibus Schureri — Epodon liber, de arte poetica, item epiſtolarum libri duo. 1515. 4. ex aedibus Schureri. — odarum libri IV. ibid. 1516. 4. et 1517. 4. — ſermonum libri II. cum adnotatt. criticis in calce adiectis. ibid. 1517. 4. — liber epiſtolarum, impenſis Io. Knoblouch et Pauli Getz. 1520. 8. — denique Epodon libr. de arte poet. et epiſtolar. libr. II. ex aed. Schurer. 1520. 4. — Tum ab eodem viro doctiſſ. in eodem volumine quinque *Antwerpienſes* edd. citantur: II. epiſtol. libri, cura *Chriſtophori Landini*, per Io. Grapheum, menſe Iulio. 1528. 8. — et de arte poetica apud eumdem eod. anno, 8. menſe Iulio: ſed duae vnius voluminis partes eſſe et ſuam quaeuis peculiarem inſcriptionem more haud infrequenti accepiſſe videntur. Atqui forſan reliquae partes acceſſerint ſequenti anno; quo quidem, incerto tamen breui, aut decurtato titulo, *Q. Hor. Flacci opera*, Antwerp. 1529. 8. ex bibl. Horatiana

pag.

pag. 19. a *Panzero* pag. 15. citantur. — Epiſtolae, ſatyrae et ars poetica. 1534. 8. — *Hor.* poemata cum Erasmi, Rhodingi, Politiani, Sabellici, Io. Bapt. Pii et Iac. Bononienſ. annotatt. 1535. 8. Sed quis omnium edd. enumerationem h. l. deſiderabit? — In bibl. *Burmann.* II. (ſecundum catal. p. 31.) fuerunt aliquot exempla cum notis msst. Burmanni aliorumque.

Ad pag. 262. *lin.* 6.

In Serie dell' ediz. Aldin. memorantur tantum editt. Aldinae cum *Mureti* ſcholiis et Ald. Manutii adnotatt. an. 1555. 8. — 1559. 8. — 1561. 8. — cum Mureti ſcholiis, Io. Mich. Bruti animaduerſſ. et Aldi Manutii adnotatt. 1564. 8. — denique cum ſcholiis Mureti, ex bibl. Aldina. 1570. 8. — In catal. bibl. *Pinell.* II. pag. 326 ſq. nominantur edd. a. 1559. 1564. et, cum notis I. Mich. Bruti, 1566. 8.

Ad pag. 262. *lin.* 9.

Loco 1556. corr. 1555.

Ad pag. 262. *lin.* 23.

Adde *in 8.* — De Georgio Fabricio eiusque edd. Horatianis vid. *Io. Dau. Schreberi vitam Georgii Fabricii* Chemnicenſis, etc. Lipſiae 1717. 8. inprimis pag. 206 ſq.

Ad

Ad pag. 264. *lin.* 20.

Editio *Cruquii* a. 1578. (vti a Goetzio in Mem. bibl. Dresd. I. pag. 536. citatur,) et a. 1579. (qui annorum numerus in fronte mei exempli legitur;) non duae editt. ſed vna eademque eſſe videtur. Nam in fronte quidem exſtat nota anni 1579. ſed in calce ſcriptum eſt: *Antwerp. excud. Chriſt. Plantinus: a. domini* M. D. LXXVIII. (1578.) VI. *idus Octob.*

Ad pag. 264. *lin.* 22.

Haud frequens eſſe videtur editio in bibl. lat. Fabric. haud memorata: *Q. Hor. Flacci epiſtolarum libri duo:* et in eas praelectiones methodicae, quibus artis logicae analyſis et moralis doctrinae ratio illuſtratur, per *Claudium Minoem*, Diuionenſem. Pariſ. ap. Dion. Duvallium. 1584. 4. Cuius generis ſint adnotationes, ex inſcriptione libri iam pateſcet. Sunt vero ſat copioſae, et ſaepe doctae, rarius eruditae, interdum leues. Nec deſunt falſae locorum quorumdam interpretationes. Criticen non adtigit niſi in Praetermiſſis pag. 166 ſq. ter quaterue, ſaltem perraro. Margini tamen textus Horatiani adſcriptae ſunt variae lectiones, numero multae, auctoritate haud raro graues. Nullius vero codicis, ex quo excerptae ſint, equidem in libro deprehendi notitiam: ſed manus docta in meo exemplo ad primam V. L. obſer-

obſeruatam, *exornet* pro vulgato *exoret*, ſcripſit, *codex Bland. habet:* ex quo codice vita Horatii deſcripta in nonnullis edd. nomine *Bland* vel omiſſo, vel, vti in Heinſiana editione, addito, legitur. Illo autem cod. vſus eſt Cruquius, et ex ed. Cruquiana, quam Minois ſerius in manus ſuas veniſſe ſcribit in Praetermiſſis, ſumtae eſſe videntur variae illae lectiones.

Hor. poemata omnia doctiſſ. ſcholiis illuſtrata. Londini. excuſ. apud Guil. Norton. 1574. 8. rec. et nouis aliquot annotatiunculis illuſtrata. ibid. ap. Guil. Norton et Io. Harriſon. 1578. 8. — poemata: quibus adiunximus *I. Iuuenalis* et *A. Perſii opera:* doctiſſima etiam in vnumquemque ſcholia et annotatt. quam maxime idoneas coniecimus. Londini, ap. Nin. Newtonum, impenſis Norton et Harriſon. 1585. 16. Iuuenalis et Perſius peculiarem quoque habent inſcriptionem.

Ad pag. 264. *lin.* 25.

Henr. Stephani editio non plane repetita eſt in exemplis Wechelianis a. 1600. 8. vti ex indice Bipont. pag. LIX. colligi poſſit: nam deſunt ſcholia, diatribe et obſſ. Stephan. Nec vlla praefixa eſt praefatio: ſed tituli folium excipiunt vita Horatii ex duobus codd. neque tamen primum, deſcripta; eadem per Petrum Crinitum, libr. III. de

poetis

poetis lat. tum alia quaedam de Horatii vita et ſcriptis ex G. Fabricii praefatione, denique, de XIX. generibus metrorum Horatii tractatus Aldi Manutii. Plena autem inſcriptio haec eſt: *Q. Horatii Flacci — poemata omnia.* Ad caſtigatiſſimi cuiusque exemplaris fidem quam accuratiſſime reſtituta. Additi ſunt indices locupletiſſimi duo: vnus docti cuiusdam viri, per *Henr. Stephanum* recognitus: alter *Thomae Treteri*, ad exemplar *Lugdunenſe*, (h. e. ad paginas exempl. Lugd. 1545. ap. Gryphium.) quod ſecuti ſumus, accommodatus. Francof. ap. hered. Wecheli, Claud. Marnium et Io. Aubrium. M.DC. *Treteri* index ſuum quoque habet titulum.

Lubini paraphraſi addi poteſt ſimilis Friſchlini labor: *Nic. Friſchlini* paraphraſis in Epiſtolarum libr. II. Francofurt. 1586 et 1596. 8. quarum editt. notitiam debeo ed. Bipont. Tertiam in manibus habeo inſcriptam: *Nicodemi Friſchlini* cum in *Q. Horatii Flacci* Venuſini epiſtolarum libros duos, tum *A. Perſii Flacci* Volat. ſatyras ſex [cum textu ſatyrarum] eruditae et elegantes paraphraſes, quae vice commentarii eſſe poſſunt. Adiecta eiusdem authoris oratione etc. Francof. ad Moen. 1609. 8.

Ad pag. 265. *lin.* 15.

Heinſiana I. Hor. edit. in indice Bipontino et in Iani notit. edit. p. XXXVII. adſeritur

ritur a. 1605. neque vero in Fabric. B. L. neque in multis, quos conſului, catalogis eius ſit mentio. In catalogo bibl. N. Heinſii occurrunt inter poetas in 8. nr. 147. Hor. cum notis et animaduerſſ. D. Heinſii, quibus praefigitur eiusdem Heinſii lib. de ſatyra Horatiana, ſed nulla anni nota eſt addita, et nr. 363. ed. Heinſii, Lugd. Batau. 1612. — Edit. 1609 et 1610 eadem eſſe videtur: exemplar quidem cum nota a. 1610. citatur in cat. Pinell. II. p. 328. et in *Goetzii* Mem. Bibl. Dresd. I. pag. 537. Huic edit. (teſtibus illis,) acc. Horatii ad Piſonem epiſtola: *Ariſtotelis de poetica libellus*, ordini ſuo nunc demum ab eodem reſtituta. Ex offic. Plantin. Vbi Ariſtot. de poetica librum Heinſius Lugd. Bat. 1611. 8. edidiſſet, (dedicatio ſcripta eſt 1610. in praefatione autem paucis defendit ſuam mutandi et transponendi rationem, etiam in Horatio ſuſceptam,) in edit. Horatii a. 1612. Ariſtot. libellum omiſit; ſed alia addidit. Inſcriptio autem haec eſt: *Q. Horatii Flacci opera*, cum animaduerſionibus et notis *Dan Heinſii*, longe auctioribus. Idem librum de Satyra praefixit, in quo tota autoris eruditio explicatur. Lugd. B. apud Lud. Elzeuirium. 1612. 8. In meo exemplo hoc ordine ſequuntur, quae inſunt huic editioni. A pag. 1 – 284. textus poematum Horat. p. 287 ſqq. Epiſtolae ad Florum et Piſones ſuo ordine

Dd edi-

editae: pag. 310 ſqq. fragmenta e *Timonis Phliaſii ſillis* ex diuerſis auctoribus collecta. Tum cum noua paginarum ſerie, *D. Heinſii* in Q. Hor. Flacc. animaduerſſ. et notae; pag. 215 ſqq. ſelectiora quaedam *Lucilii* fragmenta. Denique cum nouo paginarum ordine *Heinſii* de ſatyra Horatiana liber.

Hor. cum *Iuuenale* Lond. 1604. 12. — *Hor.* cum notis *Bondii*, (qui ex paraphraſi Lubini plurima hauſit,) Londini 1608. 8. et ſaepius. v. *Brüggemann* pag. 581. et edit. Bipont. in Notitia etc. — cum notis *Iac. Cruquii.* Lond. 1611. 8. — per *Gid. Lithgow.* Edinb. 1662. 12.

Ad pag. 266. *lin.* 5.

Hor. Opp. cum notis et animaduerſſ. criticis *Andr. Dacierii* et *Annae* coniugis. Londin. 1694. 8. — Editioni *Bondii.* Brunſuigae 1640. 12. — 1655. 12. ac 1668. 12. acc. *Parodiae Dau. Hoppii.* Hae ſeparatim prodierunt inſcriptae: *Parodiae in libros odarum et epodon Q. Hor. Flacci rebus ſacris maximam partem accommodatae a Dau. Hoppio*, Coslin. Pomer. ſcholae Prorectore. Adiecta eſt in fine ſatira ad primae Iuuenalis imitationem in iuuentutis ſcholaſticae improbitatem conſcripta. Brunſwig. 1668. oblong. 8. Dedicatio quum ſcripta ſit Regiomonti 1634. d. 24 Mai. credibile eſt, illas prius, quam ſupra ex indice Bipont. notaui, fuiſſe

fuiſſe publicatas. — Eadem forma anno 1667. editus eſt, aut potius recuſus, (nam edit. Bipont. citat edit. Brunswig. 1657. 8.) *Hodegeta Horatianus* ſiue index omnium verborum in Horatii poematibus contentorum abſolutiſſimus, ita adornatus, vt quibuslibet editt. facili negotio accommodari poſſit: opera et ſtudio *Dan. Aueman.* Brünopolitani Vicarii ad D. Blaſii.

Hor. lat. cum verſione gallica *Hieron. Tarteroni*, S. I. Pariſ. 1700. 12. — *Hor. opp.* cum notis ſelectiſſimis *Andr. Dacierii* et *Ed. a Zurk.* Londin. 1702. 8. — Opp. ex libr. msstis iuxta edit. Rutgerſianam et Cantabrig. Lond. 1702. 12. — cum notis *Dan. Heinſii.* Edinburgi 1704. 8. — cum variis lection. Cantabrig. 1707. 12.

Ad pag. 266. *lin. vlt.*

Edit. Baxter — Gesneriana recuſa eſt Londini 1772. 8.

Ad pag. 267. *lin.* 8.

Q. *Horatius Flaccus ad nuperam Rich. Bentleii edit. accurate expreſſus.* Notas addidit *Thom. Bentleius*, A. B. Cantabr. typis academ. impenſis Corn. Crownfield. 1713. 8. Notae paucae breuesque in nitida hac editione ſunt magnam partem ex ed. Rich. Bentleii excerptae: additis interdum vel coniecturis vel iudicio editoris. Textus eſt quo-

que is, quem Rich. Bentl. conſtituit. „Vulgatas tamen (ait Thom. Bentl. in praefat.) lectiones, quas patruus meus in praefatione dicit, ſe ſedibus ſuis reſtitutas cupere, ſuis locis inſerui. Sex vel ſeptem emendatt. quae in eius notis tantum comparent, quasque docti plerique certas eſſe indicabant, in textum repoſui, deiectis ad imum folium vulgatis lectionibus.“ — Maiori Bentleii editt. Amſtel. et Lipſ. ſubiectus eſt „Index in Q. Hor. Flaccum, olim quidem collectus a *Th. Tretero*, deinde omnibus edd. accommodotus a *Dan. Aueman*, nunc vero, additis etiam R. Bentleii variantibus lectionibus, pluribus quam mille et quingentis locis auctus et emendatus ab *Iſ. Verburgio.*“ — — *Hor.* Opp. in operibus et fragmentis veterum poetar. latin. a *Mich. Maittaire* ed. Lond. 1713. fol. vol. I. pag. 443 ſqq.

Ad pag. 267. *not.*

Hagana et Londinenſis ed. vna eademque eſſe ac duplici tantum titulo bibliopolae vrbisque nomine cum diuerſo inſigni typographico differre videtur. Nam *Brüggemann* pag. 584. citat *Cuninghamii* ed. in qua tum Hor. poemata cum V. L. tum animaduerſſ. nomen vrbis *Londini* apud fratres Vaillant et N. Prevoſt a. 1721. in fronte prae ſe ferunt: eiusmodi exemplar cenſor in Tubing. litter. ephem. a. 1790. nr. 33. ſe habere ſcribit.

bit. Ego vero vidi exemplar, in quo non ſolum prior pars, n. textus Horat. ſed etiam poſterior, n. Animaduerſiones etc. *Hagae Comitum* ap. Thom. Ionſon. 1721. excuſa in titulo dicitur, cum eodem inſigni typographico. Reliqua vero conſentiunt cum exemplo, quod Londinenſe fertur, in ordine paginarum et cuſtodum et in ſigno chartae, a confectore papyri notato. Dedicatio ad Bentleium, praefixa animaduerſionum libro, ſcripta eſt Hagae Comitum IV. Kal. Decemb. 1721. et pag. 2. cap. I. pollicetur *Cun.* editionem, quadringentis plus locis Bentleiana emendatiorem. Praefatio autem ad Horatii poem. exarata eſt Hagae Comit. ipſis Idibus Decembr. 1721. ita vt editio animaduerſſ. paullo prius prelo ſubiecta videatur. Fere igitur adducor, vt credam, Londinenſem atque Haganum bibliopolas, rem communem egiſſe, et ſuum quemque nomen ſuis praefixiſſe exemplaribus, quod etiam a Wechelo cum Pariſ. librario in quibusdam auctorum vett. editt. inſtitutum fuiſſe conſtat.

Hor. carminum libri V. Recenſuit, et ex vetuſtis exemplaribus et commentariis ad certiſſimas criticae artis regulas quam plurimis in locis emendauit *Georg. Wade*, S. T. P. Londini typ. Guil. Bowyer etc. 1731. 4. et 8.

Francis ed. lat. cum anglica verſione et notis (v. Introd. II. p. 390.) excuſa eſt Lond. 1743.

1743. 1746. 1747. 1750. 1753. 1756. 1765. 1778. 12. (v. *Brüggemann* p. 597 ſq. et p. 599. de edd. *Smart.*)

Ad pag. 268. *lin.* 15.

Hor. poemata ex caſtigatt. et obſeruatt. *Rich. Bentleii*, *Cuninghamii* et *Sanadonis* emendata. Londini, impenſis Io. Nourſe, 1740. min. 8. — *Horat. Flaccus* in Latin and English, with the Notes of Dacier, Sanadon, and others, and Latin text put in order of conſtruction. Lond. apud Ioſ. Davidſon. 1741. 8. III. voll.

Ad pag. 269. *lin.* 12.

Q. Horatii Flacci opp. Parmae in aedibus Palatinis, typis Bodon. 1791. mai. fol. Splendidae huic editioni, a *Ioſ. Nic. de Azara* curatae, nullae additae ſunt notae; ſed editor auctoritate codd. meliores delegit recepitque lectiones, multaque melius interpunxit. Vſus autem eſt quinque odarum codd. e bibl. Chigiana; tribus epiſtolarum et A. P. ac II. ſermonum ex eadem bibl. et vno cod. Zeladae. conf. ephem. litter. Gotting. a. 1793. nr. 29. pag. 284 ſqq. — Ibid. cum praef. *Ioſ. Nic. de Azara*, 1793. 4. et 8. cum effigie Horatii. — Contra illum ſtilum acuit et multas impugnauit emendationes *Clementinus Vanneti* in tertio vol. operis: *Oſſervazioni intorno ad Orazio*, Rovereto 1792. 8.

de

de quo opere iudicatur in Ien. Allg. L. Z. a. 1793. nr. 269. m. Sept. et tam contenta tomorum trium fuſe recenſentur, quam de Horatio et Iuuenale, comparatis vtriusque ſatyris, bene diſſeritur. Sed grauiter, moderate tamen, refutatur Vanneti, eiusque ſententiae argumentaque examinantur curatius, praecipue multa Horatii loca late docteque explicantur, ac lectiones, in edit. Bodon. reſcriptae, vindicantur a Vannetti criſi atque reprehenſione in: *Lettera di Stefano Arteaga* a Giov. Batiſta Bodoni, intorno alla cenſura publicata dal *Caval. Clement. Vannetti* academico Fiorentino contro l'Edizione Parmenſe dell' *Orazio* del MDCCXCI Criſopoli. MDCCXCIII. m. 8. Quod *Vannetti* inter alia criminatus eſt: *che nel teſto Bodoniano non s' incontra lezion neſſuna, da due per avventura o tre in fuori, che non ſia ſtata dal gran Riccardo Bentleio o veduta o conghierutta:* Arteaga, id crimen a typotheta potius, quam a Vannetto ita eſſe perſcriptum, vrbane ſuſpicatus, pag. 13 ſq. *Or io,* ait, *farò vedere quando che ſia, che* non due o tre ſole, ma più di quattrocento *vi s' incontrano nell' edizione Parmenſe, intorno alle quali l'Ingleſe non far neppur motto* etc.

Q. *Hor. Flacc.* Aroſ. 1791. 8. — Westerås (in Suecia) 1791. 8. editor eſt *Andr. Henr. Stamberg.* baſis vero edit. Amſtelod. cum comment. Dac. et Sanad. a. 1735. Obſſ.

 varii

varii generis ſunt lingua modo Suecica, modo latina conſcriptae.

Hor. opera, cum variis lectionibus, notis variorum et indice locupletiſſimo. Londini, excud. Guil. Browne etc. 1793. 4. mai. II. voll. curante *Carolo Combe.* Baſis eſt ed. Baxteriana, a Gesnero et Zeunio curata. Praeter notas variorum et Klotzii (in Lect. Venuſinis,) excerptas, acceſſ. variae lectiones e VII. codd. Harlei, in muſeo britannico, partim ſub textu poſitae, partim notis inſertae, et index Verburg. ſed infinitis, (tribus millibus vti iactitatur,) locis auctus. At a maiore potius ſplendore, quam ab vtilitate laudatur haec editio. Vide ephem. litterar. Gotting. a, 1794. plag. 149. pag. 1491. — *Hor. carminum libri V.* in vſum ſcholarum. Marburg. 1793. 8. — *Catulli, Horatii* aliorumque vett. poetarum latin. carmina lyrica ſelecta in vſum ſcholarum curauit *I. A. Naſſer.* Kilon. 1794. 8.

Horaz, lateiniſch und deutſch. Mit Anmerkungen für junge Leute von Iac. Frid. Schmidt. 1776. ed. II. Gothae 1780. 8. In praef. ad primum edit. II. tomum ſuam editor interpretationem a graui S. cenſura vindicat, et par pari refert. — Ed. III. frequenter mutata et emendatior, vol. I. et II. Gothae 1793. — vol. III. 1795. 8.

Q. Hor. Flacci carminum libri V. Des Q. Horat. Flaccus Oden V. Bücher. Ueberſetzt

ſetzt und mit einigen Anmerkungen begleitet von *Io. Fried. Roos*, ordentl. Prof. der Philoſ. zu Gieſſen. Lipſiae 1791. m. 8. In notis vel de interpretatione ſenſuque loci vel de lectione erudite diſſeritur, disceſſione a Ianio ſaepe facta. cf. Goth. ephem. litter. pag. 890. a. 1791.

Q. Hor. Flacci, quae ſuperſunt, recenſuit et notulis inſtruxit *Gilbert. Wakefield.* — Londini, apud Kearsley. 1794. 8. II. voll. Textus eſt partim ſecundum Bondii, Bentleii et Marklandi, partim Wakefieldii ipſius coniecturas modo bene, modo male refictus: interpretationis Wakef. praecipuam habuit curam. conf. ephem. litt. Gotting. a. 1795. plag. 23. pag. 226 ſqq. add. *Brüggemann* pag. 587 ſq.

Q. Hor. Flacci Opp. omnia ex optimis recenſionibus, [n. Gesner. et Noriberg. 1774. ap. Riegel. 12.] in vſum ſcholarum curauit M. *Iac. Baden*, in vniu. Haun. Prof. eloq. acc. V. L. ex II. codd. msstis regiis, quorum recenſum dedit filius M. *Torkillus Baden*, Prof. extraord. Hauniae. 1795. 8. Potiores codd. II. lectiones excerptae ſunt in Kil. bibl. vniuerſ. germ. a. 1796. vol. XXVII. part. I. faſc. II.

Edit. Gesner - Zeuniana, *editio noua, priore emendatior*, (vti in fronte dicitur,) ſplendide recuſa eſt, Glasguae, Mandel. 1797. 8.

Hor, correct. edit. cum notis et emendatt. *Io. Hunter*. St. Andrew. ap. Moriſon. 1798. 8. v. Monthly Magaz. 1798. menſ. Mart. nr. 29.

Ad pag. 269. *lin*. 15.

Verba, *Bentleii* — *1714. 8*. ſunt ex iis, quae paullo ante de ea edit. ſcripſi, emendanda, aut delenda.

Hor. cura *Iac. Watſon*. Edinburg. 1713. 12. — Opera. Edinburgi ap. Rob. Freebain. 1731. 12. — *Pine* editionis I. vol. 1733. II. vol. 1737. 8. prodiit. — Glasguae recuſa ſunt Horatii opp. iterum 1750. tum 1756. 12. et 1750 ac 1760. 4.

Ad pag. 270. *lin*. 12.

Birmingh. etiam 1777. 12. — Selectae odae, praemiſſa auctoris vita. Confluentiae 1778. 8. — Opp. Manhemii. 1779. 8. II. voll. — *Horazens Dichtkunſt* in neu entdeckter Ordnung, *Lateiniſch* nach einer 800-jährigen Handſchrift überſetzt, in eben dieſelbe Versart, mit Commentar, Anmerkungen, Leſearten, und einem Auszuge aus Ariſtoteles Dichtkunſt von *Io. Chſtph. Regelſperger*. Vindob. 1797. 8.

Sed *Ars Horatii poetica*, vti eius *Satyrae* et *Epiſtolae* ſeorſum haud raro deſtitutae vt plurimum commentario, interdum inſtructae prelis exierunt. Editt. ſaec. XV. indicant

dicant Maittaire ac Panzer. Inter edd. quae multae ſunt ſaec. XVI. rarius occurrunt *Hor. liber de A. P.* ex vetuſto exemplari, ſumma recognitus cura et diligentia per *Valentinum Ecchium Philyripolitanum.* Cracou. ex offic. Io. Halleri. 1521. 4. — *Epiſtolarum* libri II. ex antiquiſſimo exemplari. ib. per eumdem. 1522. 4. — *Epodon* liber vnus, ad Aldini exemplaris fidem recognitus. Seculari carmine adiuncto. ibid. per Mathiam Scharfenberg. 1527. 4.

Vindobonae expreſſa ſunt typis, *de arte poet.* liber per Io. W. (Winterburger) ſine an. 4. — *ſermonum* libri duo. per Hieron. Vietor. 1515. 4. — *Epiſtolarum* libri II. ad archetypon A. Manutii. per eumdem. 1515. 4. — *de diuina poetarum arte et carmen ſeculare. Adrianus Wolfhardus* Transſyluanus, per Io. Singrenium. 1522. 4. — *Epiſtolarum libri II.* in aedibus Ioan. Singren. 1522. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 126. 136. 230. 234. 313.) — *Ars poetica* cum comment. Acronis, Porphyrionis et Iani Parrhaſii. Pariſ. Robert. Steph. 1533. 4. — Eadem a *Iac. Grifolo.* Florent. 1550. 4. — Pariſ. 1552. 8. — a *Io. Sambuco.* Antwerp. typis Plantin. 1564. 8. — Eadem cum ſcholiis. Colon. Agripp. 1555. 8. — *Hor.* ſermonum libri II. ſatira prima latine et anglice. Londini 1733. fol. — *Hor. A. P.* (cum notis ad modum

Mi-

Minelli et Sinceri.) Aboae 1789. 8. — Sed haec ſufficiant. — Hoc vnicum addam: *Pariſ. Didot* ſeniorem coepiſſe 1797. ſplendidam Horatii editionem ſubiicere prelo, cum XXIII tabulis, aeri ab Gerardo et Girodeto inciſis; cuius quidem editionis tantum 250 exemplaria, vt fama fert, ſingulis numero ſuo notatis, euulgabuntur: exemplar vero conſtabit ſubſcriptoribus 360 Livres, poſtea vero reliquis emtoribus 600 Livr.

Ad pag. 271. *lin.* 7.

Conf. *Iſ. Caſauboni* de ſatyrica Graec. poeſi et Romanorum ſatira (ed. Halae Sax. 1774. 8.) lib. II. cap. 3. pag. 212 ſqq. praecipue p. 226 ſqq. et de A. P. p. 99. not. — *Manſo* de rom. ſatiricis, praeſertim Horatio in *Nachträgen zu Sulzers allgem. Theorie* etc. vol. IV. part. II. (Lipſ. 1796. 8.) p. 409 ſqq. *Io. Ant. Vulpii* liber de ſatyrae lat. natura et ratione eiusque ſcriptoribus, qui ſuperſunt, Horatio, Perſio, Iuuenale etc. Patau. 1744. 8. (v. noua acta erudit. Lipſ. 1748. m. Nou. pag. 666 ſqq.) — *Ge. Ludouic. Koenig*, Gymn. Oldenb. Collabor. de ſatira romana eiusque auctoribus praecipuis. Oldenburg. 1796. 8. Satirae Hor. Perſii et Iuuenal. maxime comparantur. v. ephem. litt. Gotting. a. 1796. nr. 54. Adde *Ien.* A. L. Z. a. 1794. nr. 74. pag. 586 ſq. vbi poſt Fülleborn. Horatius comparatur cum Perſio.

Ad

Ad pag. 271. *ſect.* 6. *lin.* 1.

Infamia adulationis ab animo et poematibus *Horatii* depellitur, ac multa de poeta, eiusque animi notatione, tum patriae verique amore disputantur in libro inſcripto: *Q. Hor. Flaccus door R. van Ommeren,* Rector van het Gymnaſium te Amſterdam. Amſtel. 1789. 8. Laudatur lib. et plura excerpuntur ex eo in Ien. A. L. Z. a. 1791. nr. 172. m. Iun. pag. 569 ſqq.

Ad pag. 272. *lin.* 1.

Ad *Sulzer.* loc. v. *Blankenburg* in Litterar. Zuſätzen, vol. II. pag. 155—158. vbi de edd. et commentatoribus etc. Horatii fuſe agitur. Idem *de Blankenburg*, vol. I. pag. 384 ſqq. et 387 ſq. voc. *Dichtkunſt*, memorat inſignem copiam editionum *artis poet. Horat.* ac verſionum et commentariorum, tum vol. II. voc. *Lehrgedicht*, pag. 267 ſq. de *epiſtolis* Hor. earumque edd. et verſionibus; pari modo de Odis Horatianis et de ſcriptis, in quibus illuſtrantur illae, pag. 431 ſqq. et de ſatiris Hor. vol. III. pag. 9 ſq. Quare ad *Blankenburg.* inſuper de verſionibus, quae numero ſunt permultae, ad edit. Bipontinum; in ſpecie ad *Degenium* et acta litterar. (Journal) mox citanda, de *germanicis*, ad *Paitonium* de *italicis*, ad *Brüggemann* de *anglicis*, de *gallicis* ad *Goujet.* (tom. V. Bibl. Franç. pag. 296 ſqq. vbi is

pag.

pag. 365 ſqq. multus eſt de verſ. Dacier. et Sanadon. atque de controuerſia diu agitata,) copioſos ablego, paucorum eiusmodi librorum facturus mentionem.

Ad pag. 272. *lin.* 22.

Loco 1711. corr. 1771.

Ad pag. 275. *lin.* 1.

Hurdii edit. in Anglia ſaepius lucem adſpexit, (teſte Brüggemanno p. 608.) Lond. 1749. 8. — auct. ib. 1753. 12. II. voll. — Cantabrig. 1757. 12. II. voll. — Lond. et Cantabrig. 1766. 12. III. voll. — et Lond. 1776. 12. III. voll.

Verſionis *Michelſen* memoratae cenſuram conf. in Berol. bibl. vniuerſali, in adpendice ad voll. 53 — 86. ſect. II. pag. 1128 ſqq.

Indicem variarum germanic. verſionum atque imitationum odarum Horatianarum tum omnium, tum ſingularum confecit anonymus in actis diurnis, *Journal von und für Deutſchland*, an. 1792. part. VI. nr. 6. pag. 491 ſqq. atque ab eo tempore creuit earum numerus.

Ad pag. 276. *lin.* 18.

Spicilegium non meſſem, (ne nimis ſedulus, aliisque tempus chartamque perdidiſſe videar,) ad Notit. et Introduct. colligam, memorando recentiores quasdam verſiones

et

et alia ſubſidia litteraria. Permulta collegit *Frank* in catal. Bünau. I. pag. 312 ſqq. — Plura polemicae Horatianae ſpecimina deinceps et doctum in Odas commentarium, germanice ſcriptum, 1789. m. 8. edidit cel. *Schmid.*

M. *I. Conr. Burch. Fiſcher* disp. reſpond. Ludou. Georg. Henr. Evers, de codd. msstis *Horatii* atque *Virgilii* Barthianis: ſimul cum animaduerſionum in *Horatium* ſpecimine. Helmſtadii 1785. 4.

(*Io. Michael Nagelii*) commentt. de cod. msto membranaceo Horatii biblioth. acad. Altorf. cum ſpecimine varietatis lectionum. Altdorf. 1766. 4. — cum continuatione II. III. et IV. varietatis lectionum illius cod. ib. 1766 et 1767. 4. — Eiusdem III. partic. variae lectionis Hor. ex cod. chartac. ibid. 1772 et 1774. 4.

Paul. Friedr. Ach. Nitſch Vorleſungen über die klaſſiſchen Dichter der Römer. *Erſter Band,* welcher Vorleſungen über die Oden des Horaz enthält. Lipſiae 1792. 8. Praemittitur litteraria notitia interpretum atque editionum. Tum ſequitur *textus latinus* cum adnotatt. germanicis et verſione proſaica. conf. Ien. Allg. L. Zeit. a. 1794. nr. 71. — tom. II. continens librum odarum tertium et quartum, ib. 1793.

Selectae odae editae a *I. Henr. Iuſt Köppen,* in Encyclopaedia latinorum claſſic. Campiana,

piana, part. IV. Brunſuig. 1791. 8. et *Köppenii* adnotatt. germanice ſcriptae ad illas odas, pars I. ibid. 1791. (critica illarum eſt cenſura in Würzburg. ephem. litt. a. 1791. pag. 929 ſqq.) — pars II. auctore *Car. Aug. Böttiger*, ibid. 1793. 8. (v. ephem. litter. Gothan. a. 1794. plag. 13. pag. 99 ſq. vbi quaedam aliter explicantur.)

Car. Lud. Baueri Horatianae animadu. et ſubnotationes ad edit. cel. Iani. progr. I. II. Hirſchberg. 1783 et 1785. 4. — Eiusdem Horatianarum obſeruatiuncularum ſpecimen tertium. ib. 1782. 4. — *Io. Frid. Enger* Obſſ. in Horatii poemata. Vratislau. 1782. 4. — Eiusdem Zuſätze und Verbeſſerungen zu den Anmerk. etc. ibid. part. I. 1779. — part. II. 1785.

I. Hildebr. Withof kritiſche Anmerkungen über *Horaz* und andere römiſche Schriftſteller. Nebſt einer Beſchreibung der latein. Handſchriften in der Duisburger Univerſitäts-Bibliothek, von D. *Grimm*. I. — IV. part. Düſſeldorf. 1791 — 1798. 8. Acutae quidem ſunt criticae animaduerſiones in Horatium; ſed tamen interdum audaces, aut falſae aut minus neceſſariae. v. Bibl. vniuerſ. germ. Kilon. a. 1794. vol. 116. part. I. pag. 287 ſqq. Ien. A. L. Z. a. 1793. m. Nou. nr. 308. Erfurt. ephemer. litterar. a. 1798. plag. 34 etc.

Para-

Paraphraſis odarum XXIIII, e *Q. Hor. Flacci* libro primo, auctore *P. Aloyſio Hardevuyſt,* Soc. Ieſ. Antwerp. 1711. 8. conf. acta erud. Lipſ. a. 1712. m. Iun. p. 259 ſqq.

Io. Frid. Behrendt in progr. ſ. Aduerſariis ad dubia auctorum loca, (Serueſtae 1755. 4.) cap. IV. locum Od. 13. libri I. interpretaturus, vt tota, inquit, oda lucem accipiat, et criticum de *cereis bracchiis, de quarta* vel *quinta nectaris parte* etc. bellum componatur, ironiam continuam eſſe clauem huius odae meminerimus. Omnia tunc prono alueo conſequentur. Aliud loquitur poeta; aliter ſentit. Verbis laudat Lydiam et Telephum, re ipſa vtrosque ridet et contemnit: id vel nomina indicant. Etc.

Ier. Markland et in Epiſtola critica ad Fr. Hare, et in Expoſitione aliquot locorum vett. auctorum ſubiuncta eius edit. *Euripidis* Supplic. multa *Horatii* loca emendare, aut tentare ſuſtinuit.

D. *C. H. Schmid*, Prof. Gieſenſis, Apologie des Horaz gegen einige neuere Schriftſteller, in: Neue Litteratur und Völkerkunde, herausgegeben von *I. W. von Archenholz*, a. 1789. vol. I. m. Ian. p. 33 ſqq. Primum contra Meierottum (de rebus ad auctor. claſſ. pertinent.) defendit Horatium, hunc quod pauci vett. ſcriptores eius cum laude feciſſent mentionem, et quod Horatius

 imita-

imitatus ſit Graecorum carmina, tum adhuc bene nota, ab aequalibus ſuis fuiſſe minoris aeſtimatum, quam a ſera poſteritate. In primis cl. *Schmid* vindicat Horatium a calumniis *Mercieri* in Bonnet de Nuit, (Nachtmütze, Berol. 1784.) pag. 19. criminequc abiectae adulationis, prauae auri cupiditatis, callidi animi, et corruptae morum doctrinae etc. — Mores et animi notationem aliquatenus quoque defendit *de Bar* in Horace vengé, in Babioles litteraires.

Ex *Leſſingii* Opp. germanicis *Io. Frid. Iac. Reichenbach* in libello, inſcripto: *Gotth. Ephr. Leſſingii* Obſeruatt. criticae in varios ſcriptores graecos atque latin. etc. (Berolini 1794. 8.) pag. 152 — 190. ea collegit et latine vertit, quae Leſſing. paullo vberius paſſim ſcripſerat ad interpretanda illuſtrandaque loca quaedam Horatiana, n. lib. I. od. 34. od. 35. v. 17 — 20. lib. IV. od. 1. v. 33 — 40. Epod. IX. 16. lib. I. epiſt. 1. v. 28 — 31. et Art. poet. v. 136 — 144.

Iani in ed. ſua, odam XXI. libri I. putabat eſſe carmen amoebaeum. Contra hunc disputat cl. *Morgenſtern*, (in praeſenti Profeſſor Gymnaſii Dantiſcani,) in: Neue Bibliothek der ſchönen Wiſſenſch. vol. LVII. part. I. pag. 51 ſqq. (Lipſiae 1796. 8.) et ſentit, poetam incitare pueros puellasque ad laudem Apollinis et Dianae cantu celebrandam. — *Franckii*, Direct. Gymnaſii Erfurt. progr.

progr. de Romanorum in Principem Auguſtum, Roma abſentem, ibique deſideratum pietate, ſecundum *Horat.* od. V. libr. IV. — Erfurt. 1793. 4. Odae oeconomia in primis explicatur. — Schola grammatica de argumento atque conſilio carminis Horatiani, quod eſt 28 lib. I. auctore *Hottingero.* Turici 1789. 4.

A Diſſertation concerning two Odes of Horace, which have been diſcovered in the Palatine Library at Rome, Lond. 1789. (1790.) 4. (v. Introduct. II. p. 393.) *Villoiſonius* in addendis ad ſuas animaduerſſ. ad Longi Paſtoralia eas primus publicauit, et genuinas habuiſſe videtur; item auctor ſuperioris libri et cenſor, (qui quaedam loca tentat aut interpretatur,) in Bibliothek von Anzeigen und Auszügen kleiner Scriften etc. tom. II. part. I. Ienae a. 1790. p. 1 ſqq. Mihi quidem non videntur eſſe genuinae.

M. Io. Frider. Roos excurſus ad Horatii carm. I. 1, 7—15. Gieſſae 1783. 4. verſus, Hunc ſi mobilium — Illum ſi proprio etc. coniungit cum ſequentibus, *attalicis conditionibus numquam dimoueas* etc.

A short Diſſertat. upon Horace with the fifth Ode. Lond. 1708. 8. — The Scrutiny of Horace with the firſt Ode of the firſt Book. ibid. eod. anno. 8. — The Scrutiny of Horace with the ſecond Ode. ibid.

 eod.

eod. a. 8. — An Anſwer to the Scrutiny of Hor. ib. eod. a. 8.

Quaternae epiſtolae. Prima et ſecunda (*Ker*) ad Rich. Bentleium; tertia ad ill. V. Ezech. Spanhemium; quarta ad Lud. Frid. Bonetum. Londini 1713. 8.

In actis aliquot diurnis litterar. quae in Britannia euulgata ſunt, et aliis collectionibus, variae obſſ. in Horatiana loca reperiuntur: quarum notitiam dat *Brüggemann* View etc. pag. 605 ſqq.

De vndeuiginti generibus metrorum Horatii, tractatus Aldi Manutii, et addenda de metris Horatianis, in libro inſcripto: Tractatus varii latini a *Crevier, Brotier, Auger* aliisque clariſſ. viris conſcripti; et ad rem, cum criticam, tum antiquariam pertinentes. Lond. 1788. 8. part. II. pag. 66—82.

Henrici progr. de graeca dictione poeſeos Horatii lyricae ornatrice. Wittebergae 1791. 4. — M. *Casp. Iac. Beſenbeck* progr. ſ. explicatio carminis Horatiani III. 12. Erlangae 1791. 4. — *Seidenſtüker* ſuper od. 37. lib. I. Horat. in *Wiedeburgii* Humaniſt. Magazin tom. III. part. III. pag. 193 ſqq. et phil. paedag. Magazin part. III. p. 203. — Idem critice et grammatice aliquot loca (I. od. 6. II. 4. od. I. v. 14. I. od. 20. od. 27. v. 23. 24.) tractat in *Wiedeb.* philol. paedag. Magazin, tom. II. part. I. pag. 63 ſqq.

Io.

Io. Frid. Eckhardi, Gymn. Iſenac. Direct. progr. Horatiana artium liberalium commendatio, libr. II. epiſt. 2. v. 7. 8. — rec. in *Magazin* für öffentl. Schulen etc. tom. I. part. II. (Bremae 1790. 8.) pag. 401 ſqq. — *Frid. Henr. Emil. Schnaar* in libello menſtruo, der Genius der Zeit. ed. ab Hennings, Alton. m. Mart. 1794. dedit nouam explicat. verborum *hodie triceſima Sabbata* in Hor. Sat. I. 9. circ. fin. Intelligit diem XXX. menſis, quo die futurus nouilunii dies indicabatur, et feſtus erat: Horatium igitur illa ſabbata vſurpaſſe pro magno feſto die, qui profanari non debeat. — *I. E. Blühdorn*, Rect. Neoſtad. ſcholae Brandenburg. ad Hauel. progr. *de natura epodorum Horatii.* Brandenburg. 1795. 4. — De ſenſu Sat. I. 3. verſſ. 111 ſqq. commentatt. eriſticae anonymi in Brunſuig. act. diurnis, a. 1791. part. 8. et *Seidenſtükeri* in Wiedeburg. phil. paedag. Magaz. a. 1791. part. III. p. 222 ſqq.

Carmen de *arte poetica* a multis V. D. eſſe ſeorſum vel expoſitum illuſtratumque, vel in varias linguas translatum, iam annotauimus. Nos quidem nonnullorum tantum V. D. qui operam ſuam addixerunt illi poemati, ſcripta, praecipue recentiora, hic commemorabimus.

Franc. Sanctii Brocenſis — in artem poeticam Horatii annotatt. Salmanticae 1591. 8. Poetae textui ſubiicitur ecphraſis perſpicua et

 elegan-

elegantiſſima. Sequuntur adnotation. opportunae doctaeque, teſte *Maianſio* in Specimine biblioth. Hispano-Maianſianae — ex muſeo Dau. Clementis, pag. 96. vbi quoque diſcimus, hanc eſſe alteram edit. auctiorem et emendatiorem cum ſiluis Angeli Politiani.

In Q. Hor. Fl. de arte poetica librum *Hercules Manzonius*, ciuis ab origine Bergomus. Qui aperte demonſtrat, expreſſum ab Ariſtotelis poetica Horatii poetices ordinem *). Quos vero interſcribit particularum numeros, Ariſtotelicam in eos poeticen prudentia Madii diſpoſitam ſecat. Bergomi, typis Comini Venturi. 1604. 4. — De A. P. ad Piſones epiſtola. Ex rec. *Dan. Heinſii* ſeorſim edita. Addita et diſſertatiuncula eiusdem ſuper Plauto et Terentio Comicis. Wittebergae typis Io. Gormanni. 1619. 4.

Hurdii doctum comment. iam laudauimus. Quae is de imitatione ſcripſit, ea *Carol. Godofr. Schreiter* latius et ſubtilius expoſuit, ſuaſitque, vt non tam ſinguli duorum ſcriptorum loci, quam ipſi ſcriptores inter ſe conferrentur, atque de argumento artis poet. conſilio poetae et imitationis ratione erudite disputauit in progr. *de Horatio Platonis aemulo*, eiusque epiſtolae ad Piſones cum huius Phae-

*) Quod vero vix credibile eſt, et ab aliis quoque negatum, diuerſiſſima earumdem rerum tractandarum ratione philoſophi et poetae.

Phaedro comparatione. Lipſiae 1789. 4. (conf. Ien. Allg. L. Z. a. 1790. menſ. Nou. nr. 342.) Pag. 7. paene miratur, qui factum ſit, vt *Colmanus*, Anglus, in eamdem ſententiam, quam *Wielandius* vndecim annis ante in german. ſua epiſtolarum Horatii verſione tulerat, ſua ſponte (?) incideret, Flaccum, (vt verbis vtar Schreiteri,) epiſtolam hanc eo conſilio compoſuiſſe, vt filiorum Piſonis maiorem natu, ad poetices ſtudia magis ſaeculi more, quam naturae ductu conuerſum, ab hoc muſarum commercio, cui eum imparem eſſe argueret, fortaſſe ipſius aliquod praematurum opus notans dramaticum, abſtraheret, propoſita ei vrbane ſalſeque tum difficultate huius rei, tum ignominia, quae mediocres poetas comitaretur. — *Colmanus* vero, quem, Schreiter docet, callentem fuiſſe litterarum germanicarum, id fuiſſe poetae conſilium, demonſtrare ſtuduit in epiſtola nuncupatoria notisque ad librum inſcriptum: *Q. Hor. Flacci epiſtola ad Piſones, de arte poetica.* The art of Poetry: an Epiſtle to the Piſos. Translated from Horace. With Notes. By *George Colman.* Lond. 1783. 4. (conf. *Brüggemann* p. 608.) Colman vero illam, quae elegans eſſe dicitur, verſionem, iambis ſimiliter deſinentibus expreſſam, iterum recepit emendatiorem, cum textu latino aliisque opuſculis in tertio tomo operis: *Proſe on ſeveral Occaſions,*

 accom-

accompanied with ſome Pieces in verſe. Lond. 1787. 8. III. voll. In notis, verſioni illi adiectis, modo hypotheſin ſuam firmare adniſus eſt, modo explicuit ſpectacula, muſicam theatralem, chorum et ſatiricum drama veterum, aliasque adiunxit obſeruationes, ad intelligentiam totius poematis vtiles.

Horace's Epiſtle to the Piſo's, on the Art of Poetry, translated into English Verſe, with Obſervations and Notes critical and explanatory. Edinburg. 1784. 8. *Brüggemann* citat Monthly Review, Iun. 1786. p. 471. Subiectus eſt contextus latinus, et, ſi recte notaui in meis collectaneis, auctor verſionis etiam in praefat. cenſet, Horatium Piſonibus voluiſſe oſtendere difficultates poeticorum laborum, eosque a pruritu et feſtinatione carminum ſuorum euulgandorum reuocare. — The Epiſtle of Horace to the Piſos, on the Art of Poetry. Translated into English verſe, by *Will. Clubbe,* L. L. B. Vicar of Brandeſton. Suffolk. 1797. 4.

Theod. Frid. Stange, Gymnaſ. Hammonenſis Direct., proluſio, ſuper nonnullis ex Horatii arte poetica ſententiis. Hammone 1784. 4.

Aeſthetica cogitata ſuper nonnullis formis ſ. ideis epiſtol. Horat. ad Piſones in: *Etwas für Politiker und Pſychologen.* Halae et Lipſiae 1795. 8. pag. 55 ſqq. Quaedam

dam Horatii loca dederunt occaſionem obſeruationum aliquot aeſtheticarum ſcribendarum 1) de conſilio epiſtolae Horatianae; 2) de vnitate operis, ad L. L. elegantiores pertinentis; 3) de melodramate; 4) de vſu nouorum vocabulorum; 5) de delectu numeri poetici. v. bibl. Kilon. vniuerſ. vol. XXIII. part. I. faſc. II. a. 1796. pag. 121.

Henr. Phil. Conr. Henke disp. reſpond. *Rudolpho Chriſti. Schmidt*, Varietas lectionis in Horatii arte poetica, e cod. Helmſtadienſi excerpta, cum animaduerſſ. criticis Helmſtad. 1777. 4. Excerpta leguntur in Volborth neuen philol. Bibliothek, tom. III. part. II, p. 321 ſqq. Lipſ. 1778. 8.

M. Ricklef ſuper II. locis, (A. P. 270 ſqq. et epiſt. II. 2, 110 ſqq.) in quibus iudicium de Plauto Horatianum mitius eſſe, quam vulgo creditur, noua interpretatione oſtenditur in *Wiedeburg* philol. paedag. Magazin. part. I. Helmſtad. 1791. 8. pag. 40 ſqq.

Horazens Brief über die Dichtkunſt überſetzt, (tot verſibus hexametris, quot conſtat latina epiſtola; hinc ſaepe contortis durisque,) und als Einladungsſchrift herausgegeben von *B. W. C. Starke*, Rector etc. Bernburg. 1791. 8.

Horazens Epiſtel an die Piſonen. Mit einem durchgängigen Kommentar und Anmerkungen, herausgegeben von *Mich. Engel*,

Profeſſ. der Philoſophie zu Mainz. Mogunt. 1791. 8. mai. cum textu latino ex recenſione Cuninghami, ed. a. 1721. et cum commentario Hurdiano, at immutato, in quo Engel ſaepe disceſſit ab Hurdio, atque meliores Lambini, aut Sanadonii, Batteuſii, Wielandique recepit interpretationes. Res tamen potius, quam verba explicuit, poetaeque ſententias interdum explanauit vberius. Id autem Horatii putauit fuiſſe conſilium, vt romanos poetas recenſeret et, ratione dramatis potiſſimum habita, quaedam, eaque praecipua, poetarum romanorum peccata falſaque romanorum criticorum principia notaret, ſuamque de rom. theatro diceret ſententiam. conf. ephem. litter. Lipſ. a. 1791. plag. 55.

Marcheſini, patronus cauſſarum Venetus, duplicem confecit ediditque verſionem *italicam*, alteram in oratione proſaica, alteram in ſermone ligato in libro: *Dell' arte poetica di Q. Orazio Flacco*, traduzione di *Mar. Marcheſini.* Neapoli apud Orſin. 1794. 8.

Die Dichtkunſt des Horaz überſetzt und erklärt in Proſa von *K. W. Ramler;* in Verſen von *C. M. Wieland. Zweite* mit dem Entwurf einer Dichtkunſt nach Horaz vermehrte Auflage, (von *Heinr. Sautier.*) Baſil. 1789. 8. In priore edit. duobus ante annis euulgata, Sautier tantum recudi iunctim fecerat Ramleri verſionem ex libro Batteuſ. in ger-

germanic. linguam translato, et Wielandianam ex verſione Epiſtolarum Hor. metrica: in altera editione adiecit tabellariam artis poeticae doctrinam ſecundum Horatium.

Paucas denique recentiores verſiones, et in indice verſionum Bipontino omiſſas, commemorare liceat. Praeter eas, quas *Degen* laudat l. c. II. pag. 220. Oda XX. libr. II. a *Ramlero* conuerſa in linguam german. et illuſtrata legitur in *Bieſteri* Berlin. Blättern. m. Sept. 1797. pag. 315 ſqq. — *Werners* lyriſche Gedichte ſammt Oden aus dem *Horaz*. Wien und Leipz. 1785. 8. Wern. XX. odas Horatii, more quidem Ramleri, at non pari felicique ſucceſſu, parique facilitate ac ſuauitate imitatus vertit. — Sechzig Oden aus dem *Horaz* und drey Eklogen aus dem *Virgil*, (metrice verſae ab Ern. Guil. de Wobbeſer.) ed. II. denuo fere elaborata et correctior prodiit Goerlitz 1795. 8. — ed. I. Lipſ. 1779 prelum reliquerat. — *Proben Horaziſcher Ueberſetzungen* (lib. V. od. 15. lib. I. od. 13.) von *Frid. Aug. Eſchen*, in Wielandii neuem teutſchen Merkur. 1797. part. X. pag. 139 ſq. — In eodem Mercurio, a. 1796. part. V. menſ. April. pag. 402 ſq. eſt *Harmſenii*, Conrector. verſio ſatyrae VI. libri II.

Six ſatires of Horace, in a ſtyle between free Imitation and literal Verſion by *William Clubbe*. Suffolk. 1797. 4. v. Neue Biblioth.

der

der ſchön. Wiſſenſch. Lipſ. 1798. vol. LXI. part. III. pag. 322 ſq.

Reganhac gallice vertit *Horatii odas* et illuſtrauit notis, Pariſ. II. voll. 1781. — Eius vero verſionem examinauit *Clement* in Eſſais Critiques ſur la Litterature ancienne et moderne, tom. II. Amſterd. 1785. mai. 12. in cap. II. et iudicat, eam eſſe Horatii lat. contextu ingenioque inferiorem, quamquam non tam luxurians ſit, quam Sanadoniana, nec tam dura lentaque, quam Dacieriana, nec ſic ieiuna, vt Batteuſiana.

Les Oeuvres d'Horace, traduites en françois par M. *Binet*, ancien Recteur de l'Univerſité de Paris, Profeſſeur de Rhetorique au college du Pleſſis Sorbonne. Pariſ. 1783. 16. II. voll, ſed conf. Journ. Encycloped. à Bouillon, tom. VIII. part. II. pag. 282 ſq. a. 1784.

Traduction libre des *Odes d'Horace* en vers françois, ſuivie de notes hiſtoriques et critiques, II. voll. Orleans et Pariſ. 1789. mai. 8. cum textu latino.

Horat. carminum libri V. cum verſione ital. metrica *Fr. Venini*, Mediol. 1786. 8. — Odae italice verſae. Regg. 1786. 8. (Neue Bibl. der ſch. Wiſſenſch. vol. XXXV. part. II. p. 344.) — *Ant. Ceſar.* verſio XII. od. ital. Veron. 1788. et Baſſan. 1789. 8. — Le Odi d' *Orazio Flacco*, tradotte da *Giov. Pezzoli*. Bergamo 1798.

Bel-

Belgice vertit *Horat. ſatiras Corn. van Ghiſtele*, Antw. 1569. et Leidae 1599. 8. — *Danice* artem poeticam *L. Schmidt* Tronh. 1784. 8. et *K. L. Rahbeck* Hafniae, 1790. 8. (Ien. Allg. L. Z. a. 1791. nr. 324.) — Epiſtolas *C. H. Biering*, Hafniae 1777. 8. primam epiſtolam, verſibus danicis, anonymus. ibid. 1757. 8. — *Opera Horatii* danice vertit et commentario illuſtrauit M. *Iac. Baden*, Prof. I. pars. (quae continet Odas, epod. et carm. ſaeculare,) Hafniae, 1792. 8. vid. Ien. Allgem. Litt. Zeit. a. 1794. nr. 71. menſ. Mart. pag. 566 ſqq.

Ad pag. 277. *lin.* 8.

Quae vera cauſſa fuerit exſilii, multi quidem inueſtigarunt; ſed omnia in coniecturis potius videntur poſita, quam vt vlla ratio poſſit certo demonſtrari. Interim iuuat praeter ea, quae Maſſon, Ouvens aliosque dixiſſe alibi notauimus, nonnullorum opiniones paucis recitare. *Ribault de Rochefort* in Diſſ. ſur l'Exil d'Ovide, avec quelques anecdotes, concernant les deux Julies. Moulins. (1743.) verum crimen fuiſſe, (nam laſciuia carminum de arte amandi tantum praetexebatur,) amorem Iuliae, Auguſti neptis, non, vt multi putabant, filiae, quae eodem anno 761 ab v. c. quo Ouidius Tomum abire iubebatur, in inſulam quamdam, haud procul Apulia, eſt relegata. v. Ephem. litterar. Lipſ. a. 1743. plag.

plag. 74. pag. 659 ſq. At ibid. pag. 863 ſq. oſtenditur, Rochefortum non fuiſſe primum, qui in definiendo anno, cauſſa, loco et duratione exſilii Ouidiani peculiarem poneret operam; ſed iam antea *Verpoorten* in vita Ouidii editioni Triſtium praemiſſa, in eiusdem quaeſtionis examine earumque rerum inquiſitione diligenter eſſe verſatum: hunc autem habuiſſe probabilem poenae cauſſam, quod Ouidius adulteriorum Iuliae neptis conſcius, iis celandis aut adiuuandis etiam vulnera feciſſet Auguſto, ideoque eius iram conflaſſet ſibi: Iuliam igitur minorem, docet, a. v. c. 761. eſſe relegatam, Ouidium vero exeunte eodem anno Roma pulſum, nauigaſſe Corinthum, anno demum ſequenti perueniſſe Tomum, ibique inter barbaros vixiſſe annos VIII. cum paucis menſibus. — Nouam poenae cauſſam excogitaſſe ſibi viſus eſt *I. Hildebr. Withof* in comm. de vera exſilii Ouid. cauſſa, recuſa in eius criticis animaduerſſ. in Horatium et alios rom. ſcriptores, etc. (german. ſcr.) editis ab *H. A. Grimm*, part. II. pag. 136 ſqq. Atque *Grimm* in nota et Withofii probat expoſitionem, et Angli cuiusdam opinionem in Oxon. actis (Magaz.) 1773. et gallice verſam in Encycl. Journ. a. 1774. part. II. pag. 184 ſq. tum *Bayeuſii* (in Traduction des Faſtes d'Ovide, Pariſ. 1783 — 1788.) ſententiam refert. *Withof* igitur, poſt diuerſa variorum iudicia examinata, ſtatuit

tuit et vberius demonſtratum fuit, Agrippam Poſtumum ab auo, Auguſto, fraude et calumniis Liuiae impulſo, primum fuiſſe Surrentum in Campania relegatum; Ouidium eo veniſſe, eique forſan inter pocula hilaria aliquid, (num libellus ſatyricus, an ſeditioſus fuerit, quem quidem Ouidius tantummodo vidiſſet, neque vero improbaſſet, haud liquere, ait With.) fuiſſe monſtratum, quod Auguſto auo parum honorificum, contra Liviae eiusque filio valde ignominioſum aut periculoſum videretur: Liuiam vero id per exploratores ſtatim reſciuiſſe et impuliſſe Auguſtum ſenem ad odium vtriusque iramque; Ouidium igitur excidiſſe Auguſti gratia, et haud multo poſt reditum in orbem, Tomum; Agrippam vero, vnicum Auguſti nepotem, in inſulam Planaſiam eſſe proiectos. — Surenti apud Agrippam Poſtumum aliquid eueniſſe, quod iratum redderet Auguſtum, cum Withofio conſentit *Lenz* ad Ouid. Metamorph. in Encyclopaedia Campiana pag. 245 ſqq. ſed addit, hic Ouidium forſan vidiſſe drama ſatyricum, in quo Agrippa eiusque amici ſua animi ſenſa expoſuiſſent, aut ſuam ipſius tragoediam Medeam, quae potuiſſet ad Liuiam adplicari, actam. Enimvero Ouidius, ea cauſſa ſi fuiſſet vnica veraque, non habuiſſet, quod adeo obſcuris et arcanis veluti verbis ſuam fateretur culpam; et, non tam, quod poena dignum ſcripſit,

quam,

quam, quod *vidit* inſcius et imprudens aliquod crimen (Triſt. II. 103. III. 5, 43.) exſilio multatus eſt. Vera igitur culpa et certa irae poenaeque cauſſa manebit obſcura nec explorata.

Ad pag. 277. *ſect.* 3. *lin.* 6.

Ouidium conſilio *Propertii* IV. 1, 69, *ſacra diesque canam et cognomina priſca locorum*, adductum eſſe ad Faſtorum libros conſcribendos, et res anni romani memorabiles canendas, ſuſpicatur *Lenz* in adnotatt. ad Encyclopaediam Ouidianam infra laudatam.

Ad pag. 279. *lin.* 1.

Principem *operum Ouidianorum* editionem *integram* habet *Panzer* A. T. I. pag. 204. coll. IV. pag. 242. hanc mem. *Bononienſem*, 1471. 4. quia non tantum carmina citata, ſed reliqua etiam, in his quoque de pulice, de philomela, de medicamine faciei et de nuce contineat; quum contra in edit. Romana, eodem anno ex officina Conr. Schweynheim et Arn. Pannartz emiſſa, partes ſolum duae, ſcil. Metamorphoſes et elegiae, (vti ex Alerienſis epiſtola his praemiſſa conſtet,) lucem adſpexiſſent. conf. *Audiffred.* in ſpecimine — edd. italic. ſaec. XV. pag. 14. inprimis pag. 405 ſq. et pag. 41 ſq. it. *Goetz* Mem. biblioth. Dresd. II. pag. 537. de altera *Opp. Ouid.* ed. *Bononienſi*, 1480. min. fol.

Ad

Ad pag. 279. lin. 3.

Edition. an. 1472. nulla fit mentio in Maittario Panzerique A. T. Illam tamen editor Bipontin. in indice edd. Ouidii pag. XLV. ſq. exſtitiſſe Fabricio duce ſcribit in bibl. Ioſ. Valettae, Neapoli. Editio vero a. 1474. in catal. bibl. Pinell. II. pag. 351. et a *Panzero* III. pag. 104. in catal. librorum rariſſ. ab artis typograph. inuentoribus — ante a. 1500. excuſorum pag. 45 ſq. ab aliisque citatur.

In Bibl. acad. *Erlangenſi* eſt grande volumen, quod continet libros *Metamorphoſeon* et *Faſtorum*, fol. ſine l. et a. et ſine vlla nota typogr. Libri *Metamorph.* incipiunt, *Orba parente ſuo quicunque* etc. et propter litteram principalem ex V. primis verſibus factae ſunt lineae decem. In fine: *Finis,* vti in exemplo, quod *Laire* in Indice I. p. 162. et ex eo *Panzer* deſcripſerunt. In ſingulis quoque paginis numerantur lineae 39. Libri *Faſtorum* inc. rubris litteris: *P. Oui-*

l s

dii Naſonis Sumonenis Poetę clariſſimi Faſtor. liber primus incipit. Tum propter litteram principalem T. ex duobus primis verſibus factae ſunt lineae quatuor. In calce: *Publii Ouidii Naſonis ſulmonenſis poetę clariſſimi faſtorum libri fęliciter expliciunt. Primus liber Tēpora — — ſextus liber Sic quo-*

 que

que *LAVS DEO.* Pariter 39 lineae numerantur in ſingulis paginis.

In Biblioth. Ducis *de la Valliere*, exſtitit Edit. *Opp. Ouidii* II. voll. fol. ſine notis a. l. et reliquis typogr. ſed *Bure* in catal. illius bibl. tom. II. nr. 2481. eam excuſam eſſe, ex ſimilitudine charact. in edit. Macrobii a. 1472. coniicit, per Nic. Ienſon. circ. a. 1475.

De editione *Parmenſi* per Steph. Corallum, 1477. fol. copioſus eſt *Affò* in Saggio di Mem. ſu la tipogr. Parmenſe, p. LXIII. ſq. add. *Panzer* II. p. 351 ſq. — De ed. *Veneta* 1486. per Bern. de Nouar. v. *Deniſ.* memor. bibl. Garell. p. 122 ſq. — Quam in Introd. II. p. 457. *Parmenſem* — 1489 nominaui, ea non *Parmae*, ſed *Venetiis*, excuſa eſt: — *Ouid. Opp.* per Bon. Accurſium et Valer. Superchium emendata et correcta. *impenſa et opera Lucantonii* (*Giunta*) *Florentini a Mattheo Capcaſa Parmenſi* *) *accuratiſſime impreſſa*, MCCCCLXXXIX. fol. prid. Kal. Ianuar. v. *Maittaire* IV. 2. pag. 508. cat. *Vallerian.* l. c. nr. 2484. et *Panzer.* III. p. 269. — *Florentin.* 1489. nec non *Venetiis* 1495. tum 1498. cum comment. Volſci et Clerici, quam ex catal. Bigot. citat

*) Vnde error ortus eſt. *Capocaſa* quidem erat *Parma* ortus; ſed exercuit artem typogr. *Venetiis.* v. *Affò* l. c. p. XL. ſq. de illo.

tat Fabric. ignorat *Panzer*. quare iſtae num exiſtant reuera, aliis inueſtigandum relinquo. Contra *Ouid. opera* et vita, curis *Boni Accurſii* Piſani, Venet. per Chriſtph. de Penſis, de Mandello 1498. fol. citantur in cat. bibl. Valler. l. c. nr. 2484. in catal. mem. librorum rariſſ. pag. 46. et alibi ap. *Panzer*. III. pag. 435.

Praeter ea *Venetiis Ouidii opera* cum interpretat. *P. Marſi*, 1480. fol. — ibid. ap. Herrmann Lichtenſtein. 1484. fol. in calce: „Finis omnium librorum *P. Ou. Naſ.* qui extant. Eos quam accuratiſſime emendatos a *Barnaba Celſano Vicentino* impreſſit Herm. Lichtenſt. Colon. *XI. Kal. Octobr.*“ vide *Panzer* III. pag. 209. vbi tamen adnotat V. D. in illa ed. eſſe Ouidii reliqua opera; *metamorphoſes* vero iam prodiiſſe *Vicentiae* 1480. Et tamen idem ille ibid. p. 513 ſq: memorat ed. *Vicentinam omnium opp. Ouid.* a. 1480. *) II. voll. m. fol. aliosque laudat, quibus addendus eſt cat. bibl. Valler. II. nr. 2484. vbi (vti in cat. Creuennae, III. pag. 213 ſq.) adnotatur, opus inſtructum eſſe praefatione et correctionibus *Boni Accurſii* et emendatt. *Barnabae Celſani*, tum *primum* vol. quod contineat *Metamorphoſes*, impreſſum eſſe Vicentiae, ab *Herm. Leuilapide* 1480.

 prid.

*) V. Introd. II. pag. 453. In Notitia vitioſe citatur a. 1580 loco 1480.

prid. id. Aug. — *ſecundum* vol. quod reliquos libros comprehendat Ouidianos, initio facto ab *Heroidibus*, *Vicentiae* per Herm. Colonienſ. Lichtenſtein, (qui cum ſuperiore typographo idem eſt,) 1480. *ſex. id. Maii.* Add. *Foſſii* catal. bibl. Magliabech. II. pag. 264. vbi aliae editt. Ouid. ſaec. XV. in his pag. 261. vol. ſ. a. et loc., recenſentur. — Quae quum ita ſint, *Lichtenſtein*, quum Venetias migraſſet, vltimo primi tantum voluminis folio mutato, nomen vrbis, Venet. et numerum an. 1484. forſan excudere iuſſit. Poſt a. 1480. nomen eius, (quantum ex indice locorum et typographorum ſaec. XV. Maittariano et Panzeriano cognoſci poteſt,) inter typographos Vincentinos non amplius deprehenditur; inter Venetos autem ab an. 1482. numeratur.

Porro Panzer refert edd. *Venetas* apud Matth. Capcaſ. 1488. fol. (ex Maittaire, niſi haec eadem eſt, quam paullo ante ibidem apud eumdem prid. Cal. Ian. 1489. prelum reliquiſſe obſeruauimus:) — ex edit. *Boni Accurſii Piſani*: ap. Lazar. de Sauil. 1492. fol. (ſecundum Pinelli cat. II. p. 352. inſunt omnia Ouidii opera; ſed in exemplo bibl. Magliabech. in cat. *Foſſiano* II. p. 270. tantum Metamorphoſes:) — per Chriſtoph. de Penſis. 1493. fol. — per Io. de Tridino. 1496. fol. Denique ſ. l. et a. apud Anton. Zarotum. (Mediolan.) fol.

Ad

Ad pag. 279. *lin.* 19.

Primae editionis Aldinae duo priora volumina prodierunt a. 1502. tertium vero vol. quod continet *Triſtium et de Ponto*, a. 1503. v. ſerie dell' Ediz. Aldine pag. 20 et 21. — Pari modo alterius edit. I. tom. 1515. et reliqui duo a. 1516. (Serie p. 38 et 39 ſq. et pag. 66.) de *tertia* ed. quae in fronte alterius tomi prae ſe fert notam a. 1534. duo reliqui a. 1533. De tribus illis edd. copioſe diſſerit *Creuenna* l. c. pag. 215 ſqq. — Ibid. pag. 217. laudatur ed. Opp. Lugdun. apud Seb. Gryphium. 1539. 1553. III. voll. 8. — *Ouid.* opp. ap. Plantin. 1561. et apud Ant. Gryph. 1571. 12. III. voll. — Critica, aut ex critica edit. repetita eſt editio, cum V. L. ſtudio G. A. G. adhibitis codd. *Ouid. opera.* Francof. 1590. 12. III. tom. ex offic. Io. Wecheli. — ex officina Plantin. 1611. 12. — Opp. latine et gallice per Mr. *de Marolles.* Pariſ. 1661. 8. VI. tom. — ex ed. *N. Heinſii*, Amſtel. ap. Elzeu. 1676. 12. III. voll. — latine et gallice per Al. de Martignac. Lugd. 1697. 12. IX. voll.

Ad pag. 280. *lin.* 11.

Bersmanni ed. etiam recuſa eſt Londini 1656. 1657. 8.

Ad pag. 280. *lin. vlt.*

In exemplo ed. Heinſ. Lugd. 1629. quod eſt in bibl. Leidenſi, Epiſtolis, Amoribus,

parti artis amandi et Ibidi V. L. codicis ſunt manu adſcriptae; in editionis autem Amſterd. 1630. exemplo Leid. nonnulla contulerunt cum msst. Dion. et Ger. Voſſius. (v. Catal. bibl. Leid. pag. 269. In bibl. Burmanni II. ſec. catal. pag. 31. librorum cum obſſ. msst. plura exſtiterunt exempla variarum editt. etiam ipſius Burmann. I. cum notis et variis codd. lectt. msstis.)

Ad pag. 281. *lin. vlt.*

Burm. ed. etiam Amſtel. 1717. licet titulus, eam ex Heinſii cura prodire, mentiretur. — *Ouidii opera* ad exemplar Nic. Heinſii et P. Burmanni caſtigata: praemiſſa eſt *I. G. Walchii* diatribe critica de latinitate poetica. Lipſiae 1715. 12. III. voll. — Ex ed. N. Heinſii. Amſtel. ap. Wettſtein. 1735. 12. III. voll.

Ad pag. 282. *lin. antepen.*

Ouidii opp. Londini, typis Brindley. 1745. 12. V. voll. — Paris typis I. Barbou. 1763. 12. III. voll. — *Fiſcheri* ed. iterum Lipſiae 1773. 8. IIII. tom.

P. Ouidii Naſonis Opp. e recenſione P. Burmanni. Curauit indicemque rerum et verborum philolog. adiecit *Chr. Guil. Mitſcherlich.* tom. I. Gotting. 1796. mai. 8. — tom. II. 1798. Tertius ſequetur, qui clauem dabit Ouidian. Eſt edit. correcta, et loca,

loca, vbi Burmannus praeter neceſſitatem a recenſione Heinſiana diſceſſit, ſunt reſtituta magnaque melioris interpunctionis cura eſt adhibita. — Opp. *belgice* verſa ab *A. Valentin.* Amſterd. 1697. 12. IV. voll. — ead. cum interpretatt. *L. Schmidt.* Amſterd. 1700. 4. III. voll. — *hiſpanice* a *Diego Suarez de Figueroa.* Madrit. 1727—1738. 4. XII. voll.

Ad pag. 283. *lin.* 1.

Peculiares *Heroidum* editt. commentariis vel inſtructae vel deſtitutae adeo multae a renatis litteris ſunt curatae, vt omnium commemoratione moleſtus fierem et fines praeſcriptos transgrederer. Saec. XV. quae lucem adſpexerunt, ea diligenter enarrauit cl. *Panzer.* Quare iis omiſſis, quae in Introd. II. p. 459 ſq. et in Notitia iam retuli, paucarum, inprimis antiquiſſimarum rariorumque et recentiorum, tantum iniicere mentionem licebit.

Her. epiſtolae cum *Iuuenalis* ſatyris. Monteregali per Anton. Mathiae et Baldiſal. Corderiumque. 1473. min. fol. v. *Crevennae* catal. vol. III. p. 219. — *Her.* Mediolani per Ant. Zarotum. 1474. fol. — *Her.* cum conſolat. ad Liuiam et de Philomela. Mediol. per Iac. de Marliano. 1478. fol. — ibid. ap. Chriſtph. Valdarfer. 1486. fol. — *Her.* cum commentar. *Anton. Volſci* et *Hubertini Clerici Creſcentinatis.* etc. Caſale S.

Euaxii typis Guil. de Canepanoua de Campanalibus de S. Saluatore. 1481. fol. vide *Panzer* I. pag. 271. qui in vol. II. et III. edd. multas Her. cum iisdem comm. a. 1491. 1492. etc. et alias edd. *Her.* cum comm. Volſci, aliisque opusculis ſine comment. Mediolan. 1483. et Venet. eod. anno, fol. — tum edd. alias *Venetas*. *Her.* epiſt. cum commentario *Anton. Volſci* et libri *in Ibin* cum comm. *Domitii Calderini*, a. 1482. fol. bis. — 1485. bis. — 1490. — 1497. — Mediolan. 1488 et 1495. — denique in vol. IV. pag. 170. nr. 896 et 897. duas editt. ſine loco et anno, fol. cum eorumdem comment. atque *Heroid.* et *in Ibin*, fol. indicat, aliosque adpellat teſtes.

Her. cum commentar. Antonii Volſci et Vbertini Clerici Creſcentin. Acc. *Sapphus* epiſtola et liber *in Ibin* cum comm. Domitii Calderini. fol. ſine l. et a. v. *Foſſii* catal. bibl. Magliab. tom. II. pag. 277.

P. Ouidii Naſonis Heroidum epiſtolae. *A. Sabini* epiſtolae tres. *Ouid.* elegiarum L. III. de arte amandi L. III. de remedio amoris L. II. in Ibin L. I. ad Liuium (ſic) ep. de morte Druſi: de nuce: de medicamine faciei. in 8. ſine nota l. a. et typographi. In calce eſt epiſtola Aldi ad ſtudioſos de Sabini epiſtolis, eique adſcribendus putat epp. Helenes Paridi; Herus Leandro; Cydippes

dippes Acontio, denique notat verſiculos aliquot, in epiſtola Phyllidis ad Demophontem adinuentos. — *Ouidius* in Oenone, (h. e. Ouidiana epiſt. Paridis ad Oenonem,) *Lipzyk* per Iac. Thanner. 1504. 4.

Textus epiſtolarum Ouidii. P. Ouid. Naſonis Heroidum epiſtolae atque *Auli Sabini reſponſiones,* nec non argutiſſimae imprecationes in quemdam, quem vocat *Ibin*, nuperrime penſiculatiori examine recognitae et ab omnibus mendis emunctiſſime terſae, cum *Guidonis Morilloni* argumentis, ſingularum epiſtolarum capitibus praepoſitis: ſimul crebris annotatiunculis in marginibus pro iuuenum facilitate veluti ſtellulis quibusdam interſperſis in lucem auſpicato prodeunt. Adiectae ſunt inſuper, ſtudioſe lector, figurae ſeu vt vulgo dicitur, Hiſtoriae omnem totius libri materiam demonſtrantes. 8.

Neque in fronte libibri, neque in calce ſignificatur locus et annus et typographus. Sed in auerſa tituli parte legitur epiſtola *Morilloni* dedicatoria, ſcripta ex celebratiſſimo *Parrhyſiorum* gymnaſio prid. non. Iul. a. M.D.XVI. (1516.) in qua, „epiſtolae, ait, ſeu temporis iniuria, ſeu librariorum incuria tam multiiugis mendis, tam monſtroſis erroribus ſcatebant, vt nemo, quantumuis mitis, in ipſo ſtatim limine non ſtomacharetur. Quare me operae pretium facturum exiſtimabam, ſi illas noſtris aſteriſcis transuerſo

calamo illimitem; atque vt emendatiores, examinatiores libratioresque haberentur, elaborarem.“ Sed nullibi indicat, vbi et quae emendauerit. Scholia enim, in margine poſita, ſunt pauca leuiaque

Io. Baptiſtae Egnatii Veneti *in Ouidii Heroides, Sapphus epiſtolam et Ibin Obſervatt. Pub. Ouidii Naſonis Heroides longe emendatiſſimae. Eiusdem Sappho. Eiusdem Ibis.* In calce: Ex aedibus Alexandri Paganini impreſſorum accuratiſſimi. Venet. MDXV. (1515.) d. XV. Iun. min. fol. Egnatius in praef. a. 1515. d. XXX. Iun. exarata, ſcripſit, ſe obſſ. quasdam addidiſſe ex multiplici ac varia tum veterum tum recentium lectione. Illae obſſ. breues, vt plurimum criticae, acutaeque excipiunt praefationem: tum ſequuntur epiſtolae Ouidii etc. cum comment. Volſci, Vbertini Clerici atque Aſcenſii verboſis.

Heroid. cum comm. Lugd. 1500. 4. — *Heroid. Ouidii* et *Auli Sabini* reſponſiones. *Publ.* item *Naſonis* in quemdam, quem vocant, *Ibin*, cum *Guidonis Morilloni* argumentis et ſcholiis. His adiecimus *Io. Baptiſtae Egnatii* obſſ. Omnia multo, quam hactenus, caſtigatiora. Colon. Io. Gymnicus excud. 1543. 8. Hinc inde in margine adparent variae lectiones; ſed in praefat. plura promiſiſſe, quam reuera praeſtitiſſe videtur editor. — *Ouid.* Heroidum epp. Amor. libri

bri III. de arte amandi libri III. de rem. amoris lib. II. (cum aliis poemat. Ouidio olim adſcriptis) ex Andr. Naugerii caſtigat. Antwerp. ex offic. Chr. Plantin. 1583. 12. cum notis criticis in margine poſitis.

Ouid. Heroidum epp. vna cum aliis eiusd. operibus (in Ibin, de arte amandi, de remedio amoris, de morte Druſi, de nuce, de medicam. faciei,) ex poſtrema Iac. Micylli recognit. Francof. ad Moen. 1571. 8. — *Ouid.* Heroid. epp. Amorum libri III. de arte amandi libri III. de remedio amoris libri II. aliaque huius generis. — Omnia ex accuratiſſ. Andr. Naugerii caſtigatione, Guidonis Morilloni in epiſtolas. Londini. exc. R. F. (Rich. Field.) 1594. — *Heroidum* liber. Interpretatione et notis illuſtrauit *Dan. Criſpinus*, Heluet. — ad vſum Delphini. Londini 1702. 8. rec. ibid. 1714. 1722. 1727. 1734. 1743 et 1761. 8. Eſt pars integri operis atque editionis Opp. Ouid. in vſum Delphini.

De verſionibus conſulantur ſaepius laudati, Paitonius, Gujot, Brüggemann et Degen, atque de Blankenburg in Litter. Zuſätz. zu Sulzers Theorie, voc. *Heroide*, tom. II. pag. 84. — Inter *gallicas* verſſ. notanda eſt: Les Epitres heroiques d'*Ovide*, traduites en vers françois par Madem. *L'Heritier*. Paris ap. Petr. Mich. Huart. 1735. 8. In praef. recenſentur verſiones *gallicae* ſuperiorum ſaeculo-

culorum. — De antiquiſſima verſione *anglica*, metrica *Georgi Turberuile*, Londini 1567. 8. multus eſt Brüggem. p. 616 ſq. — in anglicos verſus transtulit Her. *W. S.* (*Wye Saltonſtall*), cum XXIV. figg. aen. Londini 1626. 1636. 1677. 1686. 8. Nouiſſima eſt eaque metrica, *Iac. Ewen*. Lond. 1787. 8. — Antiquiſſima *gallica*, verſibus. Paris ſ. a. ap. Ant. Verard. 4. — Ad primas *italicas* verſſ. pertinent *Dominici da Monticello* metrica, Brixiae 1489 et 1491. 4. (v. *Audiffred*. ſpecimen editt. italic. pag. 160. et *Foſſii* catal. bibl. Magliab. II. col. 269.) — *Epp. Her.* dialecto Florentina, et ſoluta oratione, ſ. l. et a. ſaec. XV. (Neapoli apud Sixtum Rieſinger,) 4. min. de qua rariſſ. ed. v. *Foſſium* l. c. col. 268 ſq. et *Morelli* not. erudit. ad Pinelli biblioth. IV. pag. 371 ſq. vbi quoque memorantur verſſ. Venetiis 1537. 8. ſoluta oratione: — metrica *Domen. di Montichiello*. (Monticelli.) Venet. 1508. 4. — metrica *Remigii Florentini*, Venet. 1607. 12. — Pariſ. 1762. 8. add. verſ. *Pompei*, Baſſan. 1785. mai. 8. — Nouiſſimam verſionem *germanicam*, verſſ. iambicis, confecit et adnotatt. inſtruxit *Thyme*, cauſſarum patronus. Sorau. 1797. 8. conf. Ien. Allg. L. Zeit. a. 1798. nr. 175. — Quatuor epp. *Heroid.* in linguam germ. pari metro Ouid. verſae ſunt in *Frid. Eck* Blumen des Abend- und Morgenlands. Halae 1793. 8. — *Ovids* zehnte

Heroi-

Heroide, Ariadne, mit Einleitungen und Anmerk. von *Chriſt. Fürchtegott Becker.* Goerlitz. 1796. 8. — *Ovids Heldenbriefe* nach Auswahl traveſtirt. Lipſ. 1789. 8. — I. et II. ep. vertit *Lenz* in Wiedeburgi humaniſt. Magazin II. 4. et III. 1.

Ad pag. 283. *lin.* 24.

De arte amandi et de remedio amoris. Auguſt. Vindel. ap. Gunth. Zainer. 1471. fol. De hac principe edit. v. *Freytag* adpar. litterar. I. pag. 476. *Zapf.* Augspurgs Buchdruckergeſch. part. I. pag. 12. aliique a *Panzero* A. T. I. p. 100 ſq. citati. — Lugduni 1487. 4. teſte quidem Maittario.

Artis amatoriae libros III. ſaepius prodiiſſe, et ſeparatim cum *Catulli* epithalamio, Lipſiae 1492. 4. — 1500 et 1503. 4. adnotatur in Fabr. B. L. I. pag. 445. ſed cl. *Seybold* in progr. pag. 5. obſeruat, ſuum exemplar Lipſ. an. 1503. non habere Catulli epithalamium.

De arte amandi, in Ibin, Faſtor. Triſt. Pont. Pul. Philomel. ſ. l. et a. fol. v. *Panzer.* IV. pag. 170. vbi quoque ex Deniſii ſupplem. pag. 630. citatur: Il clariſſ. Poeta Ouidio de arte amandi, libro primo chominza. ſ. l. et a. 4. — *De remedio amoris* cum commentar. *Aegid. Delphi.* Pariſ. 1495. 4. — ib. per Phil. Pigouchet. ſ. l. et a. 8. — *de arte amandi et de remedio amoris* cum

comm.

comm. *Barth. Merulae* per Io. de Tridino. Venetiis, al. a. 1493. al. idque rectius videtur *Panzero* IIII. p. 360 ſq. a. 1494. fol. qui etiam in tom. I. II. et IV. antiquiſſimas librorum de arte amandi in ſermonem *italicum* translatorum edition. enumerat. — Verſio libr. de arte amandi *italica*, Mediol. per Pachet et Sinczenceller. 1481. et, (quae editio rarior eſt et incognita Paitonio,) Florent. per Anton. Venetum. 1488. 4. v. *Crevenn.* cat. III. pag. 221 ſq. — De remedio amoris libri II. de Philomela elegia. (inſunt quoque, in Ibin et de Pulice,) Argentor. in aedibus Schurer. 1514. 4.

P. Ouidii Naſonis (Heroides, *Sabini* Epp. libri Amorum etc.) e recenſ. Burmanni, cum varietate lectionis praecipua. (edit. *Ch. Guil. Wernsdorf.*) Helmſtadii 1788. 8. II. tom.

Ad pag. 284. *lin.* 2.

Des P. Ouid. Naſo Lieder der Liebe, metriſch verdeutſcht von *E. L. Poſſelt*, Leipzig 1789. 8. — *Ovids* Heilmittel der Liebe in der Versart des Originals, mit erläuternden Anmerk. und einer Skizze von dem Leben des Dichters, von *Frid. Karl von Strombeck*. Brunſuig. 1796. 8. — *Ovids* Werke von der Liebe. Nach Blumauer traveſtirt von Prof. *Carl Wilh. Fried. Schaber*. Berol. et Lipſ. 1794. 8. I—III. Bändchen. — I Remedi d'Amore di *P. Ovidio Naſone*, volgariz-

garizzati da *Eſchilo Acanzio.* etc. Vicentiae 1791. conf. Ien. A. L. Z. a. 1793. m. Ian. p. 209 ſqq. et Neue Bibl. der ſchön. Wiſſenſchaften, Lipſ. 1793. vol. XLIV. part. I. pag. 145.

In bibl. Kilon. vniuerſ. Germ. a. 1795. vol. XVII. 7. part. II. pag. 448 ſqq. comparantur *Ouidii* ars amandi et *Bernardi* gallicum carmen eiusd. argumenti, atque poema german. *die Kunſt zu lieben, ein Lehrgedicht in drey Büchern.* Berol. 1794. mai. 8. cum aen. tabb. — *De Blankenburg* in Litterar. Zuſätzen zu Sulzers Theorie, voc. *Lehrgedicht*, p. 231 ſqq. multas edd. inprimis verſiones variarum gentium et linguarum librorum artis amatoriae, remed. amoris, Faſtorum, de medicamine faciei et Halieuticon indicat. — De *anglicis* verſionibus v. *Brüggemann* l. c.

In Catal. *Valler.* II. pag. 97. memorantur *Ovide de arte amandi*, translaté de latin en vers françois. Geneve. — *Le Remede d'amour*, composé par *Eneas Siluius*, autrement dit Pape Pie II. translaté de latin en vers françois, par *Albin des Avenelles*, avec aucunes additions de Baptiſte Mantuen. — Les XXI. *Epiſtres* d'Ovide, translatées de latin en vers françois par *Octavien de St. Gelais.* Paris Veuve de Jean Trepperel. 4. ſine anno. — *Ovide du remede d'amours*, translaté nouvellement de latin en vers françois,

avec

avec l'Expoſition des fables conſonnante au texte. Pariſ. pour Anton. Verard. 1509. fol.

Les Oeuvres galantes d'*Ovide*, traduits en vers françois. à Cythere 1756. 8. — De Konſte der Minnen, in Latin beſchreven door *Ovidius*. Rotterod. 1595. 8.

In Bibl. acad. *Erlangenſi* ſunt in duobus codd. chartac. *Ouidii* lib. *de arte amandi*, et in vno cod. libri *de remedio amoris* ac *metamorphoſ.* a libro I. fab. IX. 9. — lib. XV. fab. I. 13.

Ad pag. 284. *lin.* 3 ſqq.

Infinitae paene quod ſunt *Metamorph.* editiones ac verſiones plenam earum omnium enumerationem nec polliceri poſſum nec praeſtare. Atque ego in Introd. II. pag. 462 ſqq. iam multas excitaui edd. nec exiguum edd. ſaec. XV. numerum poſt Maittarium cl. *Panzer* in A. T. recenſuit. — Cod. membr. *Metamorph.* ſaec. XII. in coenobio *Rheinauenſi* reperit et paucis indicauit *Ge. Guil. Zapf* in Reiſen in einige Klöſter Schwabens — Erlangae 1786. 4. p. 151.

Cl. *Panzer* vol. IIII. pag. 170. tres editt. Metamorph. easque diuerſas, absque vlla nota ſaec. XV. refert. Prima incipit verſibus: *orba parente ſuo* etc. charact. eodem, vt videtur, quo Vindel. de Spira et Io. de Colonia vſi ſunt in Plauto 1472. aut eo, ex quo Vlr. Han et Sim. de Luca a. 1471.

im-

impreſſerunt Tortelli orthographiam: teſte *Laire* in indice libror. ab inuenta typograph. I. pag. 162. cui illa Metam. edit. eiusdem videtur eſſe temporis. Eadem eſt, quam ſupra ſcripſi eſſe in publ. bibl. Erlang. — ſecunda incipit his verbis: *(I)N noua fert animus* etc. char. rom. teſte *Braunio*, qui in Notitia — de libris — in bibl. ad SS. Vdalr. et Afram Auguſtae etc. I. pag. 109. copioſe et diligenter de illa diſſerit, et opinatur, partem forſan eſſe edit. Venetae Iac. Rubei a. 1472. aut 1474. aut Mediolan. Zarot. — Tertia cum comm. Raph. Regii, ea eſt, quam ex Pinelli catal. ipſe adtuli.

Quando *Harwood* in Ueberſicht etc. pag. 242. verſ. germ. Alter. ſcribit, in bibl. Askewiana fuiſſe exemplar edit. pulcrae, *Romae* 1480, in nomine vrbis peccaſſe videtur. Nam neque *Panzerus* in A. T. neque *Audiffredus* in catal. rom. edd. ſaec. XV. (qui pag. 77 ſq. copioſus eſt de edit. Metamorph. aliorumque libr. Ouidian. *Romae* 1471.) mentionem iniiciunt edit. *Romanae* a. 1480. Atqui in catal. bibl. *Askew*. pag. 93 ſq. tantum nominantur *Ouidii Metamorph. editio princeps, exemplar pulcerrimum, Romae per Conr. Schweynheym et Arnold Pannarz*, a. 1471. fol. et *Ouidii Opera — Bonon. apud Bald. Arzoguidis*. 1480. fol. Quare *Pinelli* in verſione Harwoodiani libri italica p. 204 ſq. (vbi edd. Ouid. enumerantur,) illam edit. *Ro-*

manam apocrypham iure omiſit. — Neque peculiaris *Metam.* editio *Vicent.* per Celſanum 1480. omnino certa eſſe videtur; ſed ea pars tantum eſt integrae Operum Ouid. *Vicent.* illius anni editionis, quam ſupra iam deſcripſimus. — *Metam.* Venetiis per Iacob. (*Rubeum*, Rouge, Roſſi) natione Gallicum. Venet. 1472. fol. (*Denis* ſupplem. p. 16.)

Ad pag. 284. *lin.* 19.

Metam. cum enarration. Raph. Regii. Venet. III. Kal. Mart. 1492. fol. (*Schwarz* catal. II. pag. 225.) — ibid. per Bonet. Locatell. impenſis Octau. Scoti (inſcio auctore). 1493. fol. — ibid. per Bern. Benalium. 1493. — ibid. induſtria Sim. Beuil. Papienſ. 1493. fol. — curante ipſo Raph. Regio ibid. per Bernardin. Benalium. (1494.) praef. ſcripta eſt non. Septembr. 1493. — Venet. 1496. fol. — ibid. 1497. fol. quam edit. in Introd. deſcripſi vberius; at editionis a. 1494 repetitionem fuiſſe, aut nouum tantum titulum nouumque anni ſignum accepiſſe arbitror. Idem mihi videtur de edit. 1498. fol. per Sim. Papienſem. Nam vix credibile eſt, intra tam exiguum temporis ſpatium, toties integrum opus eodem loco fuiſſe recuſum. (v. *Schwarz* l. c. pag. 226. *Panzer* III. pag. 334. 337. 340. 404. 413. 433. 493. et *Foſſ.* catal. Bibl. Magliab. II. pag. 270 ſq.) — Praeter ea dicitur ed. Regii

gii renouata *Pariſ.* per Mag. Andr. Bocard. 1486. 4. — *Lugduni* per Iacobin. Suigum et Nicol. de Benedictis. 1497. fol. m. (*Panzer* I. pag. 552 ſq.) et aliquoties adhuc ſaeculo ſequenti.

Metam. Argentor. Ioanne Schotto *preſſore.* 1515. 4. — ibid. ex aedib. Schurer. eod. an. 4. — ibid. per Ioan. Knoblochum. 1519. 4. et 1525. 8. — Pariſ. apud Colinaeum. 1529. 8. — 1537. 8. et 1541. 16. — *H. Glareani* adnott. in P. Ouidii Naſ. metamorphoſin. Baſil. ap. Henr. Petrum. 1534. 8. — ex recognit. Raenerii. Lugd. 1568. 12. cum notis msst. in B. Lugd. Bat. — *Publ. Ouidii Naſon.* metamorphoſeon, h. e. transformationum libri XV. cum *Donati* — in potiores metamorphoſis Ouidii fabulas argumentis compendiariis ſuis locis interiectis. His adiectae ſunt ad dilucidam claramque lectionem annotatt. marginales *Gyberti Longolii. Henr.* quoque *Glareani* annotation. non vulgares ad finem libri additae. Colon. Exc. Io. Gymnicus. 1538. 8. In fine adiectae ſunt adnotatt. *Deſ. Eraſmi Roter.* in Ouidii Opp. nec multae, nec graues eruditaeque, cum epiſt. nuncupatoria Gyberti Longolii, qui vere forſan in illa ſcripſit, non eſſe, quod hic ſuam ſedulitatem maximopere venditet, „vtpote quod inter pocula frequentius, quam in ſiccorum contubernio effuſum ſit." — repet. ibid. 1542. 8.

Metam. libri, ab *Andr. Naugerio* caſtigati, et *Vict. Giſelini* ſcholiis illuſtrati, ex offic. Plant. Antwerp. 1575. 12. — Lond. 1589. 16. — cum notis *H. Glareani* et *Longolii.* Baſil. Henr. Petri 1551. 1560. 8. — illuſtr. per *Ioann. Sprengium.* ſ. l. 1563. — cum notis varr. per Micyll. Ven. 1556. 4. — ex *Iac. Micylli* recognit. Francof. ad Moen. 1575. 1587. 8. cum figg.

Ad pag. 285. *lin.* 18.

Metam. cum interpr. *Ge. Sabini.* Francof. 1601. 1608. 12. — cum notis *Gregorii Bersmanni.* Cantabrig. 1631. 8. — cum notis *Th. Farnabii.* Londin. 1677. 12. — interpretat. et notis illuſtrauit *Dan. Criſpinus,* in vſum Delphini. 1708 — 1785. 8. nouies rec. (v. *Brüggemann* pag. 613.) — Excerpta ex Metamorphoſ. Faſtisque Ouidii, cum notis *Thom. Iohnſoni.* Lond. 1714. 8.

Metam. libri XV. cum verſ. latina proſaica et notis anglicis a *N. Bailey.* Londini 1724. 1741. 1770. 1787. 1788. 8. — *Metamorph.* libri XV. interpretat. et notis illuſtrauit *Dan. Criſpinus* ad vſum Delphini. Huic editioni acc. annotatt. ex *Iac. Conſtantii Fanenſis, Henr. Loriti Glareani, Micylli, Ciofani, Heinſii, Burmanni* etc. commentariis. Dublin. George Gierſon. 1729. 4. — *Metam.* Edinburg. 1731. 12. — *Metam.* cum variorum lectionibus et indice. With

Abbé

Abbé *Banier's* arguments and Explanation of the Hiſtory and Mythology in English. London 1747. 8. — *Metam.* libri XV. cum verſione *anglica* ad verbum, quantum fieri potuit, facta etc. per *Io. Clarke.* Lond. 1735. 8. — ed. IV. ibid. 1760. 8. v. *Brüggem.* pag. 625. qui etiam ceteras Metam. verſiones *anglicas* refert. — *Metam.* ſermon. proſaic. translatae, cum textu *latino* et notis anglicis per *Ioſ. Dauidſon.* Londini 1748. 1759. 8.

Decerpta ex *Ouidii* Metam. cum interpretatione anglica *Io Clarke.* Glasguae 1739. 8. — Electa ex *Ouidii* Metam. libris cum annotatt. in gratiam rudiorum. Etonae. exc. I. Pote. 1775. 1780. 1787. 8. etc.

In Encycplod. lat. poet. Campiana part. III. ſunt Excerpta vberiora a *Meineke,* et a VII libro, a *Köppen.* Brunſuig. 1791. 8. — cum notis *Koeppenii* et *Car. Gotthold Lenzii,* ſectio I. et II. Brunſwig. 1792. min. 8. Eſt critica editio; atque tam emendandi, quam interpretandi ratio probata eſt cenſoribus. conf. ephem. litter. *Gothan.* 1793. et *Ien.* A. L. Z. 1794. nr. 238. — *Ouid.* Metam. Für Schulen in einem Auszuge herausgegeben von *G. K. F. Seidel,* Prof. der Geſchichte am Berlin. Köllniſch. Gymnaſ. Berol. 1794. 8. conf. Kilon. bibl. vniuerſ. germ. a. 1796. vol. XXII. faſc. I — IV. pag. 28 ſqq.

Metam. cum verſione italica ligata, interpretatt. ac notis. tom. I. (qui continet III. libros priores,) Milani ex typogr. S. Ambroſii. 1798. 8.

Ad pag. 286. *lin.* 4.

Poſt an. 1788. add. *lib. V.* 1789. (haud omnino cenſoribus ſuis ſatisfecit St. Ange.) Notitiae *verſionum* multarum, a *Brüggemanno* aliisque V. V. D. D. laudatarum pauca addere aut iam cognitarum potiores rarioresque memorare licet.

Verſiones autem paene innumeras, in variis linguis varia ratione factas, imitationes, interpretationes atque explicationes per figg. tabulis aeneis inciſas indicauit *de Blankenburg* in Litterar. Zuſätzen zu Sulzers Theorie etc. vol. I. voc. *Erzählung*, pag. 492 ſq. et pag. 64. voc. *Allegorie.* — In *Hennings* libro menſtr. *Genius der Zeit*, a. 1797. m. Iun. p. 145 ſqq. et m. Iul. p. 289. part. VII. ſunt Metam. libr. XIII. verſſ. 730 ſqq. et I. verſſ. 452 ſqq. a *Voſſio* verſibus heroicis german. redditi.

De verſione *gallica* Metam. antiquiſſima v. Mem. de l'Acad. des Inſcript. vol. XVII. pag. 751 et 759. Aliquot antiquiores verſiones *gallicae* aliaeque indicantur a *Panzero*, (Metam. moraliſées par *Thom. Waleys*, Brugis 1484 et Pariſ. 1493. fol.) I. pag. 262. et II. p. 299. — in cat. *Valler.* II. p. 95 ſqq. —

in

in Dictionaire bibliographique, — des Livres rares. Paris 1790. 8. tom. II. pag. 325 ſqq. (vbi quoque edd. Ouid. multae enumerantur.) E recentioribus notandae ſunt: *Les Metamorphoſes d'Ovide, en latin* et *françois*, diviſées en XV. Livres. Avec de nouvelles Explications hiſtoriq. morales et politiques ſur toutes les Fables, chacune ſelon ſon ſujet; de la Traduction de Mr. *Pierre du — Ryer*, Pariſien. — Edit. nouvelle, enrichie de très belles Figg. Amſtelod. apud P. et I. Blaeu, Ianſſons à Waesberg etc. 1702. m. fol. Indicem excipiunt *Epitres d'Ovide*, aucunes en Vers et d'autres en Proſes. — *Les Métamorphoſes d'Ovide, en latin*, traduites en françois, avec des remarques et des explications hiſtoriques, par M. l'*Abbé Banier*. Ouvrage enrichi de figures en taille douce, gravées par *Bern. Picart* et autres habiles maîtres. Amſterd. Wetſtein. 1732. fol. — tum *lat.* cum verſ. *gallica* — — avec des figures gravées ſur les deſſeins des meilleurs Peintres françois, par les ſoins des Sieurs *Le Mire* et *Baſan*. Pariſ. Piſſot. 1767 — 1771. 4. IIII. voll. et nouiſſime: Figures des Metam. d'*Ovide*, adaptées à la Traduction de M. l'Abbé *Banier*, gravées d'après les Deſſeins de M. *Renaud*, Peintre de l'Academie roy. de Peinture, par *Iacq. Ioſ. Coing*. Singulae partes conſtant VI. tabb. aeneis, cum gallico contextu, a Didot typis expreſſo.

Italicae verſionis edit. (cuius exemplum eſt in bibl. acad. Erlang.) eſt: Le Metamorphoſi di *Ovidio.* Ridotte da *Giovanni Andrea Dell' Anguillara,* in ottava Rima. Impreſſione *Seſta.* — con l'Annotazioni di M. *Gioſeppe Horologgi:* novamente corretto et riſtampato. Con Poſtille et con gli Argomenti nel principio di ciaſcun libro di M. *Franc. Turchi.* Venet. 1578. 4. add. Paiton. libr. cit.

Belgica Iſ. Verburgii verſio proſaica cum textu *latino*, et edit. ſplendida eſt: *De Gedaant-wiſſelingen van P. Ovidius Naſo*, in het Latyn en Nederduitſch. Amſterd. apud R. et I. Wetſtein, et W. Smith. 1732. fol. II. partt. in vno vol. cum figg. v. *Crevennae* catal. vol. III. p. 220. — ſuperiore ſaeculo vertit *belgice I. V. Vondel.* Amſtelod. 1671. 4. et *C. von Mandern* Harlem, 1604. 4. — *Suecicae* verſionis, (*Ouidii Fabler om Förwandlingar*,) tom. I. prodiit Holmiae, 1792. 8. — et *Fabler of Ovidii metamorphoſis; förſwänskade,* ib. 1708. 4. cum figg.

Danica verſio metrica, auctore *Eſ. Fleiſcher,* Hafniae 1752. 4. — auct. *N. Bredal.* ibid. 1758. 4. — auctore *L. Sahl,* primum eſt partic. loco programmatis edita, ibidem. 1773. 4. dein cum textu *lat.* pars. I. ibid. 1775. 4.

Antiquiſſimam *hiſpanic.* verſionem, Barcellonae, Petr. Miguel, 1494. fol. interprete

Franc.

Franc. Alegre, indicat *Panzer* IV. p. 236. — De verſionibus hispan. *Ant. Perez Sigler*, Salamant. 1580. 4. — Burgi 1609. 8. — *Petri Saynz* (Sanchez) *de Viana*, Vallado-lid. 1589. 4. — *Lud. Hurtadi*, Tolet. et libros VII. *Philippi Mey*, Tarrazonae 1586. 8. v. *Velazquez* Geſchichte der ſpaniſchen Dichtk. eiusque doctum interpretem german. *I. Andr. Dieze*, pag. 467 ſq. et pag. 220 ſq. *Maianſ.* in ſpecim. bibl. Hispano-Maianſia-nae — e muſeo Dau. Clementis, pag. 134. Philippus Mey, inquit, primum et ſecundum Metamorphoſeon libros licenter interpretatus eſt; reliquos quinque fidelius.

Ad pag. 286. *lin.* 10.

Faſti a *Petro Aeolico*, 4. absque vlla nota: in Pinelli verſione Harwoodiani con-ſpectus etc. italica, pag. 206. et in Fabr. B. L. I. p. 454. — Exemplar antiquiſſimum in bibl. publ. Erlang. ſeruatum ſupra iam deſig-nauimus. — *Faſt.* edit. cum comment. *P. Marſi.* Venet. 1482. in *Pinelli* catal. II. pag. 355. et alibi occurrit; ſed cel. *Panzer* III. pag. 185. *Ouidii*, bene ait, *Opera quaedam cum commentario Paulli Marſi forte?* — *Faſti* autem cum comm. Marſi ſaec. XV. ali-quoties editi ſunt, *Mediolani* 1483. 1489 et 1499, ac *Venetiis* 1485. (v. *Foſſii* cat. bibl. Magliab. II. pag. 269.) — 1492. — ſine commentariis, Mediolani 1477. et Venetiis

 1496.

1496. fol. — cum commentario *Ant. Conſtantii Fanenſis.* Romae per Euchar. Silber. 1489. fol. (*Audiffred.* l. cit. pag. 289.) — cum comm. Marſi et Ant. Conſtant. Fanenſis. Venet. 1487. 1497. Pariſ. ſ. a. fol. item cum enarrationibus eorumdem, Venet. 1520. fol. — Iidem cum eorumdem comm. nec non Triſtium libri V. et de Ponto libri IV. et opuſcula, cum comm. Barthol. Merulae. Tuſculani, Paganin. 1526. 4. II. tom. — Faſtorum libri VI. cum indice et vita auctoris. In calce: Argentorati ex aedib. Schurerian. 1515. 4. — *Faſtorum* libri. Antwerp. in aedibus Io. Theobaldi Gourmont. 1527. 8. — *Faſtor.* libri VI. Triſtium libri V. de Ponto libri IV. Pariſ. apud Colinaeum. 1529. 8. — Lugduni ap. Seb. Gryphium. 1536. 8. cui edit. adiunctus eſt Ptolemaei lib. de ſtellis inerrantibus.

Ad pag. 286. *lin.* 24.

Faſtorum libri VI. cum notis ſelect. variorum, accurante *Corn. Schreuelio.* Londini 1699. 8. — Decerpta ex *Ouidii Faſtis*, per *Thom. Johnſon.* Londini 1712. 12. — *Faſtorum* libri VI. interpretat. et notis illuſtravit *Dan. Criſpinus*, Heluetius, in vſum Delphini. Recenſuit et interpretationem emendauit *A. Tooke.* Londini 1720. 8. — *Faſtorum* libri VI. ex edit. P. Burmanni. ibid. 1747. 8.

In

In linguam *anglicam* translati ſunt a *Io. Gower.* Lond. 1640. 8. — et metrice cum notis per *Guil. Maſſey* etc. Lond. 1757. 8. cuius tamen neque verſio, neque adnotatt. probabantur criticis anglicis. v. *Brüggem.* pag. 619 ſq. et 626.

Traduction des *Faſtes d'Ovide*, avec des Notes et des Recherches de Critique, d'Hiſtoire et de Philoſophie tant ſur les différens objets du Syſteme allegorique de la Religion romaine, que ſur le detail de ſon culte et les Monuments qui y ont rapport avec figures. Par Mr. *Bayeux*, Avocat etc. Rouen et Paris. tom. I. 1783. — tom. II. 1784. — tom. III. 1785. — tom. IV. 1788. mai. 8. Interpres multa docte compilauit; ſed in explicanda religione rom. abutitur hypotheſibus; atque mythologiae ortum quaerit modo in eluuione mundi, modo in agriculturae inuentione, modo ab aſtronomia aut hominibus in deorum numerum receptis petit deriuatque initia: ſequitur autem placita nunc de Pluche, nunc Dupuis, nunc Boulangeri, aut Court de Gebelin. Adiunxit disp. de exſilio Ouidii, eiusque cauſſam fuiſſe arbitratur, quod Ouidius Iuliae illicitam et flagitioſam cum fratre ſuo Agrippa Poſtumo conſuetudinem, ſibi cognitam, haud manifeſtauerit Auguſto. v. ſchol. ad Iuuen. VI. 157. et ephem. litt. Gotting. a. 1790. plag. 135.

Ad

Ad pag. 287. *lin.* 7.

Ouid. de Triſtibus libri V. et de Ponto libri IV. Argentor. ex aedib. Schurer. 1515. 4. — de Triſtib. libri V. ſtudio et labore recogniti per *Anton. Melam.* Cracouiae per Mathiam Scharſenberg. 1519. 4. — De Ponto libri IIII. ex poſtrema Iac. Micylli recognitione, ex recenſione noua *Gregorii Bersmanni*, cum eiusd. notationibus. Lipſiae 1589. 8. et pag. 590. acc. varietas lection. in libr. illis ex emendat. Georgii Fabricii, et a pag. 613 — fin. Ouidii dirae in Ibin ac fragm. Halieutic. cum notis margin. grammaticis et criticis.

Triſtium libri V. interpretat. et notis illuſtrauit *Dan. Criſpinus*, in vſum Delphini, cum ind. vocc. Cantabr. 1703. 1705. 8. — Londini 1719. 1750. 8. — editio ſexta, ib. 1779. 8. — Triſt. libri V. cum notis *Io. Minellii*; opera et ſtudio *N. Bailey*. Lond. 1726. 1729. 8. — cum analyſi et notis per *Osw. Dyke*. Londini 1727. 8. — Triſtia, *lat.* et *anglice*, per *J. Stirling*. Lond. 1728. 1736. 1752. 8.

Des *P. Ouid. Naſo* libri Triſtium mit zweckmäſsigen Anmerk. und einem doppelten Regiſter etc. Lipſ. 1793. 8.

Libri *Triſtium danice* per *C. Falſter*, Hafniae 1738. 8. — Epp. de Ponto, *danicis* verſibus a *I. F. Wedel*. ibid. 1749. 8. —

Libri

Libri III. Triſt. *anglice* verſi a *Th. Churchyard.* Lond. 1580. 4. De hac aliisque verſionibus anglicis v. *Brüggem.* p. 617 ſqq. — De peculiaribus editt. carmin. *in Ibin* (Lipſ. ſ. a. 4.) *in Sappho*, (ibid. 1497. 4. Mediol. Ant. Zarotus, 1486.) — *Sappho et in Ibin* cum comment. *Calderini* (Venetiis 1492. bis et 1494. fol.) etc. v. *Maittaire*, *Panzer.* et Introd. II. pag. 470. — *P. Ouid. Naſ. Halieuticon:* hoc eſt, de piſcibus libell. multo quam antehac emendatior et ſcholiis (*Io. Perrini*, qui edidit fragment.) illuſtratus. Emendantur et Plinii aliquot loca. Acced. aquatilium animantium enumeratio iuxta Plinium, emendata et explicata per *Conr. Geſnerum*, ordine alphabetico. Earumdem nomina germanica, eod. ordine. Tiguri, apud Geſneros fratres. ſ. a. in 8.

Ad pag. 288. *ſect.* 5. *lin.* 6.

In arte amandi et remediis amoris habet locos quosdam flagitioſos et laſciuos; at propter cognitionem animi humani interiorem, ordinem atque venuſtatem in rebus tractandis, propter venuſtatem, gratiam, ſubtilitatem et facilitatem orationis poeticae omne tulit punctum: in epiſodiis fabularum poeticarum quam maxime ſplenduit poſt libros metamorphoſeon ingenii vbertas atque vis animo varias formas concipiendi viuida et ad luxuriem vsque ferax. Praeter ea mores Roma-

Romanorum, apud quos amores erga ſeruas, libertas, peregrinas atque ἑταίρας, nec turpes habebantur nec illiciti, ſunt obſeruandi. Illis cecinit poeta et honeſtas ciuium vxores ab omnibus rebus amatoriis nefandis lib. III. 613 ſq. arcuit. Quam caute prouideque in culpandis vetandisque libris quibusdam Ouidianis verſari debeant magiſtri, ſuo ipſius exemplo docet *I. Nic. Funccius* de lectione auctor. claſſicorum, cap. IV. §. 9. p. 48 ſqq.

Ad pag. 288. *ſect.* 6. *lin.* 3.

Ouid. de *vetula* ſine notis typographic. in 8. (v. *Foſſii* catal. bibl. Magliab. II. col. 266.) — — *de vetula* libri III. — in fine: impreſſus et correctus — per Io. Koelhoff de Lubeck, Coloniae ciuem. an. 1479. fol. v. *Panzer* I. p. 284. cui edd. Colon. 1470. et Lubec. 1471. admodum ſuſpectae eſſe videntur. — Auctoris incerti opuſculum *de Vetula Ouidii.* 1702. ſine loco. in *Menken.* catal. I. pag. 238. n. 2968.

Reineſius in Epp. ad Chriſti. Daumium — e muſeo Io. Andr. Boſii, Ienae 1670. 4. epiſt. LXIX. pag. 204. ſuſpicatur, nec nomen *Ouidii* eſſe fictum, nec titulum *de Vetula;* ſed veram propriamque verſificis iſtius, docti ſatis, ſed aſtrologicis vanitatibus nimis quam addicti, adpellationem; quum et *Ouidii* vocabulum ſaeculo decimo vndecimoque Gallis Anglisque familiare fuiſſet, et familia *de Vetu-*

Vetulis inter Normannicas quaedam ſaeculo X. illuſtris. „Vnde vero, ait, ei adpellatio, et an a loco *Vetulae*, *Betulae* dicto, dictu difficile eſt; probabile tamen ideo, quod denominatio a locis natalibus et a tenementis vſitatiſſima. Et fuerit *Ouidius de Vetula*, ſic vt *Io. de Indagine*, *Conrad a Marburgo* etc. nominati.“ *Daumius* (pag. 205.) reſpondet, ab aliis (vt Goldaſto, v. *Fabric.* B. L. I. pag. 465 ſq.) auctorem de Vetula haberi *Leonem* Protonotarium ſacri palatii Byzantei, ſub Vatachio principe, illum Leonem, Ouidii nomen adfectantem, Ouidii verſus tamquam ſuos laudare, et in praefatione indicaſſe, cur *de Vetula* inſcripſerit. Daumio Reineſ. adſenſiſſe videtur in reſponſione (pag. 207.) dum, „*Ouidius de Vetula*, inquit, iam penitus adparet, nim. eſſe fuco; volebam hominem illuſtri apud Norm. familiae adſerere; neque deerant idonea inſtrumenta; ſed is hoc beneficio indignum ſe reddidit. — Rationem inſcriptionis, quam tantopere cupiebam, qualemcunque reddidit praefator aeque ineptus, (niſi idem impoſtor eſt,) Leo; quem *Holkot*, (obiit vero hic a. 1349.) refert, narraſſe, libellum e ſepulcro Ouidii ab ipſis Colchis inde adlatum eſſe Conſtantinopolin. *λῆρος*! *λῆρος*! nec opus vltra tractare picem.“ In ep. 82. pag. 209. Daumius de *Brunello* et *Nigello* quaedam narrat. Haec paullo copioſius ex Reineſii epiſtolis, haud

adeo

adeo frequentibus, excerpſiſſe haud incommodum videbatur. — Auctor edit. Wolferbyt. in Notitia citatae memorat in priore praefat. vniuerſo operi praefixa, editionem *Vetulae*, at lacunis oppletam, Francof. 1613. in altera autem inſcript. *Opuſc. auctoris incerti libri III. Ouidii falſo ſic dicti*, addit, *diuerſorum exemplarium vetuſtiorum* (msst.) *et recentium collatione reuiſi, lacunis, quibus Francofurtana editio ſcatebat, exemti, et tabulis aeneis exornati. anno MDCLXI.* ſub finem nec diſerte nec plene agitur de auctore nomineque Vetulae, et argumento.

Florilegium quoddam Ouidianum eſt liber inſcriptus. *Sylua ſententiarum ex Ouidio, non librorum, ſed rerum ac titulorum ordine ſeruato, delectorum.* In calce: *Liptzyck per Io. Thanner.* 1515. 4.

Orationes familiares et elegantiſſimae ex omnibus Pub. Ouidii libris formatae. Quin etiam verſus quidam integri notatu digni eiusdem poetae, cum expoſitione vocabulorum magis difficilium per *Hermann. Torrentinum.* — Impreſſae Colon. per Martin. de Werdena. 4. ſ. a.

Ad pag. 289. ſect. 6.

Accurſii diatr. in *Auſon. Solin.* et *Ouidium.* Romae 1524. fol. conf. *Mazzuchelli* ſcritt. d'Italia, vol. I. part. I. pag. 92 ſq. — *Herc. Ciofani* Obſſ. in Ouidii Opera. Antwerp.

werp. 1583. 8. — (*Io. Lud. Gottofridi*) hiſtorica, natur. et moralis deſcriptio Metamorph. Ouidii. Francof. 1619. 8. c. figg.

M. *Ioh. Weitzii* collectanea in libros *P. Ouidii Naſ.* Triſtium et de Ponto; cum duplici indice. Erford. 1606. 8. Reuera ſunt mera collectanea, haud paris quidem pretii multae tamen doctrinae, nec omnino inutilia, quum maxime Ouidianae formulae et ſententiae comparantur cum graecis, et fontes, vnde hauſerit Ouidius, quaſi aperiuntur.

Similitudines Ouidianae. Sorae 1643. 12.

Boecleri et *Sabini* Ouidiana. Sedini 1699. 8. — *Georgii Sabini* fabularum Ouidii interpretatio. Witteberg. 1555. 8. — Fabularum *Ouidii* interpretatio ethica, phyſica et hiſtorica, tradita in acad. Regiomontana a *Georgio Sabino*, et in vnum collecta et edita ſtudio et induſtria T. T. Acc. ex Natal. Comitis Mythologiis — tractatus. Cantabr. 1584. 8. — *Io. Henr. Boecleri* comm. in Ouidii Metam. Lipſ. 1699. 8. Alia ſcripta citantur in *Harwoodi* conſpectu pag. 245. verſ. Alteri.

Hippolytus Ouidianae Phaedrae reſpondens per Io. Schepreuum, ſomato-chriſtianum. Oxon. ex officina Ioſ. Barneſii. 1585. 8. — *Pet. Olivier* diſſ. Lacrymae in luctu, cur ſuauiores ad Ouidii IV. Triſt. eleg. III. inter eiusd. diſſ. acad. Cantabrig. 1674. 8.

Vita di Publio Ouidio Naſone (auct. *Roſmini,*) Ferrarae 1789. 8. II. tom. Alter tomus peculiarem quoque habet inſcriptionem: *Eſame de deffetti di pregi caratteriſtici di P. Ovidio Naſone.* Opus laudatur.

M. Pet. Fab. Aurivillii disp. cod. mstus Metamorph. *Ouidii* e bibl. acad. Vpſal. deſcriptus et collatus. Vpſal. 1790. 4. Contulit edd. Venet. 1492. fol. Lugd. 1504. 4. Venet. 1513 et 1518. fol. atque Aldin. 1516. ac Burmann. praebuitque multas varr. lectt. — *Friderici Aug. Wideburgi* ſpecim. I. lection. variantium in *Heroidibus Ouidii* ex codice Helmſtad. excerptarum, (erudita criſi interdum addita,) Helmſtadii 1779. 4. — ſpecimen II. ſ. disp. illo V. D. praeſide; auctore *Diter. Ioach. Theod. Cunze*, ib. 1783. 4. — De quatuor locis Heroid. (ep. I. 95. II. 121. 129. IV. 81.) acute diſſerit *Ge. Frid. Steph. Stieber* in disput. me praeſide habita: Coniectanea et Opiniones in nonnulla P. Ouidii, Iul. Obſequentis et A. Perſii loca. Erlangae 1786. 4. — *Io. Lud. Voigt* disp. praeſide M. *I. Chriſt. Brieglebio*, Prof. etc. in Ouidii locum Metamorphoſeon lib. II. 622. Coburgi 1774. 4. — *Io. Iac. Hottingeri* IIII. programm. ſiue ſchola philologica de Pythagora Ouidiano. Tiguri 1782 — 1787. — De perrara at inaequali nec integra verſione et editione: *Ouidio de arte amandi in volgare,* ſine vlla nota typogr. a. et l. 4. ante finem

finem ſaec. XV. typis excuſa, critice docteque agitur in programm. acad. Altdorf. 1791. 4. et ſex aliae verſiones librorum de arte amandi italicae ſaec. XV. e *Deniſii* ſupplem. repetuntur; Mediol. 1481. 4. 1494. 4. Florent. 1488. 4. Breſciae MCCCC.C.LIX. (ſic vitioſe,) 4. et duas ſine l. et a. 4.

Phyſical Explanations of ſeveral of the Fables in *Ovids* Metamorphoſes very different from other mythologick interpreters, by *Robert Hooke*, M. D. etc. — in eius opp. poſtumis, a *Rich. Waller* publicatis. Londin. 1705. 8. — *Edm. Burtoni* Obſſ. de ingenio et ſcriptis Ouidii, in eius Ancient Characters deduced from claſſical Remains. 1763. 8. — *Io. Iortin.* animaduerſſ. criticae in Ouidium, in Tracts philological, critical and miſcellaneous. Lond. 1790. 8. vol. II. pag. 290 — 296. conf. *Brüggemann* p. 629 ſq. — *Seidenſtükeri* lectionum variantium in arte amatoria ex cod. Helmſtad. excerptarum. Helmſtad. 1786. 4. — *Rud. G. Rath* diſſ. praeſide *Wolf.* ſuper Ouid. Eleg. III. vers. 75. 76. Halae 1785. 8.

Ad pag. 291. *lin.* 8.

Antiquiſſima *Conſolat. ad Liuiam,* ſub nomine Ouidii, editio eſt in collectione plurium poematum: *Auſonii* — epigrammatῶν liber; *Probae Centonae* (ſic) — excerptum e Maronis carminib. — *Ouidii* conſolatio ad Liviam;

viam; *Calphurnii* bucolicum carmen etc. per *Barthol. Girardinum.* Venet. 1472. fol. conf. Catal. Ducis de la *Valliere* II. pag. 111 — 113. *Panzer* III. pag. 93. ſq. aliosque ab eo citatos.

Ad pag. 292. *lin. penult.*

Wernsdorf in tomi V. parte II. poet. latin. min. pag. 703. nr. VI. adnotat, inter *poemata vetera*, adiuncta *Daretis Phrygii* de B. Troiano libris VI. — eſſe quoque edita *Gratii* et *Nemeſiani* Cynegetica, et *Calpurnii* bucolica per *Alexandrum Trognaeſium.* Antwerp. ap. Ioach. Trognaeſium, 1608. 8. iterumque Duaci 1632. 8.

Textus *Gratii Faliſci latinus* adiectus eſt verſioni anglicae: *The Poem of Hunting*, written by *Grat. Faliſcus;* translated into Engliſh Verſe, with Notes. By *Chriſtoph Waſe*, Londini 1654. 12. — *Cynegeticon* eſt etiam in Poetis latinis minoribus, ex edit. Petri Burmanni fideliter expreſſis. Glasguae 1752. 8. p. 1. ſqq.

Ad pag. 293. §. 10. *ſect.* 4. *lin.* 8.

Add. ſupra in his ſupplem. notata ad *Virgil.* de Aetna ſ. ad pag. 254. Notitiae.

Ad pag. 294. *lin. penult.*

Mimi Publiani cum Eraſmi ſcholiis auctis recogniti: cum *Catone* impreſſ. per Petrum

trum Treueris in ſuburbio Londonienſi vulgariter (ſouthwarke) nuncupato 1514 — *Publii Syri Mimi*, ſeu Dicta, ſiue ſententiae ſelectae, cum ſcholiis Eraſmi Roterod. Londini 1592. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 533. qui etiam fuſius deſcribit ſeqq. libros et verſſ. — Proverbia ſ. adagia — in his *Mimi Publiani*, verſi a *Richardo Tauerner*, Londini per Ricard Bances 1539. 8. — Flores aliquot ſententiarum ex variis collecti ſcriptoribus. The Flowers of ſencies gathered out of ſundry wryters by *Eraſmus* in Latine and Engliſhed by *Rich. Tauerner*. Huic libello non male conuenient *Mimi* illi *Publiani* nuper ab eodem *Richardo* verſi. Londini ex aedib. Rich. Tauerner, typ. Rich. Bankes. 1540. 8. — ib. ex aedibus Wilhelmi Middelton. 1547. 8. — ibid. ex aedib. Wilh. Copland. 1550. 12. — Inter Comicor. ſentent. *H. Stephani*. 1563. 24. — inter poemat. vett. Lugduni 1596. 12. — *Mimi Publiani* ſiue Senecae prouerbia anglo-latina, a *Car. Hoolo*, cum Catonis diſtichis de moribus. Londini 1659. 1670. 1704. 8. et 1749. 12. — Secundum *Io. Dan. Schreber*. in vita Ge. Fabricii pag. 219. ſeqq. *Syri* mimi cum expoſitionibus Eraſmi Roterod. et *Ge. Fabricii* Lipſiae 1560. 8. prodierunt; item ſubiecti ſunt antea, *Elegantiis* e *Plauto et Terentio* a *Fabricio* collectis Lipſiae 1550 et ſaepius (v. Schreber

 libro

libro cit. pag. 177 ſqq.) et *ſcholae Fabricianae* puerilis libr. XIV. ap. Oporin. 1564. 8. v. *Schreber* l. c. pag. 171. 174. et 221.

Ad pag. 296. *lin.* 3.

P. Syri Mimi. Patau. ap. Comin. 1740. 8. — Cum Phaedro ed. *Hoadly*. Londini 1703. 1704. 1712. 8. — c. Phaedro ed. Alex. Cuninghami Edinb. 1751. 1757. 8. — c. Phaedro. Pariſ. ex typogr. regia 1729. 16. — Pariſ. ap. Couſtelier. 1742. 12. — ibid. 1748. 12. — Inter opp. et fragm. vett. poetar. lat. a *Mich. Maittaire* edita. Lond. 1713. fol. vol. II. p. 1520. atque in collect. Piſaurenſi. — *P. Syri* mimi ſeu ſententiae. Londini 1767. 8.

Poetae ſententioſi latini: Publius Syrus, C D. Laberius; L. A. Seneca, Dionyſius Cato: nec non ex Auſonio dicta ſapientum ſeptem Graecorum. Inſtruente *Iac. Elphinſtonio*, Britanno: qui vates hos concinnos, ciuitate donatos, eruditis, aeque ac erudiendis obtulit. (cum verſione et peculiari quoque inſcriptione anglica.) Lond. 1794. 12. v. *Brüggem.* pag. 535.

Ad pag. 297. *lin. antepen.*

De *Cn. Mattio*, aut *Matio**) qui *mimiambos* ſcripſit, et quorum fragmenta collegit

*) Simplici *t* ſcribitur nomen illius apud Ciceronem et *Sueton* in Iul. Caeſare, c. 52. ex codd.

git *Zieglerus*, in praeſenti Theologus Roſtochienſis in libello laudato, ſect. III. pag. 65 ſqq. pauca addam. Ille *Mattius* etiam Iliada Homeri transtulit, et vixit tempore Caii Caeſaris, cui propter inſignem eruditionis atque ingenii praeſtantiam erat amiciſſimus. Diverſus iudicatur a *Caio Mattio*, ſiue *Matio*, Ciceronis familiari: (v. epiſtol. Ciceronis ad Matium, et huius ad illum, libr. XI. ep. 27 et 28. atque *Erneſti* clau. Ciceron. in indice hiſtorico, voc. *C. Matius*:) et diuerſus a *C. Matio*, Auguſti amico, atque (vt *Burmann.* ad *Quinct.* I. O. III. cap. 1. pag. 217. ſuſpicatur,) filio modo memorati C. Matii, Caeſaris quoque amici, quem tamen *Scaliger* in Coniect. ad Varron. de L. L. pag. 149. aut in exempl. Bipont. pag. 236. notar. eumdem cenſet, qui mimiambos ſcripſit et Iliada vertit. Add. *G. I. Voſſ.* Poetic. inſtitution. lib. II. cap. 33. pag. 163. item *Spalding* ad Quintil. I. O. III. 1. pag. 433. et Introd. II. pag. 225 ſq.

Ad pag. 298. *ſect.* 4. *lin.* 8.

De edit. *Bononienſi*, quae olim princeps habebatur, plura tradunt *Audiffred.* in ſpecim. editt. ital. ſaec. XV. pag. 28 ſq. (vbi

codd. Turnebi et Vaticano. v. ad Suet. loc. *Torrent.* qui de *Caio Matio* et, hoc antiquiore, *Cn. Matio*, mimiamborum auctore, docte copioſeque diſſerit.

Fabricii et Orlandi errores caſtigat,) *Foſſius* in cat. bibl. Magliab. II. pag. 143. *Goetz* in Mem. bibl. Dresd. III. p. 129. et *Panzer* IV. p. 244. At enim in ed. Bonon. cui nulli adiuncti ſunt commentarii, nondum comparet *Laurentii Bonincontrii* commentum, vti a *Fabricio* B. L. I. pag. 502. deceptus, in Introd. II. pag. 435. ſcripſeram.

Neque *Romanam Manilii* editionem: *Laurentii Bonincontrii Miniatenſis in C. Manilium commentum*, cum ipſius *Manilii* textu, 1484. fol. eſſe repetitionem editionis Bononienſis, neque illam roman. dici poſſe parum integram et adcuratam, contra Fabricium l. c. et Lairium docet *Audiffred.* in Catal. roman. edd. ſaec. XV. pag. 260 ſq. Atq. Fabricium erraſſe, etiam odoratus eſt aliosque adpellauit teſtes *Saxius* in Onom. II. pag. 457 ſq. vbi de Laurentio Bonincontrio circ. a. 1460. claro, agit, aliaque de illo a Fabricio perperam narrata culpat. Contra ipſe Bonincontrius in primo ſuo commento ſeu p. 3. „ego, inquit, quinterniones (Caſſinenſis exemplaris) transſcripſi vna cum Gallina Siculo, in quibus etiam quosdam verſus pluribus locis inueni, quos in exemplaribus Poggii (qui Manilii codicem primo inuenit,) aut impreſſorum deeſſe cognoui, de quibus et aliis ſuo loco dicemus.“ adde *Maittaire* A. T. IV. pag. 336. vbi in longa nota multorum errores de ed. Bonon. de commentar. Bonincontrii,

trii, et ed. quadam *Florentina*, (at falſa, et cum Romana temere confuſa, quamquam Maittario ipſo nutante,) exponuntur.

Editio per Zarotum 1489. excuſa eſt *Mediolani.* conf. Introd. II. p. 435 ſq. et *Panzer* II. pag. 58. (qui edit. a. 1498. a Maittario I. p. 360. nominatam, habet ſpuriam,) et IV. pag. 358. — Delenda igitur eſſent in Notitia, verba *rep. 1499;* nam huius anni nota Maittaire l. c. ſignauit editionem, et in not. *c.* recudi fecit particulam dedicationis Dulcinianae, ſcriptae *Mediolani octauo Cal. Nou.* MCCCCLXXXXVIIII. (1499.) Fatendum tamen eſt, a me neque in parte IV. (quae eſt renouata et emendata partis I. edit.) inter libros a. 1499. excuſos, neque in indice, (niſi aberrarint oculi,) illius anni mentionem eſſe repertam. Forſan poſthaec ipſe cognouerat Maittaire errorem in nota numeri X. multiplicata.

De edit. Aldina 1499. v. *Scheibelii* aſtronomiſche Bibliographie ſect. I. pag. 44 ſqq. *Panzerum* III. pag. 461 ſq. et quos ille alios citat, atque *Fabr.* B. Gr. IV. p. 99.

Duas edd. ſ. l. et a. excitat *Panzer* IV. pag. 157 et 158.

Ad pag. 299. *lin.* 4.

De edit. *Neapolitana* v. quoque ſaggio ſtorico-critico ſulla Tipografia del Regno

di Napoli di Lorenzo Giuſtiniani. Neapoli 1793. m. 4.

Manil. ap. Mazochium, Romae 1510. 4. v. Pinelli cat. II. pag. 347. et *Scheibel* l. c. pag. 68. Idem *Scheibel* V. cl. in Einleitung in die mathemat. Bücherkentniſs, part. XVI. pag. 156. ac part. XVII. pag. 239. et 246. agit de edd. Scaliger. 1590. et 1600.

Ad pag. 299. *lin.* 22.

Manil. ex ed. Bentleii. Baſileae 1740. 8. —

Ad pag. 300. *lin. vlt.*

Pingre praemiſit hiſtoriam carminis edd. commentatorum, et ſubſidiorum, quibus vtebatur, litterariam.

In linguam *anglicam* tranſtulerunt metrice ***Ed. Sherburne,*** cum adnotatt. et adpendice aſtronom. Lond. 1675. fol. ac T. C. (*Thomas Creech,*) cum notis. ib. 1697. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 638 ſq.

Ad pag. 301. *ſect.* 6. *lin.* 4.

Schwarzii comm. recuſa eſt in *Waldau* Theſauro bio — et bibliograph. p. 102 ſqq.

Ibid lin. 7. leg. *anteceſſerit.* — *lin.* denique 9. add. conf. *Gotefr. Richteri* ſpecimen obſſ. criticar. pag. 38 ſqq. vbi Bentleii ad eum epiſtola de cod. Lipſ. et aliis rebus criticis ad Manilium pertinentibus eſt memorabilis. — *M. Dan. Huber* tentamen obſervatio-

vationum in M. Manilii aſtronomicon (lib I. et II.). Baſileae 1789. 4. — *Iortini* obſſ criticae in Manil. in eius Tracts philological etc. vol. II. p. 272. ſqq.

Ad pag. 302. *ſect.* 4. *lin. vlt.*

In bibl. publ. *Bernenſi* eſt cod. membran. ſaec. X. *Claudii Caeſaris* (ſic) *Arati phaenomena*, qui multis numeris differt ab ed. Grotiana a. 1600. quem curatius deſcripſit *I. R. Sinner* in catal. codd. msst. bibl. Bernens. (Bernae 1760. 8.) pag. 278 ſqq. et fragmentum (forſan recentioris et chriſtiani poetae) ineditum ex eo publicauit.

Ad pag. 303. *ſect.* 5. *lin.* 9.

Hiſtoire de César (Germanicus) par L. D. B. (*Louis de Beaufort.*) Lugd. B. 1741. 8. — *Caeſar Germanicus.* Ein hiſtoriſches Gemälde. Nach griechiſchen und römiſchen Schriftſtellern bearbeitet. Stendal 1796. 8. Quae a vett. auctoribus de Germanico memoriae prodita ſunt, ea diligenter quidem collegit doctus anonymus, ſed minus pulcre eleganterque expoſuit.

Ad pag. 303. *lin. vlt.*

In Introd. II. pag. 349 ſqq.

Ad pag. 304. *lin.* 2.

Macri liber de naturis, qualitatibus et virtutibus octoginta octo herbarum. — In *fine*

ſine Neapoli impreſſ. per Arnoldum de Bruxella. 1475. fol. — *Macer* de vſibus herbarum, verſu heroico. — Anton. Zarotus Parmens. impreſſit Mediolani. 1482. 4. — de virtutibus herbarum, cum *Io. Atrociani* commentariis: acced. *Arabi Galli* hortulus. Baſil. ap. I. Fabrum Emmeum 1527. 8.

Aemilius Macer de herbarum virtutibus cum veris figg. herbarum etc. Per *Simon de Lowicz*, artium et medicinae doctorem Cracou. ex offic. Vngleriana. 8. ſine nota anni.

Ad pag. 304. *lin. antep.*

Aem. Macri fragmenta, in Michael. Maittaire Opp. et fragm. vett. poet. lat. vol. II. pag. 1528.

Macers Herbal practyſyd by Doctor *Lynacro*. Translated out of latin into Englyſhe etc. Impr. per Robert Wyer etc. ſine not. a. 12. v. *Brüggemann* pag. 579.

Ad pag. 305. *lin.* 2.

Titium Septimium fuiſſe Horatio amiciſſimum, patet ex oda VII. libri II. et ex epiſtola IX. libri I. qua eum Claudio Neroni commendat. Locus ad illius laudem inſignis eſt apud *Horat.* epiſt. I. 3, 9 ſqq. vbi vetus interpres Horatii a Cruquio editus: *Titius Septimius carmina et tragoedias ſcripſit; ſed libri eius nulli exſtant. Huius autem inſigne monumentum eſt infra Ariciam.* —

De

De *T. Valgio*, poeta, Horatii ac Tibulli familiari, et num diuerſus ſit a *C. Valgio Rufo*, grammatico, et rhetore, tempore Auguſti, cui librum *de herbis* inſcripſit (Plin. H. N. 25, 2.) v. *Spalding* ad Quintiliani I. O. III. 1, 18. pag. 432.

Ibid lin. 5. *de Vario.*

Gerh. Nic. Heerkens, Groninganus, edidit *Icones* (virorum illuſtrium quinque, tot carmina,) rec. Pariſ. 1788. m. 8. In praefatione agit de Tragoedia quadam in cod. ſaec. XIII. in coenobio quodam Germaniae detecto, quam Auguſteo aeuo dignam et a *Vario*, de quo pag. 70 ſqq. praefat. copioſe diſſerit, confectam iudicat. Codex caret titulo; in fine autem ſcriptum fuiſſe ait: *Tragoedia Tereus explicita, quae ſexta decima eſt:* ex qua dedit excerpta cum integro prologo, *Diomedes* inſcripto: et ſpecimina reddidit cenſor in nouis ephem. Lipſienſ. a. 1789. nr. 32. *Heerkens* quoque antiquitatis amore et opinionis errore deceptus putabat, Virgilium atque Ouidium loca illius tragoediae fuiſſe imitatos. Sed id eſſe falſum, et auctorem multo recentiorem, ſagaciter odoratus eſt et oſtendit *Dau. Chriſtian Grimm*, ſcholae Annaemontanae Rector in proluſione: *Tragoedia vetus latina* TEREUS *deperditarum XV. ſoror* cuius nuper apertae hiſtoriam et prologum tradit — *Grimm.* Annaberg. 1790.

1790. 4. Cenſor autem in ephem. litter. Gotting. a. 1791. m. Ian. p. 10. ſuſpicatur, carmen illud aeuo Senecae forſan eſſe ſerius. Enimuero cel. *Morellius*, omnibus tenebris dispulſis, acutius vidit et, verum auctorem eſſe *Gregorium Corrarium* ſaec. XV., clare patefecit in epiſtola quadam, Venet. 1792. euulgata, quam, quia breuis eſt ac paucis forſan cognitam, et tamen omnis hiſtoria docte explicatur, hic typis renouandam curaui.

V. C. Io. Baptiſtae Caſpari de Anſſe Villoiſonio Iacobus Morellius S. P. D. Rogas, Vir Clariſſime, quae mea ſententia ſit de auctore Tragoediae *Tereus* inſcriptae, quam ab Auguſti aetate profectam nonnemo putabat, immo vero contendebat. Scilicet cum Gerardus Nicolaus Heerkens Groningenſis ex bibliotheca Coenobii cuiusdam Germaniae, vt inquit, vetus eius exemplar ſine anctoris nomine, ſolo *Terei* titulo adiecto, accepiſſet; ſibi ac litteris magnopere gratulatus, veluti *Varii*, celeberrimi illius tragoediarum ſcriptoris, foetum in medium attulit, ac in praefatione ad Icones ſuas, Ultraiecti anno 1787. impreſſas, et anno proximo, Pariſienſi editione ficta, denuo in lucem prolatas, magna ex parte vulgavit. Eſt ei fides, vt video, non vsquequaque adhibita; prodiit ſiquidem Annabergae anno 1790. libellus, qui ad manus mihi eſt, hoc titulo: *Tragoedia Vetus Latina Tereus, deperditarum XV. ſoror,*

ror, cuius nuper repertae hiſtoriam et prologum tradit Dauid Chriſtianus Grimm. Vario Tragoediam ſe abiudicare, Chriſtiano autem cuidam auctori eam tribuere, ſatis indicat Grimmius: cuinam adiudicet, neſcit. Tu ab Italo quopiam poſt renatas litteras prodiiſſe auſpicaris. Ac recte id quidem; auctor namque eius eſt *Gregorius Corrarius*, Venetus Protonotarius Apoſtolicus, qui ſaeculo XV. floruit, ex allatis praeſertim a Fratre Ioanne Auguſtinio in primo de Scriptoribus Venetis volumine, tibi, rerum Venetarum ſtudioſiſſimo, perquam cognitus. Typis Academiae Venetae, quam *Famae* appellabant, eſt ea primum impreſſa anno 1558, hoc titulo *Progne Tragoedia nunc primum edita*, Ioanne Riccio curante; cuius in epiſtola nuncupatoria Franciſco Vargae Hiſpaniarum Regis a Conſilio et eiusdem apud Pontificem Maximum Oratori haec verba ſunt: *Mei vero ſummi in te ſtudii index tibi erit Progne Tragoedia: quam, vt ipſius facile ſublimitas indicabit, vel antiquam, vel antiquis, quae maxime laudantur, certe parem, quae multos annos in mea latuerat bibliotheca, nunc in tuo nomine apparere volui.* Sine auctoris nomine tum quidem prodiit, quemadmodum et in editione altera Romae anno 1638. Corrarium tamen eius auctorem certo tenemus. *Scripſi Prognem Tragoediam anno aetatis meae decimo octauo;*

quam

quam poſtquam edidi, nihil non ſperauit de me Victorinus (Feltrenſis eius praeceptor): *cadebant legenti vbertim lacrymae.* Ipſiusmet Corrarii verba haec ſunt in epiſtola ad Caeciliam Gonzagiam a Martenne edita (*T. III. Collect. Vet. Monum. p.* 840.). Aeneae Silvii Piccolominei, ſeu Pii Papae II. luculentum teſtimonium accedit in opuſculo de liberorum educatione (*Oper. eius p. 984. ed. Baſil. 1551.*): *Tragoediae quoque perutiles ſunt; ſed Latinum hodie, praeter Senecam, qui fuit magni Senecae nepos, nullum habemus, niſi Gregorium Corrario Venetum, qui Terei fabulam, quae apud Ouidium habetur, in tragoediam vertit.* Bartholomaeus quoque Fontius in Dictionario manuſcripto, apud Mehuſium in praefatione ad Ambroſii Camaldulenſis Epiſtolas. (*p. xxiii.*) verſum e *Gregorii Corrarii Progne* ſumtum affert; quem in hac ipſa Tragoedia reperire eſt. At enim vnum, quod praecipuum eſt, argumentum adiicere praeſtat, ſumtum ex codice apud me aſſervato, (noſti enim bibliothecam quoque meam domeſticam codicibus manuſcriptis, iisque ſelectis, inſtructam eſſe,) in quo Corrarii Opuſcula autographa, et ſecundis ab eo curis expolita ſunt. Primum in eo locum Tragoedia obtinet, et ipſa ab auctore, poſtquam in lucem primum dederat, recenſita; atque adeo ab impreſſo textu, qui primam ſcriptionem refert, aliter ſaepe habet;

bet; immo vero eſt verſibus integris tribus deminuta: quorum ad locum in ora codicis ſcripſit Corrarius: *Hinc, poſtquam edidi, duos verſus amoui certa ratione: rogo, vt ex aliis exemplaribus amoueantur. Hinc, poſtquam edidi, verſum amoui.* Iam vero de auctore, iuxta ac de editione ſatis ſuperque conſtat. Valeat itaque Heerkenſius cum Vario ſuo. Ceterum magna manet Corrario laus ex hac ipſa Tragoedia; maior autem ex Satyris ſex Latino carmine ſcriptis, nunquam vero editis, quas prae Tragoedia ſe probaſſe, Bembus Cardinalis, Angelo Gabrieli ſcribens, teſtatum reliquit (*Lett. Vol. II. Lib. II. p.* 29.). Haec ad te, Villoiſoni dulciſſime, iucundos eos de litteris ſermones, quos in bibliotheca Marciana quotidie conferre conſueveramus, in memoriam quodammodo revocans, poſt diuturnum ſilentium, ſcribebam. Venetiis X. Cal. Octob. MDCCLXXXXII. raptim. Hactenus cel. *Morellius.*

I. Chriſti. Wernsdorf tomo III. Poetar. lat. minor. doctam praefixit diſſertationem *de Poetis latinis ſatyricis, elegiacis, lyricis, cum veteribus, quorum ſcripta interierunt, tum recentioribus, qui medio barbaroque aeuo ſcripſerunt.* E veteribus igitur, qui ad hoc, de quo hucusque egimus, aeuum pertinent, adhuc nominandi ſunt: de quorum nonnullis paullo fuſius diſputat Wernsdorf.

Pag. XV. *Iulius Florus*, ſatyrarum ſcriptor, *cuius* (vt ait Porphyrio ſcholiaſtes ad Hor. Ep. I. 3.) *ſunt electae ex Ennio, Lucilio, Varrone.* Vixit aetate Horatii, cuius epiſt. III. libri I. et ſecunda libri II. ſunt ad eum ſcriptae. — Alius *Florus*, poeta, ſub Hadriano vixit. v. *Wernsdorf* eod. tom. pag. 450 ſqq. qui pag. 483 ſqq. *Flori de qualitate vitae* excerpta ſ. fragmenta recudi fecit et explicuit. —

Pag. XIX. ſq. *C. Rabirius*, a Naſone, de Ponto III. 16, 5. inter aeui ſui poetas relatus, poeta epicus, (*Vellei. Paterc.* II. c. 36.) etiam, vt Wernsdorf. ſuſpicatur, ſatyrographus. —

Pag. XXX. *Rufus*, lyricus, quem laudat *Ouid.* ex Ponto IV. 16, 28. —

Pag. XXXI. *Flau. Alphius Auitus*, lyricus, cuius fragm. ex P. Burmanni Anthol. lat. lib. II. ep. 267, pag. 452. vol. I. repetit et alia de eo prodit *Wernsdorf.* conf. quoque *Voſſ.* de poet. latinis pag. 38 ſq. et *Burman.* ad l. cit. Anthol. —

Pag. XXXIII. *Tiberium Caeſarem* feciſſe graeca poemata et *latinum* carmen compoſuiſſe lyricum, inſcriptum *Conqueſtio de L. Caeſaris morte*, tradit *Sueton.* in eius vita cap. 70. vbi v. interpret. Conf. quoque *Sigism. Iuſti Ehrhardti* commentat. de Claudii Tiberii Neronis in litterarum ſtudia meritis etc. Coburgi 1753. 8. in primis pag. 42 ſqq.

Pag.

Pag. 307. *lin. antep.*
Leg. *mirum quantum.*

Ad pag. 310. *lin.* 6.

Princeps editio *Poetici aſtronomici* eſt *Ferrarienſis* per *Auguſtinum Carnerium*, in 4. quam *Laire* in indice librorum ab inuenta typographia II. pag. 263 ſq. ait; ſe Venetiis apud Schwaier tractaſſe, et in fine illius in vltima linea legi ſcribit: *Hos Auguſtini nobile vincit opus*: M. CCCC. LXXIIII. (1474.) *Pinellus* vero in verſione Harwoodiani conſpectus italica pag. 203. vbi eiusdem editionis inſerit mentionem, notam a. 1475. ponit, quam etiam cl. *Panzer* I. pag. 395. priore loco refert. In catalogo tamen di Libreria (Schweyeri, patria Noribergenſis, deinde negotiatoris Veneti et hominis docti,) poſta in Venezia, nell' anno 1794. non memoratur.

Ex ed. 1485. *Lenz* in Allgem. litterar. Anzeig. a. 1794. nr. 134. pag. 1379. quasdam dedit varr. lectiones.

Ad pag. 310. *lin.* 17.

Per *Thom. de Blauis* ed. Venetam iam a. 1485. 4. prodiiſſe, patet ex *Pinelli* cat. III. pag. 45. — De edit. a. 1488. conf. quoque *Wernsdorf* Poetar. lat. min. tom. V. part. II. pag. 697 ſq. — Venet. edit. anno 1489. ex Roſſii catal. excitat *Panzer* III.

pag. 278. cui vero ib. pag. 421. et pag. 462. edd. Venetae Ald. 1497. atque a. 1499. ſuſpectae eſſe videntur.

Ad pag. 310. *lin. antep.*

Ed. Ven. 1512. 4. exſtat quoque in catal. Schwarz. II. pag. 291. — Ibid. p. 269. *Higini* (ſic) poetic. aſtronom. Papiae 1513. 4. — Parrhiſiis ap. I. Lambert. 1514. 4. cum figg.

Ad pag. 311. *lin.* 2.

In biblioth. Chriſtii I. pag. 394. ita deſignatur editio: *C. Iulii Higini poet. aſtron.* Coloniae opera et impenſis Io. Soteris. 1534. fol. cum figg. at ed. a. 1535. *Munker* in praefat. ad Hyginum citat laudatque, qui hiſtoriam editt. criticam concinnauit. — In catal. *Schwarziano*, tom. I. pag. 107. nr. 1779. occurrunt *Hygini* fabb. cum *Palaephato*, *Fulgentio*, *Arato* et *Proclo*. Tübing. 1535. fol. — Ab *Hambergero* in zuverl. Nachr. I. pag. 563. citatur: *Hygini* poeticon aſtronomicum, ad veterum exemplarium eorumque msſtorum fidem diligentiſſime recognitum, et ab innumeris, quibus ſcatebat, vitiis repurgatum. Salingiaci. opera et impenſa *Io. Soteris.* 1539. fol.

Ad pag. 311. *lin.* 10.

Exemplari ed. a. 1549. quod eſt in bibl. Leidenſi, ab Hugone Grotio plura ſunt adſcri-

ſcripta. — Exemplari autem edit. *Mytholog. lat. antiq.* in quibus *Hyginus*, *Fulgentius Planciades*, *Iulius Firmicus Maternus*, *Albricus*; e rec. *Hier. Commelini*; ex bibliopol. Commeliniano, 1599. 8. varia ſunt adnotata manu Voſſiorum. v. Catal. illius bibl. pag. 166. — *Hygini* fabb. etc. ex ed. Micylli. Baſil. 1570 fol. — ex eiusd. edit. cum emendationibus. Lugduni 1608. 8.

Ad pag. 311. *lin. antep.*

Add. II tom. in tomo priore ſunt *Hygini* fabulae et poeticon aſtronomicon.

Ad pag. 313. *lin.* 1.

Ita legendum eſt: *vide* (*Io. Gottfr. Welleri*) *Altes aus allen Theilen der Geſchichte, oder alte Vrkunden — und Nachrichten von alten Büchern*, tom. II. part. VIII. Chemnit. 1764. 8. — Repetita eſt illa particula in Lipſ. nouis act. erudit. a. 1769. m. Iun. p. 284 — 286.

Ad pag. 314. *ſect.* 4. *lin.* 8.

Leg. *Coſ.* progenerum *Tiberii* etc. — De illa autem rara et principe Velleii edit. v. *Baumgart.* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. III. pag. 419 ſqq. *Strauſſ.* opera rariora bibl. Rebdorf. etc. pag. 221 ſq. *Burmanni* ac *Ruhnken* praefatt. etc.

Ad pag. 315. *lin.* 6.

Add. *in fol.* et conf. *Clement* Biblioth. hiſtoriq. I. pag. 434 ſq.

Ad pag. 316. *lin.* 9.

Notam a. 1668 reperi in catal. *Menken.* I. pag. 168. et in catal. Com. *de Rewizky* pag. 65. — *Vell.* cum Tacito cum commentar. Paris. P. Chevalier, 1608. fol. — *Vell.* ex rec. *Valentini Acidalii.* Patau. P. Meiettus 1590. 8. — eiusd. *Acidalii* Velleianar. lectionum liber. ibid. 1591. 8. — *Vell.* cum ſcholiis et notis Manutii, I. Lipſii, et Iac. Schegkii. Lugd. le Preux. 1593. 8. — *Velleius* eſt quoque in collectione, quam habeo, plurium hiſtoricorum ita inſcripta:

Hiſtoriae romanae epitomae Lucii Iulii Flori; *C. Vell. Paterculi;* Sext. Aur. Victoris, Sexti Rufi Feſti, Meſſalae Coruini, Eutropii, Pauli Diaconi, M. Aur. Caſſiodori, Iornandis et Iulii Exuperantis. Acc. tractatus de menſuris et ponderibus. Amſtelod. ap. Io. Ianſſon. 1630. rec. ib. 1647. in minima forma. — Lugd. Bat. 1649. 12. — *Velleius Paterc.* ap. Elzeu. Lugd. Bat. 1639. 12. — ed. *N. Tauernieri.* Paris. 1658. 8.

Ad pag. 317. *lin.* 4.

Leg. *Sheldoniano.* — Alteri Hudſonianae editioni a. 1711. acceſſit adnotationum partim ſuarum ipſius, partim ex pluribus ex-

cerpta-

cerptarum libellus. Velleii autem verbis ſubiectae ſunt diſcrepantes priorum editt. lectiones et interpretum emendationes atque coniecturae.

Editio *Roberti Riguezii* in vſum Delphini. Paris. 1675. 4. valde improbata a Burmanno I. in praefat., eſt Londini 1730. 8. recuſa. — *Velleii Pat.* quae ſuperſunt, (cum varr. lectionibus et indice copioſo, cura *Mich. Maittaire,*) Londini ex off. Iac. Tonſon et Io. Watts. 1713. 1718. 1725. 1744. 12. — *Vell.* — Edinburgi. 1721. 8.

Ad pag. 318. *lin.* 23.

In linguam *germanicam* transtulit *Frider. Iacobs*, Lipſ. 1793. 8. Is ſaepe amplexus eſt Ruhnkenii coniecturas, ſuasque criticas protulit ſuſpiciones et in verſionem ſuam recepit. In praefat. defendit Velleium Paterculum. De hac verſione ſobrie iudicat eamque cum alia anonymi verſione, Rotenburg. ad Fuld. 1781. 8. comparat cl. *Degen* in Verſuch einer vollſt. Litterat. der deutſchen Ueberſez. der Römer, ſect. II. p. 537. ſqq. — *Anglice* verterunt Velleium *Robert le Grys*, Lond. 1632. 8. — *Thom. Newton*, ibid. 1721. 1724. 12. et *Paterſon*, Edinb. 1722. 8.

Ad pag. 319. *ſect.* 6.

Io. Frid. Chriſtius in Noctium academ. ſpecimine I. pag. 30 — 46. (Halae Mag-

 deb.

deb. 1729. 8.) poſt Burm. curas quaedam Velleii Pat. loca illuſtrauit et caſtigauit, atque de Velleii iudicauit ingenio. Burmanni notas quoque aliquoties examinauit *Thom. Wopkenſius* in Lectionibus Tullianis; poſtea ſaepius in aduerſariis criticis in Velleium in Miſcell. obſſ. in auct. vol. VIII. tom. I. quibus *Burmannus* oppoſuit animaduerſſ. ibid. tom. III. p. 353. ab illis vero vindicauit aduerſaria ſua critica *Wopkens.* ib. vol. IX. tom. II. p. 237. Praeterea *Chriſt. Aug. Heumann* ſcripſit conſiderationes quarundam Burmanni notarum ad Velleium in actis erud. Lipſ. a. 1721. pag. 116. — *G. Warburton* in C. Velleii hiſtorias emendationes, in Biblioth. britanniq. Hagae Com. 1736. 8. tom. VII. pag. 256 ſqq. — *Edm. Burton* obſeruatt. in Vell. Paterc. in eius ancient Characters deduced from claſſical Remains. 1763. 8. — *Chriſti. Cruſius* in Probabilibus criticis, (Lipſ. 1753. m. 8.) cap. XIV. pag. 115 ſqq. plura Vell. Paterc. loca tentauit atque explicuit. Ego in Opuſc. varii argum. pag. 192 ſqq. de tribus locis meam qualemcunque dixi ſententiam. — Cel. *Herelius* plura loca acute emendauit illuſtrauitque in: *Kritiſche Beobachtungen über die römiſche Geſchichte des Caius Velleius Paterc. von I. F. Herel.* Erford. 1791. 4. Per occaſionem emendantur pag. 15 ſq. Propert. IV. el. 11. et pag. 19 ſq. Tibull. I. 3. 63 et 64. —

Dan.

Dan. Guil. Molleri disp. de Velleio Paterc. Altdorf. 1685. 4. — *Adami Rechenbergii* diſſ. de Liuio Druſo, trib. pleb. ex Velleii II. 13, 14. inter eius diſſert. hiſtor. polit. Lipſ. 1698. 8. pag. 246 ſqq. Alia ſcripta Velleium illuſtrantia ſuppeditabit Catal. Bünau. I. pag. 329. et tomi I. vol. II. p. 1670 ſqq.

Ad pag. 319. *ſect.* 3. *lin.* 4.

Scrib. *ſuperſunt ne hi quidem integri, ſed corrupti paſſim mutilique. Ex iisdem decem libris excerpta ſ. fragmenta reſtant. Exſtat quoque Suaſoriarum liber, isque (vt credibile eſt,) primus tantum, nec hic integer.* v. Erneſt. Fabric. B. L. II. pag. 88 ſq.

Pag. 320. *lin.* 2. poſt, *Fabrum*, pone comma.

Ad pag. 322. *lin.* 1.

Corrige: *de ira libros tres.*

Ad pag. 322. *lin.* 10.

Partem libri *de otio* cel. *Ruhkopf* cum Mureto et Lipſio in ſua editione ſeiunxit a libro de vita, quocum in codd. et vett. editt. vna ſerie connexum eſt; et propter argumenti ſimilitudinem, quae ipſi videbatur, poſt librum de conſtantia ſap. pag. 417 ſqq. collocauit; ſed partem eſſe libri de vita beata, (atque forſan erat caput totius libri, Senecae ipſiusque vitae apologia, inque inquiſitionem,

 quid

quid ſit vita beata, introductio,) erudite defendit M. *Chriſt. Ferd. Schulze* in diſp. Prolegomena ad Senecae librum de vita beata. Lipſiae 1797. 4. conf. Ien. Allg. Litt. Zeit. m. Iun. 1797. nr. 179. pag. 615. — *In ſeq. lin.* leg. *libr. VII.* et *lin. antep.* leg. *ἀποκολοκύντωσις*.

Ad pag. 323. *ſect.* 3.

Plures editiones, praecipue ſingulorum opuſculorum, et plures verſiones alio loco et tempore indicabo.

In editione principe *Neapolitana* anni M. D. L. XXIIIII. (h. e. 1475.) in calce prioris vol. in pagina vltimi folii auerſa index opuſculorum, quae continentur, ſequens exhibetur. „In hoc volumine continentur infra ſcripti libri Senecae. Primum. Liber vnus de moribus. Liber vnus de formula honeſte (ſic) vitae vel de IIII virtutibus car. Liber vnus ad Gallionem de remediis fortuitorum. Libri decem declamationum *). Libri duo de clementia ad Neronem. Libri ſeptem de beneficiis ad Eburtium liberalem. Libri tres de ira ad Nouatum. Liber vnus de mundi gubernatione, diuina prouidentia et quare

*) Hi decem libri declamatt. ſunt Excerpta ex controuerſiarum libris decem. Sed, vti per totam editionem, dignam, quae conferatur, ſaepe differunt lectiones ab iis, quae ſunt in editt. Lipſii ac Gronouii.

quare multa boni (ſic) viris accidant. Liber vnus de vita beata ad gallionem *). Liber vnus de conſolatione ad martiam. Liber vnus de conſolatione ad albinam matrem ſuam. Liber vnus de tranquillitate vitae ad ſerenum. Liber vnus quomodo in ſapientem non cadit iniuria. Liber vnus de breuitate vitae ad paulinum, cui continuatur liber vnus de conſolatione fratris ad pollibium (ſic) ſine inſcriptione et interuallo ex incuria famuli componentis qui incipit Noſtra compares firma ſunt. Prouerbia Senecae. Vltimo eiusdem Epiſtole ad Lucillum **) centum viginti quinque." His vero praemittuntur ſpuriae Senecae et Paulli epiſtolae amoebaeae. — In catalog. Barberin. II. pag. 374. citatur editio Opp. Senecae cum epiſtolis Paulli ad Senecam et Senecae ad Paullum. Neapoli 1484. fol. an eadem eſt, quae ſuperior, quae, adnotante Rewiczky, interdum, at vitioſe, citatur an. 1474? et forſan confector catal. Barberin. male legit et ſcripſit a. 1484.

Ad pag. 323. *fin.*

Eiusmodi edit. ſ. l. et a. deſcribitur in Catal. *Valler.* II. p. 749. et a *Panzero* V. C. I. p. 77. vbi Argentorati typis Io. Mentelii excu-

*) Huic continuo et ſine interuallo adhaeret fragm. *de otio.*

**) In ipſo textu epiſtolarum ſcribitur *Lucilus.*

excuſa iudicatur. — Alia edit. ſine l. et a. (circ. an. 1498.) fol. min. deſcribitur a cel. *Foſſio* cat. bibl. Magliab. II. pag. 565.

Ad pag. 324. *lin.* 21.

Lege: *Suaſorium* (ſic) *et Controuerſiarum* etc. — Ita quoque in ed. Opp. Venet. 1503. fol. per Bartholomeum de Zanis de Porteſio.

Ad pag. 325. *lin.* 9.

Num ex Aldina officina *Opera* Senecae, (vti traditur in Ern. Fabric. B. L. II. p. 111.) a. 1522. exierint, equidem neſcio et vero haeſito. In Serie quidem dell' ediz. Aldine ad illum annum, pag. 55. in *Menkenii* catal. part. I. inter editt. aldin. pag. 275. in *Pinelli* catal. I. pag. 258 etc. memorantur tantum (vti ab ipſo Fabricio pag. 108.) *Lucii An. Senecae naturalium quaeſtionum libri* VII. et *Matthaei Fortunati in eosdem annotatt.* Ven. in aedibus Aldi et Andreae ſoceri. m. Febr. 1522. 4. (in forma 8. in catal. Burmann. II. pag. 164.)

Ad pag. 327. *lin.* 1—3.

Ita locus eſt conſtituendus: *Iani Gruteri animaduerſiones in L. Annaei Senecae opera. In quibus, praeter omnes paſſim omnium huius ſuperiorisque aeui doctorum hominum emendatt. interpretationesque quam plurima loca ſupplentur, confirmantur, corriguntur, illu-*

illuſtrantur, ope MSS. quae in biblioth. elect. Palat. His additae Nic. Fabri annotationes ad Senecae patris controuerſias et filii apocolocyntoſin. Ex typographeio Hieronymi Commelini a. M. D. XCIIII. (1594.) fol. Meo exemplari textus Senecae additus non eſt, qui ſecundum Fabric. et edit. Bipont. adhaerere videtur, ſi recte notauerint. — Rec. (Lugd.) ſumtu Io. le Preux. 1595. 8. ſine textu Senecae etc. Sed de hac edit. ap. le Preux quoniam variant V. D. mihique mota eſt controuerſia, plura alio tempore dicam. — De edit. Commel. II. a. 1604. et de adiunctis notis Romanorum vett. vulgo *Senecae* et *Tironis* nomine inſignitis, copioſus eſt doct. editor Bipont. pag. XXXIV ſqq. notit. litter. *Schefferi emendatt. notarum*, quae dicuntur Senecae et Tironis, poſtumae leguntur in Miſc. obſſ. citic. in auctores, vol. IX. tom. II. p. 158 ſq. add. ſupra, pag. 264. adnotata. — *Lin.* 14. delenda ſunt verba *Ope MSS* — 1594. 8.

Ad pag. 328. *lin.* 4.

Poſt: *1613. 8.* add. *II. tom. apud Io. Vignon:* quae edit. ita typis renouata eſt, vt, exceptis vtriusque inſcriptionis primaeque plagulae foliis, paginae et lineae ſibi inuicem reſponderent, *Geneuae ſumptibus Sam. Chouët.* 1665. 8. II. tom. — Edit. Elzeuiriana ex recenſ. Iuſti Lipſii et Andr. Schotti prod-

prodiit 1639 et a. ſq. in 12. v. *Pinelli* catal. I. p. 257. et cat. *Rewiczk*. p. 76. atque exemplar, cuius tomum *ſecundum*, in quo Epiſtolae et quaeſtiones natur. ſunt, tantum poſſideo, notam habet *Lugd. Bat.* 1639. 12.

Ad pag. 328. *lin*. 23.

Senecae opera ſelecta. Paris. Barbou. 1761 — 1776. tom. II. 12. — *Sen*. rhet. et philoſ. opp. Patau. 1728. III. vol. 8. — Novam eamque criticam edit., congeſtis vndecunque codd. editionibusque aut collationibus (eorum quoque, quos bibl. acad. *Erlang*. ſeruat, codd.) a pluribus annis molitur cl. *Feſſlerus*; ſed hucusque adhuc ea eſt in exſpectatione. Interea praeclaram criticamque edit. curare coepit cl. *Ruhkopf* eiusque *volumen primum* publicauit. Inſcriptio autem haec eſt:

L. Annaei Senecae philoſophi Opera omnia, quae ſuperſunt. Recognouit et illuſtrauit Frider. Erneſt. Ruhkopf, Director gymnaſii Bielefeldenſis. vol. I. Lipſiae in libraria Weidmannia. 1797. m. 8.

Ad pag. 329. *lin*. 2.

Antiquioris editionis notitiam: *Sen. de quatuor virtutibus cardinalibus: de remediis fortuitorum*. absque vlla nota, ſaec. XV. in 8. praebet cl. *Morell*. ad Pinelli catal. I. p. 258. Haud paucas edd. illorum et aliorum opus-

opuſcul. Senecae edd. ſaec. XV. refert cel. *Panzer* paſſim in A. T. v. indicem voc. *Seneca.* — Editiones *Mimorum*, falſo tributorum *Senecae*, v. ad paragraph. de *Syro.*

Ad pag. 329. *lin. vlt.*

Locum *Ludi* pag. 5. ed. Cort. qui eam difficilem habet atque tentat, *inter ſextam et ſeptimam — horam tam bonam?* aliter explicuit olim Scioppius ſ. Paſc. Groſippus in Paradoxis literar. ep. 6. pag. 51. ed. Mediol. 1628. 8. — De Apocolocyntoſi v. etiam *Ge. Paſch.* de variis modis moralia tradendi etc. Kilon. 1707. 4. cap. III. pag. 259 ſqq.

C. A. H. (*Heumann*) in ſupplement. act. erud. Lipſ. tom. VI. pag. 296 ſqq. confecit *indicem expurgatorium ad Senecae ἀποκολοκύντωσιν*, h. e. multis locis deprauatis medicinam adhibet non ſemper ſalutarem, multo minus neceſſariam. Atque ſaepius improbat illam *Frid. Chriſtph. Neubur*, (praetor regius apud Gotting.) in ſua edit. cum verſione germanica, (*Des Luc. Ann. Seneca Spottgedicht, etc.*) Lipſiae 1729. 8. cuius interpretationem et animaduerſſ. ipſe *Heumann* in Act. erud. Lipſ. a. 1729. pag. 229. ſqq. valde laudat, et adfirmat, auctorem et verſioni ſubinde notas hiſtoricas ac philologicas, lingua patria haud ineleganter conſcriptas ſubieciſſe, et de autographo Senecae aeque bene meruiſſe etc. „Exprimit enim, ait Heum., textum

textum integrum, ſubnectit notas criticas latino idiomate; ſupplet lacunas, corrigit mendas, tum ex optimis libris, tum ex magnorum criticorum caſtigationibus, tum ex ſuo ſaepe etiam ingenio, idque non infeliciter." Quam aequo animo tulerit diſſenſum, in fine declarat epigrammate, quod ipſi Neuburo ſcripſit gratulabundus. — *Apocolokyntoſin* etiam vertit germanice, notasque litterarias, exegeticas atque criticas, textumque latinum addidit *Car. Gottlob Sonntag* in libro: Zur Unterhaltung für Freunde der alten Litteratur, faſc. II. Rigae 1790. 8. Pag. 69 ſqq. recenſuit edd. et de illis, aut aliis commentatoribus, e. g. *Scheffero* in lect. academic. pag. 279 ſqq. *Dan. Heinſio* in commentat. inter eius oratt. a. 1627. pag. 608 ſqq. ac de verſionibus ſubtiliter iudicauit.

Ad pag. 330. *lin.* 2.

Cel. *Panz.* I. pag. 398. probabilius refert ed. *Ferrar.* ad a. 1484 aut 1485. bello inter Venetos et Herculem, Ferrariae ducem finito, quod reſpexit curator illius edit. in epigrammate, poſito ad calcem tragoediae vltimae, Hercules Oeteus inſcriptae. — *Freytag* in Analectis litter. pag. 179. ex Maittar. A. T. I. (ſ. IV. part. 2.) p. 450. citat *Caietani apologiam et comm. in Senecae tragoed.* Venet. 1483. ſed ſuſpicatur, quod in nomenclatore Gronouii, etiam ed. Schroeteri praemiſſo,

miſſo, illi Caetani apologiae etc. annus 1493. adſeritur, per errorem loco a. 1483. ſcriptum fuiſſe 1493. Quando autem Ioſ. Simlerum in biblioth. Gesner. pag. 155. erroris arguit, quod auctorem vocat *Dan. Galetanum*, librum vero Venet. 1598. excuſum fuiſſe ſcribit; monendum eſt, in numero quidem ann. eſſe errorem typogr. pro 1498. ſed loco *Caietani* in fronte illius edit. et aliquoties omnino exaratum dictumque legi *Galetanum*, equidem editionis a. 1498. exemplo, cuius in Notitia mentionem feci, poſſum adfirmare.

Senec. Tragoediae. In calce: *Impreſſum Pariſiis, in vico clauſo brunelli per Ioh. Higman Wilhelmum et Wolfgang Hopyl ſocios.* ſ. a. nota. 4. v. Cat. Bünau. I. p. 338.

Ad pag. 330. *lin.* 16.

De binis editt. Iuntinis v. *Bandini* annal. Iuntar. typogr. pag. 19 ſqq. et pag. 47.

Ad pag. 330. *lin. vlt.*

G. Fabric. in epiſtola multas profert coniecturas. Vſus vero eſt cod. quem a Io. Regiomontano venuſte et diligenter deſcriptum eſſe, a ſe autem collatum, et ex eodem locos plurimos deformatos iam in aliquam reſtitutos eſſe dignitatem, in epiſtola dedicatoria narrat. Lipſio quidem not. ad Agamemnona non ſatisfecit Fabricius: huius tamen

diſſ. laudat *Reinhard* in theatro prudentiae elegantior. pag. 116. Add. *I. Dau. Schreberi* vitam Georgii Fabricii pag. 217 ſq.

Ad pag. 331. *lin.* 15.

De prima Delrii ed. vide edit. Bipontini notit. litterar. de Senecae tragoediis pag. XIII. ſq. — In altera edit. ſ. in ſyntagmate a. 1593. (vti teſtatur edit. Bipont.) et tertia, (quam ipſe habeo,) a. 1619. Sunt in parte *ſecunda* Senecae tragoediae cum aduerſariis recognitis, in melius mutatis auctisque; tertia pars (cum nota loci et anni Lutet. Par. 1620.) comprehendit *Delrii* nouum commentar. in decem trag. quae vulgo Senecae adſcribuntur. Alterius partis ab initio indicat is *auxiliaria caſtigationi contextus*, (h. e. codd. et edd. quibus vſus eſt,) et mirifice laudat Lipſii animaduerſiones, minus vero probat edition. Lipſienſem typis Voegel. ex emendat. N. (Fabricii,) et moleſte tulit, a Plantino in ed. Delrii prima Antwerp. 1576. contextum, non a Delrio correctum, ſed purum putum ſaxonicum (h. e. Fabricianum) ad litteram eſſe expreſſum.

Ad pag. 331. *lin.* 18.

Nitida Edit. Plantin. 1588. conſtat quaſi duabus partibus. Prior continet tragoedias; poſterior autem, quae ſuam habet paginarum ſeriem, exhibet Lipſii epiſtolam ad Raphelingium,

gium, in qua primum iudicat de tragoediarum ſcriptore, tum tragoedias ipſe critice pertractat, et partim, vt ipſe ait, ex ingenio, partim ex veteri codice ſane bono permulta corrigit Senecae loca. Raphelingii autem notas equidem in hac memor. editione, in cuius vltima pagina Lipſii epiſtola, Lugduni 1587. ſcripta, finitur, non inuenio. Illae igitur ſequenti Rapheling. edit. an. 1601. 12. et aliis acceſſiſſe videntur. Atque ego habeo exemplum, cuius calci *Raphelingii* notae ſunt adnexae a pagina 445 poſt Lipſii animaduerſſ.: *L. Annaei Senecae* Cordub. Tragoediae, cum *Iuſti Lipſii* et *Franciſci Raphelingii* animaduerſionibus et notis. Aureliae Allobrog. apud Petrum de la Roviere. 1611. 12. In indice tamen potiorum edd. Gronouianae editioni praemiſſo dicuntur *caſtigationes Franciſci F. F. Raphelingii* eodem anno, (n. 1588.) Lugd. Batau. (ſeparatim reor) eſſe excuſae. Quo facile fieri potuit, vt quibusdam Senecae exemplaribus illius anni a bibliopegis adiungerentur Rapheling. caſtigationes. — *L. Ann. Senecae* decem tragoediae ex emendatione doct. virorum, additis ſelectioribus notis Th. Farnabii ac aliorum. His acceſſere floſculi delibati, vt et index etc. Noriberg. ap. I. Andr. Endterum et Wolfg. iunioris heredes. ſ. a. (medio ſaec. XVII.) 12. — *Lin.* 27. leg. *Scriuerii.*

Ad pag. 332. *lin.* 17.

A *Cortio* acriter dureque notata eſt *Schroederi* editio in actis erudit. Lipſienſ. a. 1728. pag. 448 ſqq. Aduerſus quem eodem anno Schroeder ſe defendit in lib.

Notarum et animaduerſionum ad Senecae tragoedias vindiciae a diſtortionibus et calumniis alicuius ex editoribus Actorum eruditorum Lipſienſium. Delphis. 1728. Adde Erneſti-Fabr. B. L. II. pag. 137. De *Dukeri* reſponſione haud leni v. quoque cel. *Saxii* Laudation. Caroli Andr. Dukeri, Traiecti ad Rhen. 1788. 8. pag. 39. — *Tragoediae.* Vratislauiae 1754. 8.

Ad pag. 332. *lin.* 22.

Nouam editionem Tragoediarum nouamque recenſionem, ſubſidiis XVII. codd. et edd. vetuſtarum adiutus, parat cl. *Baden,* et promulſidem quaſi dedit in tragoedia quadam Senecae nobili ſeparatim edita ampliſſimoque commentario inſtructa:

Hercules furens. Specimen nouae recenſionis tragoediarum L. Annaei Senecae, auctore Torkillo Baden. Kilonii ſumt. C. E. Bohn. 1798. 8. In *Hercule furente* profuit quoque Badenio lectionis varietas, quam e cod. Varſouienſi Groddeck excerpſit et Heeren vulgauit in Bibliotheca litteraturae artisque veteris, partic. X.

Ad pag. 333.

Plurima Senecae opuſcula et tragica et philoſophica ſaepius ſunt in varias linguas translata. *Fabricius* in B. L. loc. cit. quasdam, et *Panzer* in A. T. antiquiſſimas ſaec. XV. in medium proferunt verſiones. Atque de *anglicis* vide *Brüggemann* View etc. pag. 651 ſqq. — de *germanicis Degen* l. c. pag. 359 ſqq. (quibus addes: *Seneka über die Kürze des menſchlichen Lebens*, Berol. 1796. 8. et *Frankii* verſionem eiusdem opuſculi cum obſeruatt. Berol. 1797. 8. conf. Kilon. bibl. vniuerſ. german. vol. XXXVII. part. I. faſcic. I. pag. 27. et vol. XXXVIII. part. I. faſc. IV. p. 237 ſq. in vol. autem XL. part. I. faſc. IV. pag. 239 ſq. a. 1798. de verſione *I. A. Schmidtii* germ. *Senecae* de beneficiis, cum adnotatt. Lipſiae 1797. 8.) — De *italicis* verſſ. v. *Paitonum* l. c. tom. IV. pag. 17 ſqq. — L'Eſprit de Séneque, ou les plus belles penſées de ce grand philoſophe, enſeignant l'art de bien vivre pour ſervir de guide à conduire nos paſſions, pratiquer la Vertu et fuir le Vice. Pariſ. 1685. 12. II. part. — *Aug. Buchneri in L. An. Senecae* conſolationem ad Heluiam, praefatio. Wittenbergae 1655. 8.

Ad pag. 333. *lin. vlt.*

De *Neuburii* ac *Sonntagii* verſionibus pauſſo ante plura adnotaui.

Ad pag. 334. *lin.* 7.

Théatre de Sénéque. Traduction nouvelle, enrichie de notes hiſtoriques, litteraires et critiques et ſuivie du texte latin, corrigé d'après les meilleurs manuſcrits par *L. Coupé.* Pariſ. 1796. II. voll. *Coupé* Senecam philoſophum eſſe verum tragoediarum auctorem, at noluiſſe nomen profiteri arbitratur.

Ad pag. 335. *ſect.* 5.

Dan. Heinſii lectu digna oratio de ſtoica philoſophia, quae eſt in Epictetum, Senecam reliquosque ſtoicos philoſophos quaſi introductio, inter Heinſii Orationes, Lugd. Batau. 1627. 8. pag. 608 ſqq. eſt recepta, praemiſſa quoque editioni Senecae cum notis P. Scriverii, I. Iſ. Pontani et Dan. Heinſii, Amſtel. 1620. 8. — De Seneca, eius ſcriptis, philoſophia ac theologia, interpretibus, cenſoribus, verſionibus etc. plura collegit *Paſchius* de variis modis moralia tradendi p. 635 — 645. — M. *Gotofr. Käwitz* disp. praeſ. D. *Aegidio Strauchio,* P. P. O. de Chriſtianismo Senecae, Wittebergae 1668. 4. rec. Ienae 1706. — *Mich. Frid. Lerche* disp. moderante *Io. Adamo Schmidt,* P. P. O. de Seneca eiusque theologia. Ienae 1686. 4. — M. *Io. Philippi Apini* diſſert. de religione Senecae. Wittenbergae 1692. 4. — M. *Chriſt. Wilh. Loeſcheri* disput. de epiſtolis Pauli ad Sene-

Senecam hypobolimaeis. Wittenb. 1694. 4. add. *Heumanni* acta philoſoph. I. pag. 733. 742 ſqq. — tom. II. pag. 161 ſqq. — M. *Car. Philipp. Conz* Abhandlungen für die Geſchichte und das Eigenthümliche der ſpätern Stoiſchen Philoſophie, nebſt einem Verſuche über die chriſtl., Kantiſche und Stoiſche Moral. Tubing. 1794. 8. Auctor praeſertim perſequitur Stoicos recentiores, Senecam, Epictetum et Antoninum philoſ. docetque, quae illi cum veteribus Stoicis habeant communia, tum, quas quilibet eorum discrepantes et peculiares foueat ſententias. adde Introd. in hiſtor. L. Gr. II. 1. pag. 66. Gotting. ephem. litter. a. 1795. nr. 173. Ien. A. L. Z. a. 1795. nr. 147. menſ. Maio. — Apologia Senecae, in *Mich. Montaigne* Gedanken und Meinungen über allerley Gegenſtände: e verſ. german. tom. III. Berol. 1793. 8. cap. 32.

Ad pag. 335. *circa fin.*

Lipſii manuductio eſt quoque in illius Opp. tom. V. — *L. A. Seneca* der Sittenlehrer nach dem Character ſeines Lebens und ſeiner Schriften, entworfen von *F. Nüſcheler*, Prof. tom. I. Tiguri 1783. 8. — Vindiciarum *Senecae* pars prior, auct. *Io. Iac. Czolbe*, Gedano, Ienae 1791. 4. conf. Bibliothek von Anzeigen und Auszügen kleiner Schriften. Ienae 1791. 8. vol. II. part. IV.

 pag.

pag. 175 ſqq. vbi de Senecae notatione quaedam bene dicta ſunt.

Ad pag. 336. circa fin.

De Gruteri animaduerſſ. paullo ante notaui quaedam. — *Gruteri* liber ſuſpicionum extraordinar. in meo exemplo ſubiectus eſt ſine titulo *Gruteri* ſuſpicionum libris IX. (v. in Notitia pag. 51. operis inſcriptionem). — *Gruteri* confirmatio etc. edita eſt *Wittebergae*, (vbi in meo quidem exemplo excuſa eſſe dicitur,) 1591. 8.

Vita di *L. Anneo Seneca* libri IV. di *Carl de' Rosmini*, Acad. Fiorent. Roverodo. Marcheſani 1795. 8. More vulgari opus, excerptis ex opp. Senecae longioribus oppletum, ſine vlla hiſtorica arte critica ſcriptum eſſe dicitur.

Seneka, Philoſoph und Miniſter, II. Briefe von *Herder*, in *Gentz* neuer deutſchen Monatsſchrift, a. 1795. menſ. Iul. pag. 228 ſq. Oeconomiam quaſi deſcribit, quomodo argumentum tragoediae Senecae ſumi poſſit atque tractari.

De tragoediis *Senecae* hiſtorice, critice atque aeſthetice diſputat *Iacobs* in: Nachträge zu Sulzers allgem. Theorie etc. tom. IV. part. II. pag. 332 ſqq. et ipſe *Sulzer* in allgemein. Theor. voc. *Seneca*, parte IV. pag. 355 ſq. ed. II. ibique vide *de Blankenburg*, aut

aut hunc in Litterar. Zuſätzen, tom. III. pag. 159 ſq. et pag. 232 ſq.

Gotth. Ephr. Leſſing de Senecae tragoediis, in eius Theatral. Bibliothek, Berolini 1754. 8.

Ioſ. Iuſti Scaligeri animaduerſſ. criticae in Senecae tragoedias, in eius Opuſculis variis, Pariſ. 1610. 4. pag. 297. aut edit. Francof. 1612. 8. part. II. pag. 1 ſqq.

Io. Henr. Boecleri comparatio inter Hippolytum Senecae et Euripidis, inter eiusd. diſſertatt. academ. Argentor. 1710. 4. tom. II. pag. 1159 ſqq.

(Iortini) animaduerſſ. criticae in Senec. tragoedias, cum caſtigatt. Dorville et Burmanni I. in miſcell. obſeruatt. in auctores etc. vol. I. tom. I. pag. 68 ſqq. et tom. II. pag. 287 ſqq. — In nouis miſcellan. obſſ. criticis tom. I. pag. 129 ſqq. quaedam loca in Thyeſte et Hippolyto emendantur et explicantur. — Ibid. in tomo II. pag. 125 ſqq. leguntur variae lectiones in excerpta Senecae ex peruetuſto cod. Salmaſiano, collato cum edit. Gronou. a. 1649. 12.

I. Iortin Remarks on Seneca. Londini 1734. et in eius Tracts philological etc. Londin. 1790. vol. II. pag. 404 ſqq. conf. Memoirs of the Life and Writings of *John Iortin*, D. D. by *John Disney*. Lond. 1792. 8.

Io. Hildebr. Withofs praemetium crucium criticarum praecipue ex Seneca Tragico. Lugd. Batau. 1749. mai. 4.

Ad pag. 337. *ſect.* 2.

Blanconi (Bianconius) quoque in libro, poſtea memorando, (Sendſchreiben etc.) p. 115 ſqq. negat, Celſum fuiſſe medicum, quem vocant, practicum. Sed *Krauſe* in epiſt. praemiſſa, pag. XXXV ſqq. contendit, eum non ſolum virum fuiſſe artis medicae peritum, ſed eam quoque vſu atque exercitatione habuiſſe cognitam, et Plinii locum pro ſua explicat ſententia.

Ad pag. 337. *ſect.* 3. *lin.* 5.

Celſum ſcripſiſſe libros *de arte rhetorica*, cognoſcimus vel ex *Quintil.* I. O. qui permultis locis eius meminit, et plerumque reprehendit: (loca vide excitata in ind. II. ad edit. Gesneri, voc. *Celſus*:) inprimis libr. XIII, 11, 24. vbi vulgo legitur *Corn. Celſus mediocri vir ingenio;* ſed *Gunzius* in diſſ.: δαδȣχιας in ſacris Aeſculapii etc. Lipſ. 1737. in vltima theſi locum Quintil. ita emendat, *Celſus medicus, acri vir ingenio.* Illud tamen *Celſi* opuſc. non tulit aetatem. *Fabricius* quidem in Bibl. latinae volumine III. vet. ed. pag. 758 ſqq. *Celſo* tribuerat libell. qui exſtat *de arte dicendi*, eumque ex edit. Popmae, huius autem notis omiſſis, recudi fecit:

fecit: poſtea tamen, meliora edoctus, mutavit ſententiam in B. Gr. l. c. (vbi pariter in Elencho medicorum de Celſo quaedam narnat,) et Bibl. latin. med. et infimae aetatis, l. mem. Atque in noua B. L. edit. Erneſt. tom. III. pag. 462. (vbi de *Iulii Seueriani* ſyntomatibus ſiue praeceptis artis rhetoricae agitur,) iure nec Celſo adſignatus eſt libellus nec typis repetitus. — In catal. biblioth. Reimmanianae tom. II. (Hildeſiae 1739. 8.) pag. 494 ſqq. recenſetur Bibl. lat. Fabric. et error de Celſo anctore notatur, Seueriano iure adſeritur libell. eiusque editt. nominantur, etiam quaedam Curionis, quae princeps habetur. Denique anonymus in epiſtol. ad Reimman. „Habeo, ait, Popmae edition. notatam manu, fortaſſis Cuincti, item apographum msti, multum a vulgatis edd. diverſum, ex quo pateſcit, quibus temporibus vixerit Seuerianus, Gratiani imp. tum viuentis mentionem faciens.“

Petrus Bondam in variis lectionibus, (Zutphan. 1759. 8.) pag. 363 ſqq. copioſe eruditeque diſſerit de illo libello. Primum docet, *Iulium Seuerianum* interdum expreſſiſſe Ciceronem, vti pateat ex capite *de fine* pag. 308. inter antiquos rhetores lat. e bibl. Fr. Pithoei, (ſiue pag. 340 ſq. edit. Claudii Capperonnerii,) quod fere totum deſcripſiſſet ex Cic. lib. II. de inuent. rhet. cap. 17. At enim idem animaduertit, a Seueriano neminem

minem veterum ſaepius ſibi imitandum fuiſſe propoſitum, quam Cornelium Celſum: quippe quem Seuerianus non ſolum, quod ad res ſpectat, imitaretur, ſed et verba Celſi ipſa, quantum fieri poſſet, in compendio ſuo ſervaſſe Seuerian. credibile videretur. Quare, quod Seuerianus pleraque ſua ex Celſo hauſerit, ipſis plerumque ſemper reſeruatis eius verbis, (quod ex iis locis, a Bondamo in medium productis, in quibus a veteribus Celſi librorum de arte rhetorica mentio fit, clare patet,) Bondam ex eo cauſſam, cur in codd. Celſo adtributa ſint, quae revera Seuerianum agnoſcunt auctorem, repetendam eſſe iudicat. Neque tamen Seuerianus Celſi veſtigiis ita preſſe inſtitit, vt non aliquando deſereret praeeuntem et, ſi quid rectius videretur, immutaret: quod Bondam pariter demonſtrauit, idemque Seuerianum fuiſſe aequalem et contubernalem Sidonii Apollinaris, ex huius ep. 13. libri IX. pag. 597. et ex carmine IX. v. 313. euincit; denique obſeruat *Seueriani* praecepta rhetoricae varias librariorum inſcitia contraxiſſe corruptelas.

Ad pag. 357. *ſect.* 4.

De edit. principe v. *Panzer* I. pag. 407. *Clement* Bibl. curieuſe etc. tom. VII. pag. 6. qui potiſſimum ex *Goetzii* Memor. biblioth. Dresd. I. pag. 213. plures alias, praecipue rario-

rariores, recenſet editt., idemque *Mahudel* iudicium de melioribus Celſi editionibus, (in Hiſt. de l'Acad. des Inſcript. etc. tom. VII. Pariſ. 1733. pag. 101.) refert.

Ad pag. 338. *lin.* 1 *et* 2.

Editio Aldina a. 1524. fol. nec indicatur in Serie dell' ediz. Aldine, et a *Io. Bapt. Morgagni* in epp. in Celſum, ſpuria iudicatur, quoniam ed. Iuntina, Venet. eiusdem anni, ab aliis pro Aldina ſit habita: eique adſentiunt Goetz et Clement. Atqui licet non ſolum Fabricius, Almeloueen aliique mentionem eius Aldinae edit. faciant; ſed Krauſe quoque in praefat. ad ſuas edit. pag. XII. inter editiones, quas ſibi ad manus fuiſſe teſtatur, diſerte numeret *Iuntinam* a. 1524. et *Aldinam* a. 1524. illaque itidem ibid. pag. XXXIII. in indiculo editionum Celſi Lindeniano aucto et emendato memoretur: tamen *Krauſe* poſtea in epiſtola ad Biancon. praemiſſa ipſius verſioni libri: Bianconi Sendſchreiben über den A. Corn. Celſus etc. pag. XXIX. agnouit et retractauit errorem, et ſtatuit, tres, quae a quibusdam numerantur, edd. Ald. 1524. fol. 1528. 8. et 1528. 4. non eſſe diuerſas; ſed vnam eamdemque a. 1528. min. fol. et errorem eorum, qui ed. a. 1524. laudant, ortum eſſe ex incuria. Contra ed. *Iuntinae Ven.* non meminit *Bandin.* in Annal.

nal. Iuntar. typograph. I. pag. 14. vbi illius mentio debuerat iniici.

Ad pag. 338. *lin.* 15.

Num Celſi ed. cum medicis antiquis recuſa ſit a. 1549. fere dubito.

Ad pag. 339. *lin.* 16.

Edit. Amſtel. a. 1687. in catal. bibl. Ooſterdyk, Traiecti ad Rhen. 1793. pag. 100. nr. 1017. excuſa dicitur in forma 8. et nonnullis V. L. insstis ornata. — Edit. Lugd. B. ap. Io. Arn. Langerak. 1746. 8. parum debet Almeloueenio, aliena autem accepit ornamenta. v. *Hamberg*. Z. N. II. pag. 12. acta erudit. Lipſ. a. 1747. pag. 214. et ephemer. litter. Lipſ. a. 1746. nr. V. pag. 41 ſq. — Sunt exemplaria, in quibus: Roterodami 1750. 8. — Illa Lugd. B. editio a. 1746. typis repetita eſt Baſil. 1748. 8. — Vulp. editio Patau. 1750. recuſa eſt Venetiis apud Remondinum 1763. 12.

Ad pag. 340. *lin.* 21.

Celſi libri VIII. ad edition. Patauinam et nuper. Lipſienſem, nunc cura *Alberti von Haller* denuo editi a *P. R. Vicat*. Lauſannae 1773. 8. Haud probatur haec editio eruditis criticis.

Nouiſſima eſt editio: *A. Cornelii Celſi* de medicina libro octo, ad optimas edd. collati. Praemittitur notitia litteraria ſtudiis ſocieta-

cietatis Bipontinae. Editio accurata. Biponti ex typogr. ſocietatis. 1786. 8.

Ad pag. 340. *lin. antepen.*

Item inter Antiquos rhetores latinos, e Franciſci Pithoei bibliotheca olim editos; recognouit, emendauit, notis auxit *Claudius Capperonnerius.* Argentorati 1756. 4. pag. 329 ſqq. Heumanni notae ſubinde audaciores inſertae ſunt, et a Rangio, (qui curam editionis geſſit, ſed ante illam abſolutam mortuus eſt,) interdum refutatae.

Ad pag. 341. *ſect.* 6. *lin.* 2.

Io. Rhodii diſſert. de acia ad Corn. Celſi mentem, qua ſimul vniuerſa fibulae ratio explicatur, primum prodiit Patau. apud Paul. Frambottum. 1639. 4. — deinde ſecundis curis auctior. — Acc. de ponderibus et menſuris vett. medicorum, in primis C. Celſi; eiusdem *Rhodii* diſſ. et vita Celſi. Hafniae, ſumt. Petri Hauboldi. 1672. 4. — *Celſi vita,* a Rhodio conſcripta, tantum praefixa eſt editt. quibusdam, etiam Bipontinae. — *Acia Cornelii Celſi* propriae ſignificationi reſtituta: *Alphonſus Nunnez* regius archiater defenſus: a *Io. Iac. Chiffletio* —. Antwerp. ex offic. Plantin. Balth. Moreti. 1633. 4. v. *Goetz.* l. c. p. 215. — *Io. Baptiſtae Morgagni* — in Aur. Cornel. Celſum et Q. Ser. Samonicum epiſtolae. In quibus de vtriusque auctoris

ctoris variis editt. libris quoque msstis et commentatoribus diſſeritur. Hagae Comit. 1724. 4. *Morgagni* octo epiſtolae in Celſum ſunt integrae in eius *Opuſculis miſcellaneis, quorum non pauca nunc primum prodeunt tres in partes diuiſa.* Venet. 1763. fol. part. I. conf. noua acta erudit. Lipſienſ. a. 1764. menſ. Sept. et Oct. pag. 161 ſqq. — Huc quoque referendae ſunt *Io. Nardii* Noctes geniales, Bononiae 1656. 4. in quibus pag. 518 — 599 eſt vetus Corn. Celſi libror. VIII. de medicina lectio reſtituta, contra Robertum Conſtantinum. Alios huc pertinentes libros deprehendes excitatos in indiculo editt. pag. XXXI. Krauſianae edit. praefixo.

Ad pag. 341. *ſect.* 6. *lin.* 20.

C. Fr. Cloſſii diſſ. anatomico-chirurgica, ſiſtens analecta quaedam ad methodum lithotomiae Celſianam. Tubing. 1792. 4. §. 5—9. Celſi locus, vbi de illa agitur methodo, explicatur, additis notis criticis et indice variarum lectionum atque emendationum, a Morgagno et Targa propoſitarum. conf. ephem. litt. Tubing. a. 1792. plag. 74. p. 585 ſqq.

Ad pag. 341. *lin. antepen.*

A *Mehuſio* in *Oſſervazioni letterarie,* pro anno 1794. part. I. Florent. a. 1794. liber Bianconi ſub examen vocatur, multaque in eo notantur, ita vt interpreti aut editori criſis

illa

illa lectione atque comparatione habeatur digna vtilisque. Mehuſius autem in opinionem adductus erat, forſan narratione Erneſti ad Fabric. Bibl. L. II. pag. 44. Bianconium paraſſe ſibi Günzii adparatum ad Celſi editionem, quam ille inſtituit, ſed morte abſumtus abſoluere non potuit. At enim et Biancon. in epiſt. 12. pag. 236 ſqq. verſionis german. Erneſtinam narrationem falſitatis arguit, et *Krauſe* in epiſt. mem. verſioni ſuae praemiſſa, pag. XXXXI. ſuo teſtimonio, copias Gunzianas, praeter varias codicum Florentin. lectiones ab ipſo Biancon. procuratas, numquam perueniſſe in illius manus, ſed tum, quum Krauſe illam ſcriberet epiſtolam, adhuc a filio Gunzii cuſtodiri, plane vindicavit Bianconii fidem ab omni ſuſpicione malignitatis.

Carol. Gottlob Kühn de philoſophis ante Hippocratem medicinae cultoribus ad Celſum de medic. praefationem, ſpec. I. Lipſ. 1781. — recognitum et auct. in *I. Christiani Gottlieb Ackermanni* opuſculis ad medicinae hiſtoriam pertinentibus, — collectis. Norimberg. 1797. 8. nr. 4. p. 237 — 292.

Libellum inſcriptum: Adumbratio chirurgiae apud veteres Romanos ſec. *A. Corn. Celſi* libr. VII. et VIII. de medicina, ex latino ſermone in germanicum transtulit (*Grundriſs der Wundarzneykunſt in den ältern Zei-*

 ten

ten der Römer etc.) notisque inſtruxit *I. C. Jaeger*, Francof. ad Moen. 1789. 8. Laudatur verſio; in notis vero textui ſubiectis vel ſenſus vel veteris et nouae chirurgiae praeſtantia non minus, quam diuerſitas haud male explicari dicitur.

Ad pag. 342. *lin.* 6.

Ante Grieuium *Conr. Sprengel* aphoriſmos Hippocratis et *ſententias Celſi* anglice vertit, notasque addidit Londini 1708. 1735. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 640 ſq. — Verſiones *gallicas* a. 1754. a *Ninnin*, Pariſ. 1756. 8. et *germanicam* a. 1532. memorat *Krauſe* in praef. pag. XIII. . Contra *Degen* l. c. I. pag. 37. *germanicas* Moguntin. 1531. min. fol. et Wormsat. auctore D. *Io. Küffner*. 1539. fol. — *Italice* vertit Ab. *Chiari da Piſa*. Venet. 1747. 8. II. tom. v. *Paiton*. Bibl. ſaepe laudatam, tom. I. p. 209 ſq.

Finis partis prioris.

Paucos

Paucos errores typographicos, quos opuſculum leuiter recognoſcendo deprehendi, hic indicabo. Reliquos et ego alio forſan tempore corrigam, et vt TV L. B. emendes, humaniſſime rogo.

Pag. 30. lin. 1. leg. *The.*
— 54. lin. 4. a fine, leg. *incerare.*
— 62. lin. 18. leg. *abſoluit.*
— 63. lin. 14. leg. *editt. et de* etc.
— 76. lin. 6. a fin. leg. *ditatam.*
— 97. lin. 22. leg. *Maittaire.*
— 203. lin. 10. leg. *equis, viris,* pro *aequis viribus.*
— 231. lin. 3. leg. *biblioth.*
— 248. lin. 4. leg. 1594.
— 300. lin. 5. leg. *ſcholiis.*
— 321. lin. 20. leg. *Schnarr.*
— 322. lin. 10. leg. *Strothianam editionem.*
— 324. lin. 8. leg. *Paris.*
— 338. lin. 2. leg. *motum.*
— 365. lin. 8. leg. *tam.*
— 377. lin. 19. leg. poſt *Aen.* adde, *complectentem.*
— 404. lin. 9. leg. *atque*, loco *vt.*

Reliquae plagulae in meas nondum venerunt manus.

LL.H
H2847b

Harless, Gottlieb Christoph 14497
Brevior notitia litteraturae romanae;
Supplementa. Vol.1.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED